Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

43,1

Universidad de Deusto
Biblioteca

COLEGIO DE LA COMPAÑIA DE JESUS
BIBLIOTECA

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

VNIVERSA GRAMMATICA GRÆCA.

Institutiones Etymologicæ ex N. CLENARDO, cum Scholiis P. ANTESIGNANI, multis his quidem in locis recognitis, auctis & emẽdatis: Orthographia verò, Syntaxis & Prosodia, ex optimis, & qui in Scholis Societatis IESV potissimùm probantur auctoribus per ALEXANDRVM SCOT, Scotum I. V. D. collectæ, & suis locis insertæ, Scholiis & Annotationibus illustratæ.

Operi accesserunt indices duo, iis qui priùs in Antesignani editione habebantur multo copiosiores, rerum vnus, verborum alter, tyronibus maximè necessarij.

Et in eorundem gratiam ad operis calcem annexus est libellus, Petri Antesignani de praxi præceptorum Grammatices.

Auctorum nomina ex quibus quæq; partes deprompta sunt sexta habet pagina.

PONTIFICIA UNIVERSIDAD JESUITAS

LVGDVNI,
EX OFFICINA HVGONIS A PORTA,
APVD FRATRES DE GABIANO.
M. D. XCIIII.

AD CONSVLES ET SENATVM CARPENTORACTI.

***

GRAMMATICAS hasce lucubrationes vel (dicam rectius) veterum & recentium Grammaticorum sub vnum quasi signum collecta studia, (Viri nobiles, Viri prudentes) in lucem, idque sub tutela vestri nominis, mihi visum est dare: illud frequens amicorum, qui me ad id studij genus impulerunt adhortatio: hoc (ad commune vobiscum mihi augendæ & promouendæ Reipub. litterariæ studium) causæ duplices effecerunt: Prior est, quia lucem aliquam tenui huic & inopi causæ, (quod pro Deiotaro Tullius) nec scriptione admodum digne, afferre conatus sum luce vestra: quorum ornatissima, natura & situ ædificiorum pulcherrima, antiqua & omnibus rebus aucta vrbs splendet, inter Venissini Comitatus primas: vestra in ea prudētia non solū incolumis, sed & virtute ornata: Causa

altera, & arctior: quòd vestra me huc impellit beneuolentiâ condita comitas, qua priuatim insigni semper in me vsi: ac publicè pridem per Epistolam eximij cuiusdam affectus & cultus plenam, qua me commune hoc Gallici imperij incēdium quasi ex specula otiosè & cartis immersum, nec sine lachrymis spectantem, ad publica in vrbe vestra captanda munia excitastis, iterum iterumque munificè vocastis, venientem, vix dum limina salutantem cum honore & amore excepistis, hærentem habuistis, abeuntemque dimisistis. Quo meo merito? nullo fateor, sed solo beneficæ & humanæ naturæ impulsu quam velut Genio vel fato, inter asceitas gentes propriè esse vestram, vel vnica me tacente, loquitur SADOLETORVM familia: ex qua tertius iam secundi (singulique ætatis & seculi sui lumina) tenet Episcopatum: quænam enim terrarum ora tam abdita, cuius vrbes, sedesque non penetrauit IACOBI SADOLETI eloquentia? Cuius animum cordisque penetralia non occupauit IACOBI SACRATI, nepotis pietas, flexitve prudentia? FRANCISCI vero quē vos (felices) præsentem in vrbe vestra, salutatis & colitis, quanta prudentia, pietas, eloquentia, & nos quē præsentes pridem præsentē, de Græcorum metris, de Astronomiæ acutissimis demōstrationibus subtiliter disserentem audiuimus: & vos omnes testis esse potestis idonei. Quod vestrū eo præclarius beneficiū, quòd in hactenus ver

verbis factisve immunem, tam munifici fuistis. Id ne vltra sim verborum saltem hoc, scriptique munus accipite: Nouum vetusque ingenij partum, nouum dispositu, compositu veterem: Partum, quem non tam polire mens mihi, quàm meridiano otio, meridiando, floribus & indumentis alieni ingenij ornatū spectare: Vos eum suscipite, tutores, imo patres, tangite, ex positum tollite, comitatis, grauitatis, & auctoritatis vestrę scuto contra maligni oris dentem defendite: Ita Deus potentissimum hoc Gallorum imperium insana ciuilium bellorum flamma, aliquando eripiat, vos vestramque vrbem ab ea qua vndique cincti, seruet incolumem. Lugd. Kalend. Octobris ∞. IↃ. XCIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Auctores singularum Grammaticæ partium quos hoc opere secuti sumus.

Orthographiæ & Etymologiæ auctores Nicolaus Clenardus, Petrus Antesignanus.

Dialectorum Angelus Caninius.

Syntaxeωs Ioannes Varennius, Scholiis & annotationibus auctus.

Prosodiæ
- De Accentibus Gulielmus Baillius è Societate IESV:
- De Syllabarum Quantitate F. Vergara, adiectis tabulis Gulielmi Baillij.

De Passionibus dictionum Triphon Grammaticus.

Ad calcem operis accessit libellus P. Antesignani de Praxi Præceptorum Grammatices.

LECTORI CANDIDO S.

NVTILE *prorsus iudicauimus (amice Lector) propter eam quæ à nobis in Syntaxeωs præfatione monstrata est rationem, longam illam à Grammaticis de artis suæ nomine, Etymologia, partibusq; susceptam disputationem huic loco attexere. Consilium tantum instituti operis nosce:* OMNES *Grammaticæ partes, quæ singulæ & singulis penè seculis à suis scriptæ auctoribus, in vnũ cogere volumẽ (quod ne prius à se præstitum sit, Librariorũ vel parcimonia vel auaritia factum esse scribit Fridericus Sylburgius) animus fuit. Has ex selectis, & hæreseos suspicione maximè liberis auctoribus, primum elegimus: neque fuit quicquam antiquius, quàm ipsorum passim auctorum, non modo dispositionem sed verba etiam sarta tecta conseruare. Nicolai Clenardi Institutiones Etymologicas, cũ Scholiis P. Antesignani ab eo quẽ dudũ nominaui viro, diligẽte & Græcæ litteraturæ apprimè erudito, recensitis elegimus. Antesignani vero errata, ab illo (ne paginarum & versuum numerus in Indice notatus turbaretur) in notarum libello, Henrico Stephano in Paralypomenis Grammaticarũ Græcæ linguæ institutionum, aliisq; scriptoribus passim, à nobis quædam emendata suis*

locis

Universidad de Deusto
Biblioteca

locis vnciolis hisce [ ] inclusa reposuimus, adiecta ad oram libri (ANNOTATIO) ne labatur incautior lector, néve quisquam sibi à me subductam opellam criminetur. Ambiguæ quædam adhuc fidei, aut alio quodam institutionum loco emendata diligẽtius, apposita hæc † nota designat: Reliquas Grammaticæ partes ex suis quasque desumptas auctoribus eodem pænè studio persequuti sumus: Manca enim ex aliis auctoribus, si quando suppleuerũt, suis verbis (quãtum fieri potuit) ad Scholij instar, minutiore charactere subiecimus: Errata si quæ occurrunt, aut negligentius scripta, monuimus. Porro Dialectorum, & Analogiæ rationẽ ab Angelo Caninio descriptam, in operis limine constituendi, vir spectatæ fidei & doctrinæ politissimæ auctor fuit: quam, & adiecta Græcarum dictionum versione Latina, totam ad me misit: in qua multa non satis ad limam translata emendauimus, quædam, ne dum emendaremus, præceps operarũ diligentia, mensq; grauioribus occupata studiis effecerunt. Syllabicarum quantitatum regulis quæ ex F. Vergara depromptæ sunt, Gulielmi Baillij è Societate Iesu, diligentis scriptoris Tabulas, etsi easdem ferè contineant præceptiones, propter summam earum facilitatem, & rectissimam auctoris docendi viam, subijciendas duximus. Hæc te (lector) de operis consilio præmonitum esse volui. In quo si quid præteritum, erratum aut minus explicatum deprehenderis, id tuo marte beneuolè supple, vel me de restituendi, supplendiq; officio humaniter, humanis obnoxium admone. Vale.

GRÆCORVM LITERÆ.

Α	α	ἄλφα	Alpha	a
Β	β ϐ	βῆτα	Vita	v
Γ	γ ϛ	γάμμα	Gamma	g
Δ	δ ∂	δέλτα	Delta	d
Ε	ε	ε ψιλὸν	Epsilon	e
Ζ	ζ ϛ	ζῆτα	Zita	z
Η	η	ἦτα	Ita	i
Θ	θ ϑ	θῆτα	Thita	th
Ι	ι	ἰῶτα	Iota	i
Κ	κ	κάππα	Cappa	k c
Λ	λ	λάμδα	Lamda	l
Μ	μ	μῦ	My	m
Ν	ν	νῦ	Ny	n
Ξ	ξ	ξῖ	Xi	x
Ο	ο	ο μικρὸν	O micron	o paruum
Π	ϖ π	πῖ	Pi	p
Ρ	ρ	ῥῶ	Rho	r
Σ	σ ς	σῖγμα	Sigma	ſ
Τ	τ ⅂	ταῦ	Tau	t
Υ	υ	υ ψιλὸν	Y psilon	y
Φ	φ	φῖ	Phi	ph
Χ	χ	χῦ	Chi	ch
Ψ	ψ	ψῖ	Psi	pſ
Ω	ω	ω μέγα.	O mega	o magnum.

SCOLIA.

QVATVOR Huius paginæ columnarum prima ad læuam, continet elementorũ figuras, primo quidem loco maiuſculas, quibus vti ſolent in titulis ſiue inſcriptionibus librorũ, inque periodorum, verſuum, & propriorum nominum initiis. Deinde ſequuntur minuſculæ, quibus vbique vtuntur, etiam vbi maiuſculæ locum habent, niſi in principiis orationum: μ tamen & ς in fine tantùm ponuntur. Secunda ac tertia columna continent nomina literarum: ſecunda quidem Græcis characteribus, tertia verò Latinis, in rudiorũ gratiam.

Maiuſcularũ literarum vſus.

Literæ minuſculæ.

Figurarum μ & ς ſedes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Literarum pronuntiatio vnde petenda.

Potestas siue pronũtiatio quarundam literarum.

β
γ
δ
ζ
η, ι, υ, ει, οι, ῃ, ῳ.
θ
κ
ξ
ο, ω.
σ
φ
χ

Septem vocalium diuisio.

Porrò quarta columna ad dexteram, elementorum potestatem siue valorem complectitur, quo pacto scilicet debeant enuntiari. De qua re variæ sunt hodie ac multiplices Grammaticorũ opiniones; dum quidam † curiosè nimis ad antiquam pronuntiãdi rationem omnia volunt reuocare: cum tamen ipsi prorsus incerti sint quo pacto prisci illi hæc pronuntiarint: & coniecturæ sint admodum ieiunæ. Illis itaque non est fides adhibenda, nisi priùs priscorum aliquem ab inferis excitarint. Quare adolescentes huiusce rei cupidos (cùm hæc omnia potiùs viua voce, quàm librorum lectione possint percipi) ad doctos Græcarum literarum professores remitto. Qui verò illis destituuntur, & proprio Marte linguam Græcam discere coguntur, pronuntient elementa Græca more Latinorum Græcis in hac tabella respondentium. Cæterùm in quibus discrepent, paucis perstringam. β profertur vt u consonum: sed illius sonus magis accedit ad b, quàm ad f. γ hodie omninò profertur vt g: quidam tamen ante ε, η, ι, & similes efferunt vt Latini suum g ante a, o, vel u. aliquando pronuntiatur vt n, vt videbis apud CLENARDVM in sequẽtibus. δ profertur hodie à doctis blæsiùs quàm d nostrum, nempe lingua posita inter dentes cum quodam sibilo: ego malim vt d Latinũ pronuntiare. ζ debet sonum literarum δσ, non σδ, retinere; vt ξ, κσ; & ψ, πσ; non autem σκ, σπ. η, ι, & υ, atque diphthongi ει, οι, ῃ, & ῳ, sonant hodie vt i vocale apud Latinos: consonantis verò nunquam naturam induunt: propriè tamẽ vnicum ι deberet respondere nostro i: η vero & ῃ magis accedere ad sonum e: sic υ & ῳ ad sonum u, vt à Gallis profertur: in ει autem & οι debuerat vtraque vocalis aliquo modo audiri. θ debet prolatione à τ & δ discerni: nam magis sibilat & spumosiori spiritu effertur. κ ante ε, η, ι, &c. sonat vt ante α, nempe vt k vel q. ξ vt cs, non vt è nostris quidam proferũt x in *exercitus* & similibus, dicentes *egzercitus* pro *ecsercitus*. ο & ω hodie prolatione non distinguuntur, veluti neque α breue & α longum. σ vt s in *sum*, etiam inter duas vocales, non vt nostri faciunt, qui *miser mizer* proferunt. φ effertur hodie vt f: tamen illius sonus ad prolationem p debet accedere. χ ante ε, η, &c. vt ante α.

Ex his septem vocales: longæ, η, ω: Breues, ε, ο: Ancipites, α, ι, υ: quæ & Communes dicuntur, quòd modò sint longæ, modò breues.

DIPHTHONGI.

Propriæ,	Impropriæ,
αι, αυ, ει, ευ, οι, υ.	α, η, ω, ηυ, υ, ωυ.
æ, av, i, ev, i, u.	a, i, o, iv, i, ov.

In αυ, ευ, ηυ, ωυ, pronũtiatur υ vt u [1] cõsonans. 1

Vocales præpositiuæ, α, ε, η, ο, ω, propterea quòd in diphthongis præponantur: Subiunctiuæ autem, ι, υ, quòd subsequantur. Faciunt verò per se syllabam, quoties duobus in apice punctis notantur; ϖαΐς, païs, *puer vel puella*, disyllabum; ἄϋπνος aypnos, *insomnis*, trisyllabum. Cæterùm in tribus, α, η, ω, iota non ad latus [2] affigitur, sed infrà subscribitur. 2

Altera vocaliũ diuisio.

Annotatio de ι & ϋ in diæresi.

Annotatio de ι, siue puncto subscripto.

[1] VT Si ex dictione Latina *aue* reiiciatur *e*, atque in *au*, retineatur pronuntiatio quæ erat in integro *aue*. Rectiùs, meo quidem iudicio, faciunt, qui υ hîc pronuntiant vt u in diphthongis Latinis au, eu, *audio, euge*. Porrò diphthongus ευ non profertur vt Galli proferunt u Latinum in dictione *dominus*, sed veluti *ou* in dictionibus Gallicis *nous*, *vous*, aut vt u ab Italis effertur. 1

υ quomodo pronuntietur in diphthongis.

[2] Supple, Quamuis dictum sit dici subiunctiuam quòd subsequatur. 2

Semiuocales octo ζ, λ, μ, ν, ρ, σ, ψ, ξ.

[1] Mutæ nouẽ { Tenues ϖ, κ, τ. | Mediæ β, γ, δ. Duplices { [2] ζ σδ. 2 | [3] ξ κσ, γσ, χσ. 1.3 | [3] ψ πσ, βσ, φσ. 3 | Aspiratæ φ, χ, θ.

Consonantium diuisio.

[4] Liquidę, siue immutabiles quatuor, λ, μ, ν, ρ. 4

[5] Solitaria & suæ potestatis est.

[1] MVTAE Appellantur aut Tenues, aut Mediæ, aut Aspiratæ quadam relatione, non quidem habita ratione vnius tenuis ad alteram tenuem; sed tenuis ϖ, ad mediam β, & aspiratam φ. nam hæ tres magnam habent inter se affinitatem, & facile vna migrat in alteram; quippe quæ eodem instrumento vocis proferantur, nempe labiorum adminiculo, atque sola spiritus intensione vel remissione differant. nam in prolatione φ, maximam spiritus copiam, in ϖ minimam, in β 1

Mutæ quare dicantur Tenues, Mediæ, vel Aspiratæ: & earum affinitas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mediocrem adhibemus. Eadem est ratio secundi ordinis mutarum κ, γ, χ, quæ palati; ac tertij, τ, δ, θ, quæ dentium auxilio proferuntur. Quod dico, verum esse deprehendetur, si vnicuique ordini præponatur vocalis, hoc modo, απ, αβ, αφ: & ακ, αγ, αχ: atque ατ, αδ, αθ.

Annotatio de δ, ζ, & σδ.

Dorismus, σδ, pro ζ.

2 [2] Hinc colligunt quidam, δ debere proferri blæsiùs quàm d Latinum: & in prolatione ζ, sonum σδ debere aliquo modo retineri. adde quòd Dores confunderent ζ cum σδ, & verba in ζω per σδω efferrent. Verùm ego illis potiùs assentior qui per literarum metathesin id fieri asseuerant, σδω pro δσω: atque idcirco malim ζ valere δσ quàm σδ. Æoles autem verba in οσω efferunt per ζω: vnde ζ creditur valere non solùm σδ, sed etiam

Æolismus, ζ, pro οσ.

3 duplex οσ. [3] Ξ magnam habet cognationem cum secundo mutarum ordine, κ, γ, χ. nam sæpe ex illis conflatur, aut in eas dissoluitur, vt satis constat ex verbis in κω, γω, χω, quorum futurum habet ξω, pro κσω, γσω, χσω: & ex nominibus finitis in ξ, quorum genitiuus est κος, γος, χος, non ξου. Sic se habet ψ cum π, β, φ, primo mu-

ξ

ψ

Liquidæ quare sic vocentur.

4 tarum ordine. [4] Appellantur *Liquidæ* eadem ratione qua apud Latinos l, m, n, r: quòd post mutam positæ, quasi liquescentes ac euanescentes, vim consonantis interdum amittant, neque vocalem præcedentem longam efficiant, vt aliæ consonantes. *Immutabiles* autem dictæ sunt, quòd non tam facilè mutentur quàm aliæ consonantes in inflexionibus nominum & verborum, sicuti planum fiet ex sequentibus.

Immutabiles quoque cur dicantur.

DE ORTHOGRAPHIA ET Consonantium nexu appendix.

Consonantium mutatio vnde oriatur.

QVONIAM Ex consonantium mutua quadam affinitate vel odio, vt ita dicam, penè infinitæ literarum mutationes oriuntur, dum scilicet duæ aut tres consonantes non possunt inter duas vocales, vel in principio dictionis ante vocalem propter mutuum odium consistere, cùm cognatæ propter mutuam inter se affinitatem gaudeant coniungi & inuicem combinari, volui paucis perstringere, quæ consonantes simul possint inter duas vocales, vel in principio dictionis collocari, & quæ non: ac si inter duas vocales reperiantur, num ad præcedentem, an ad sequentem syllabam, illarum prior pertineat: vt in τύπτω, id est *verbero*, num π, syllabam præcedentem τύ, an sequentem πω, sequatur. Quæ res profectò est animaduersione digna: cùm ad veram

Consonantium nexus.

veram orthographiam non parum conducat, & ad intelligendas, tam in nominibus quàm in verbis, varias consonantium inter se mutationes, penè necessaria videatur. Primò itaque sciendum, quòd si duæ mutæ debeant simul poni, vt vna alteram consequatur, necessariò tenuis præcedet tenuem, vt τέτυπται, *verberatus est*, pro τέτυφται: vel propriam aspiratam, vt Σαπφὼ, *Sappho*, pro Σαφφὼ: & media mediam, vt ἕβδομος, *septimus*, non ἑπδομος, licet veniat ab ἑπτὰ, id est *septẽ*, ὄγδοος, *octauus*, non ὀκδοος, ab ὀκτὼ, *octo*: atque aspirata aspiratam, vt ἐτύφθω, *verberatus sum*, pro ἐτύπθω. non tamẽ quæuis tenuis quamuis tenuem, aut media mediam, vel aspirata aspiratam antecedet. nam τ, δ, θ, nunquam primum inter affines, sed semper secundum locum occupant: vt, ex πίκω quidem, inserto per pleonasmum τ ante ω, & mutato κ in ι, dicam τίκτω, id est *pario*, vbi τ sequitur aliam tenuem κ: in πίτω verò, posito π ante ω, non possum dicere πίτπω: (nam τ præcederet aliam tenuem; quod fieri non potest) itaque dicendum πίττω, id est, *cado*; vbi τ secundum locum occupat. Præterea vnaquæque tenuis, vel media, potest seipsam præcedere: vt ἵππος, *equus*: ἐκκλησία, *ecclesia, cœtus*, γλῶττα, *lingua*: ἄββαλεν pro ἀπέβαλεν, *abiecit*. (Sed *perperam* est hoc ab Antesignano obseruatũ nam pro ἀνέβαλε siue ἀνάβαλε dicitur ἄμβαλε, vt ἀμβαίνειν, pro ἀναβαίνειν: ἄββαλε autẽ pro ἀπέβαλε, abiecit; vel ἀππόβαλε, abiice, sicut ὑββάλλει apud Hesych. pro ὑποβάλλει, subiicit. Vide Schol. pag. 50. & 212.) ἄγγελος, *nuntius*: ἄλλος, *satis*. aspirata verò nunquam seipsam præcedit: non enim dicere possumus Σαφφὼ, sed Σαπφὼ. Hoc quoque sciendum, quaslibet duas mutas inter duas vocales positas (modò eadem non geminetur, vt ἵππος; aut tenuis aspiratam præcedat, vt Σαπφὼ) ambas ad sequentẽ syllabam pertinere, vt τύ-πτω: præter γδ, vt quibusdam placet, qui nituntur regula generali, quæ ait: Duas aut tres consonantes nunquam ad syllabam sequentem pertinere, nisi aliqua dictio Græca incipiat ab illis consonantibus: si verò illę reperiantur in principio alicuius vocabuli, quum erunt inter duas vocales, semper ad syllabam sequentem pertinebunt, nisi in compositione: vt in τύπτω *verbero*, & ἄστρον *astrum*, στ & σπ pertinent ad syllabas sequẽtes: quia aliæ multæ dictiones Græcę incipiunt à στ, & σπ: vt στύω *spuo*, & σπέρω *verto*, & aliæ multæ. In cõpositione verò, vt ἐκρέω, *effluo*, ab ἐκ & ῥέω, κ pertinet ad præcedentem ratione compositionis: quamuis κ & ῥ inueniantur in

Mutarũ connectendarũ ratio.

στ	pro	φτ.
σπ		φφ.
βδ		πδ.
γδ		κδ.
φθ		πθ.

τ, δ, θ, quo loco ponantur.

κτ.

στ non ττ.

Quæ mutæ geminentur, & quæ non.

ANNOTATIO. 18. 31.

Duæ mutæ inter duas vocales ad quã trahantur.

γδ.

Regula generalis de cõsonantium connexu.

στ, σπ.

Compositionis vis in cõsonantiũ aut cõsonã-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis distinctione, vt ἐκ-ξέω, ἐξ-άγω.

γδ nunquã dictionis initiũ.

Duplex cũ alia cõsonãte nunquã cõnectitur.

Liquidæ cum aliis cõsonante nectendæ, aut ab ea distinguẽdæ ratio.

μν nexus.

A σθλ nulla dictio incipit.

Θμ nunquã in principio dictionis.

Regulæ de cõsonantiũ nexu, pars altera cõfutatur.

A θμ dictio non incipit.

principio multarũ dictionum, vt κρατέω, *potens sum*, &c. imò vnica cõsona ratione compositionis ad præcedentem syllabam pertinebit, quum inuenietur inter duas vocales, vt in ἐξάγω, *educo*, ξ pertinet ad præcedentem. nam dictio componitur ab ἐξ & ἄγω. Cæterũm nullum vocabulum Græcum incipit à γδ: ideo iuxta eorum sententiã, γ trahetur ad syllabam præcedentem. Et hactenus de mutis: pergamus ad duplices, liquidas, & σ. Duplices nunquam inueniuntur in principio dictionis coniunctæ cum aliqua cõsonante. Itaque in medio dictionis positæ inter duas vocales cum aliqua cõsonante, non possunt coniungi, ita vt ad syllabam sequentem pertineant: vt in ἕλξις, *tractus*, & ἕξπους, *sex pedum*, λξ & ξπ non possunt trahi ad syllabam sequentem: quare diuidantur necesse est, ἑλ-ξις, ἑξ-πους. Idem iudicato de aliis. Liquidæ λ, μ, ν, ρ, cõsonantem præcedentes, vt ἄρτος, *panis*, nunquam ad syllabam sequẽtem pertinent, præter μν, vt μνᾶ, *mna, mina*: ἀ-μνός, *agnus*. Quum vero cõsonantem sequuntur, illæ & cõsona præcedens ad syllabam sequentẽ trahuntur, vt πα-τρός, *patris*; modò non sequantur aliam liquidam: nam tum diuiduntur, præter μν, vt dictũ est; veluti ἅρ-μα, *currus*. Si verò sequantur duas cõsonantes quæ per se traherentur ad syllabam sequentem, cum liquida coniunctæ, ad sequentem quoque omnes trahentur; vt ἄ-στον. nam σ & τ ad sequentẽ pertinerent, vt patet ex στήλη, *columna*. Quidam hinc excipiunt σθλ, vt ἐσθλός, *bonus*: quia nullum vocabulum Græcum incipit à σθλ: quamuis σθ interdum in principio dictionis inueniantur, vt σθένω, *possum*; & ideo ad syllabam sequentẽ pertineant, quum inter duas vocales solæ reperiuntur, vt ἀσθενής, *debilis*. Idem iudicium est de σθμ, vt ἄσθμα, *anhelitus, anhelatio*. nulla enim dictio incipit à σθμ. Tamen regula illa generalis suprà posita (quod bona illorum venia dixerim) eos qui illa nitũtur, aliqua ex parte fallit. nam quamuis verum esse, sicuti est, fatear, cõsonantes quæ in principio coniunguntur, in medio quoque, nisi compositio obstet, debere coniungi: verumtamen regulæ conuersæ non possum assentiri, nempe cõsonantes in medio diuidendas, quæ in principio non inueniuntur coniunctæ. nam si hoc esset verum, (cùm θμ nunquam in principio inueniantur) βαθμὸς *gradus*, & ἄσθμα, necessariò sic diuiderentur, βαθ-μὸς, ἄσθ-μα: quod & absurdum est, & omnium Grammaticorum canonibus contrarium, qui vno ore affirmant, Nullam syllabam in aspiratam desi-

desinere. Quare meo quidem iudicio γδ, σθλ, & σθμ, poterunt coniungi, ὀ-γδο-ήκοντα, ἐ-σθλός, ἄ-σθμα. Nunc dicẽdum quas cõsonantes liquidæ possint præcedere ac sequi, & quas non: ac primò quidem vnaquæque liquida seipsam præcedit & sequitur in medio dictionis: in principio verò aut fine, nulla penitus cõsona geminatur. Porrò λ præcedit omnes cõsonantes præter ζ, ϱ, ψ: sequitur autem omnes mutas præter δ: sed duplices aut σ nunquam sequitur. μ præcedit tantùm tres mutas, π, β, φ; vnam duplicem ψ, & vnam liquidam ν: sequitur sex mutas, κ, γ, χ, τ, δ, θ, (sed χ non nisi rarissimè) duas liquidas λ, ρ, & σ: alias cõsonantes nunquam aut præcedit aut sequitur. ν præcedit tantùm tres mutas, τ, δ, θ, & σ: alias cõsonantes nunquam: sequitur verò omnes mutas præter β, omnes quoque liquidas: duplices verò aut σ, nunquam. ϱ præcedit omnes cõsonantes, præter ζ, λ: sequitur autem omnes mutas; at post alias cõsonantes nunquam inuenitur. Et hæc de liquidis. Porrò σ tantummodo mutas & μ præcedit, atq; cum eis ad syllabam sequentem trahitur: sequitur verò solùm tres liquidas, λ, ν, ϱ, idque rarò: cum aliis autem cõsonantibus nunquam connectitur: ipsum tamen sæpe geminatur, γλῶσσα, *lingua*.

Nulla syllaba in aspiratã desinit.

Liquidæ cũ aliis cõsonantibus.

Literæ geminatæ non connectuntur.

λ, μ

ν

ϱ

σ cum aliis cõsonantibus.

CANONES PRONVNTIATIONIS.

Accentus.

Acutus.

Grauis.

Circumflexus.

Accentus tres: Acutus ´, Θεός, Theós, *Deus*: λόγος, lógos, *sermo*: τύπτομεν, týptomen, *verberamus*. Grauis ` , τιμὴ, timì, *honor*. Circumflexus ῀ , ποιῶ, piô, *facio*: βοᾶτε, voâte, *clamatis*. Acutus & circumflexus, attollunt syllabam quam afficiunt; grauis, deprimit.

Spiritus.

Asper.

Lenis.

Spirituum sedes vocales, diphthongi, & ϱ in principio, ac ϱϱ geminũ in medio dictionis.

Spiritus duo: Asper siue densus ῾ , ἅμα, háma, *simul*: Lenis siue tenuis ᾽ , ἐγὼ, egò, *ego*. Semper autem vocalis aut diphthongus initio dictionis alterum possidet è spiritibus. [1] Consonans ϱ in principio quidem aspiratur, ῥώμη, rhómi, *robur*: in medio verò si geminetur, priore loco leuigatur, posteriore aspiratur, πόῤῥω, pórrho, *longè*.

[1] ϱ non semper in principio aspiratur, vt author ait. Nam † si secunda quoque syllaba incipiat à ϱ in aliquo

ϱ initiale quando leuigetur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ϱ media dictionis quem ſpiritum habeat. Vnicum ϱ quãdo aſpiretur in medio.

nomine, tum primũ ϱ leuigatur: vt ῥαφελὰς, ῥάχιον, ῥᾴθυμος, ῥωρὸς, *Rarias*, (Cereris epitheton, Suidæ) *puer, robuſtus, vehemens*. Verùm nulla præter hæc 4 inuenies. Cæterùm ϱ ſimplex in medio dictionis (de quo author nihil loquitur) nullo ſpiritu notatur, ſed intelligitur habere tenuem: tamen apud poëtas in opt. exemplaribus interdum inuenies vnicè ϱ cum ſpiritu aſpero in media dictione: ſed id fit ſoluũ, dum poëtæ metri gratia ex gemino ῥῥ primum ſubtrahunt, vt ἄρεκτον, pro ἄρρεκτον, *infectum*: & ſic de aliis.

Apoſtrophus.

π, κ, τ } in { φ, χ, θ

1 Apoſtrophos, nota eſt reiectę vocalis,[1] α, ε, ι, ο: aut diphthongi, αι, οι: quod fit ob ſequentem 2 vocalem:[2] quæ ſi aſpiretur, migrat præcedens tenuis in aſpiratam, πάντα ἔλεγον, *omnia dixi*, 3 πάντ' ἔλεγοι, pandelegon: ([3] prolatio enim eſt in morem vnicæ dictionis) ἀπὸ ἕ, *à quo*, ἀφ' ἕ: κεῖ ἕ, *contra quem*, καθ' ἕ: νύκτα ὅλην, *noctem totam*, νύχθ' ὅλην.

Vocaliũ per apoſtrophũ reiectarum quantitas. αι & οι quando breues.

1 Vocales Quæ per apoſtrophum reiiciuntur, aut ſunt natura breues, vt ε, ο: aut ancipites correptæ, α, ι: aut diphthongi αι, οι, quæ in ratione accentuum habentur in fine pro breuibus, & apud poëtas ſæpe corripiũtur, dum ſunt finales: longa enim per apoſtrophum 2 non eliditur. [2] Si vocalis (inquit) ſequentis dictionis notetur ſpiritu aſpero, & reiecta vltima vocali præcedentis dictionis, remaneat in illius fine aliqua tenuium mutarum π, κ, τ, migrabunt tenues in proprias aſpiratas 3 φ, χ, θ. [3] Reddit rationem quare ſcripſerit literis Latinis pandelegon vnica dictione, cùm in Græco ſint duæ: quia, inquit, in huiuſcemodi apoſtrophis prolatio duarum dictionum eſt in morem vnicæ. imò (quod magis mirabere) conſona præcedentis dictionis vltima pertinet ad ſyllabam ſequentem, non ad præcedentem, vt ἀ-φ' ἕ: neque ſolùm vltima, ſed etiam penultima, modò poſſit coniungi cum vltima, vt νύχθ' ὅλην. nam χθ facilè (vt in ſuperioribus dictum eſt) coniunguntur: ſed in πάν-τ' ἔλεγεν, ν trahitur ad præcedentem. nam ντ non coniunguntur. Ratio quare ad ſequentem ita trahantur, eſt, quia prima ſequentis dictionis vocalis ſuccedit in locum abiectæ. æquum eſt igitur vt conſonantes quæ ad vocalem abiectam referebantur, nunc ad vocalem ſequentem trahantur, & non ad præcedentem: ex hoc enim abſurdum ſæpenumero ſequeretur, ſyllaba

Conſonantes ſyllabæ apoſtrophum paſſæ, ad quam vocalem pertineant.

ſyllaba in aſpiratam deſinente, vt in ἀφ' ἕ & νύχθ' ὅλην: quod nunquam in purè Græcis poteſt contingere. nam ἰωσὴφ, ἐνὼχ, & ῥοὺθ, *Ioſeph, Enoch, & Rhuth*, Hebraïca ſunt, & non Græca; pro quibus Græci dicerent ἰώσηφον, ἕναχον, ῥούθαν, & Latini *Ioſephus, Enochus, Rhutha*. Porrò in οὐχ ἕτος; *nonne ille?* & ſimilibus, χ trahitur ad ſyllabam ſequentem, quamuis apoſtropho non notetur: re vera tamen apoſtrophi nota intelligitur, & οὐχ pro οὐχὶ dictum eſt. ſolet enim interdum apoſtrophi nota abiici, vt διὸ, pro διὰ ὁ, *quapropter*: καθάπαν, pro καθ' ἅπαν, *omnino*: καθάπαξ pro καθ' ἅπαξ, *ſemel, omnino*: καθάπαξ pro καθ' ἅπαξ, *quemadmodum*: ὧνπερ pro ἀνθ' ὧν, *eo quòd*: quæ exempla ſatis manifeſtè declarant, conſonantes ſyllabæ apoſtrophum paſſæ ad ſequentis dictionis vocalem pertinere. nullus enim non videt in ἀνθῶν, θ nectendum cum ω, ἀνθῶν, & non cum α, ἀνθ-ῶν. Dictiones quoque monoſyllabæ, quod dicimus, neceſſariò verũ eſſe, per ſe ſatis indicant, vt σέ, *te*, σ' ἐγώ, *te ego*: vbi σ non poteſt niſi ad ſyllabam ſequentem trahi. Hæc pluribus ſum proſecutus, quòd viderem ab omnibus ferme typographis, qui orthographiæ maximè ſtudent, id aliter obſeruari. Illis verò imponit compoſitionis regula perperam intellecta. cùm enim videant ab omnibus vno ore receptum eſſe, vt vltima conſonans hatum præpoſitionum, ἐν, εἰς, ἐξ, πρὸς, σὺν, ὑπὲρ, in compoſitione ante vocalem poſitarum, non ad ſequentem, ſed ad præcedentem vocalem ratione compoſitionis trahatur, (vt ἐν-άγω, *induco*: εἰσ-άγω, *introduco*: ἐξ-άγω, *educo*: πρὸσ-άγω, *adduco*: συν-άγω, *conduco*, id eſt, ſimul duco: ὑπερ-άγω, *ſupero*) credunt eandem eſſe rationem in παρά-γω, *tranſeo*: κατά-γω, *deduco*, & ſimilibus: & à fortiori in apoſtropho, vt ἐπ' ἐμοὶ, *in me*. Verùm ratio non eſt eadem. nam in ὑπερά-γω, ϱ iungitur cum ε: quia ante compoſitionem cum eo iungebatur. in παρ' verò, ϱ non adhæret cum πα, ſed cum α finali: quare in compoſitione aut apoſtropho, non cum πα, ſed cum vocali quæ in locum τὸ α ſuccedit, connectetur. Et de his hactenus. Obiter tamen & illud addam, vocalem acutam quæ per apoſtrophum abiicitur, in nominibus quidem retrahere accentum in penultimam, δεινὰ, δεῖν' ἔπη, *grauia verba*: in aliis verò dictionibus vnà cum vocali accentus quoque abiicitur, λὰξ, ἀφ' ἕ.

Quæ deſinũt in aſpiratam, Græca non ſunt.

ἔχ pro ἐχὲ. Apoſtrophi nota abiecta.

Typographi orthographiæ obſeruatores.

ϱ in ὑπερ-άγω, cum præcedenti ſyllaba, in παρ-άγω, cum ſequẽti nectitur.

Num accentus vocalis abiecta abijciatur.

1 Gamma γ ante γ, ξ, χ, ſonat perinde vt n: ἄγγελος angelos, *nuntius*: λύγξ lynx, *ſingultus, vel*

Diuerſa quarũdã literarũ pronuntiãdi ratio.

Universidad de Deusto Biblioteca

γ vt n
κ vt g
τ vt d
ν vt m
π vt b

lynx fera: ἔγχος enchos, *hasta.* sic ante *κ*; † sed ipsum *κ* sonandum vt g, *κέφαλκα* pephanga, *apparui.*

Tau *τ* post *ν*, vt d: *τὸν τάνταλον* ton Dandalon, *Tantalum.*

Ny *ν* ante *β, μ, π*, vt m: *τὸν βίον* tom vion, *vitam*: *τὰ μελίδια* tim merida, *particulam*: *τὸν πίθον*, tom bithon, per b, *dolium.*

Pi *π* post *μ*, vt b Latinum: *πέμπω* pembo, *mitto.* Itidem post *ν* [2] in diuersis dictionibus: *τὸν πίθον* tom bithon, *dolium.*

γ pro ν positum, & quare.

1 CREDO Græcos olim non ita *γ* ante *κ, γ, χ, ξ*, protulisse; sed potiùs scripsisse *γ* pro *ν* ante has literas, quia *ν* proferrent vt *γ*: vel certè quòd *γ* natiuum sonum hîc non retineret. est enim *ν* difficillimæ pronuntiationis, si ponatur ante aliam consonantem, vt licet ex præpositione Latina *con* in compositione coniicere. Qui linguam Hebræam callent, hoc apertiùs norunt: vix enim apud illos reperias n ante aliam consonantem: sed ferè semper illud mutant in consonam quæ sequitur, vt faciunt Latini in *collaudo.* imò Græci (vt antea diximus) nunquam ponunt *ν* ante aliam consonantem in eadem dictione, nisi ante aliud *ν*, & ante tertium ordinem mutarum *τ, δ, θ*, & aliquando ante *σ*: sed mutant *ν* in aliquam aliam consonantem, vel illud omnino elidunt, vt poteris colligere ex *σὺν, cum*, & *ἐν, in*, in compositis: de quibus copiosè CLENARDVS in tractatu de Inuestigatione thematis in voce *συμπήγνυμι, confringo.* Interdum verò aliam cõsonam inserunt, vt *ἀνδρός, viri*, pro *ἀνρός.* [2] Modò diuersæ illæ dictiones puncto non diuidantur. nam si dictio periodum claudens desinat in *ν*, & prima litera alterius sententiæ sit *π*, hæc regula non habebit locum, neque etiam præcedentes, si simile quidpiam contigerit. imò è doctioribus multi hodie diuersam hanc literæ *γ, κ, τ, ν, π*, pronuntiandi rationem neque obseruant, neque obseruandam censent.

Hebraïsmus. Collaudo pro conlaudo.

ν non præcedit vllam cõsonantem præter ν, τ, δ, θ, σ: ante alias aut mutatur, aut elliditur, aut tertia consonans infertur.

Insueta literarũ pronuntiatio vbi locum habeat.

ALII CANONES TERMINATIONIS, EX ANGELO CANINIO Anglarensi.

NVLLVM Græcum nomen exit in *ε*, vel *ο*. Nam *τὸ θρέψε, confidere.* in Aristophanis Equitibus fictũ est, vt barbare loquẽtes seruos imitaretur. vt quidam inducit militem dicentem, Vbi vadis? Nam *τοιόσδε, talis.* & *τοσόσδε, tantus.* composita sunt è *δε*.

In duali quintæ est *ε*. *Αἴαντε, Aiaces duo. τιτᾶνε, Titanes duo.* At *ἐκεῖνο, illud. τοῦτο, tantum. τοῦτος, hoc.* & quædam alia amiserunt vltimum *ν*.

Nullum etiam desinit in Mutam, ne particula quidem vlla: nec in *ζ, λ, μ*. Quæ his literis finiuntur, peregrina sunt, *Αχάβ, Achab. Βοὸζ, Booz. Ενὼχ, Enoch. Αδάμ. Adam.* quæ tamen ad Græcam formam reuocari possunt, vt terminentur *ος*; *Αχάβος. Achabus.* vel *ας*, Annibal *Ἀννίβας, Ἀννίβα, Annibal.* Polyb.

Ηλ, quod adducit Eustath. apocope factum est ex *ἦλος, clauus.*

Ἐκ, ex. & *ἒκ, non.* non sunt integra. *ἐξ* enim sequente consonante mutat *ξ* in *κ*, *ἐ* vero ante vocalẽ accipit *κ*, *ἐξ αὐτοῦ, ex ipso. ἐκ τούτου, ex hoc. ἐκ θέλω, ἐκ ἐθέλω, non volo.* vt Sicubi, pro siubi. Quidam ex Ionico *ἐκὶ, nequaquam.* apostropho, *ι* fieri *ἐκ* aiunt, *ἐκ' ἔστι, non est.*

Supersunt decem literæ, quibus nomina finiri possunt: quinque vocales, *α, η, ι, υ, ω*. totidem consonantes, *ν, ρ, σ, ξ, ψ*.

Nomina quæ terminantur *α* longo, *η, ω*, omnia fœmi

fœmina, ἡ Λήδα, *Leda.* ἡ τιμὴ, *honor.* ἡ Λητώ, *Latona.* nam δῶ pro δῶμα, apocope, neutrũ, id est, domus.

Quæ desinunt in ι, υ, omnia neutra. Tria in ι notat Aristoteles, μέλι, *mel.* πέπερι, *piper.* κόμμι, *gummi.* Alia ergo peregrina, βάρβαρι, *concha, & ostreum quod vniones & bacchas continet. ex Eustathio, vide Athen. lib. 3.* ex lingua Indica. σίναπι, *Sinapi.* & forte duo posteriora, πέπερι, κόμμι.

Poëtica illa ex apocope, ἔρι, *lana vel lanugo.* τρόφι, *magnum, plenum.* νεῖ, *farina crassior quæ per cribrum transmissa est.* pro ἔρειον, τρόφιμον, νεῖμον. Et neutra adiectiua à masculinis in ις, φιλόπατρις, φιλόπατρι, *quod fauet patriæ.*

In υ quinque, γόνυ, *genu.* δόρυ, *hastile.* ἄστυ, *vrbs. Il. β.* πῶϋ, *grex ouium.* νάπυ, *sinapium.* Et neutra à masculinis in υς, ἡδὺς, ἡδύ, *suauis.* Legitur tamen μῶλυ, *moly herbæ genus apud Dioscor. lib. 3. cap. 54.* sed ab Homero fictum. Odyss. κ.

Quæ exeunt in α breue, μ, ρ, ξ, ψ, σ, media, hoc est, partim masculina, partim fœminina, & quædam neutra.

Omnia pluralia neutra in α, vt præterita perfecta, & Aoristæ priora actiua.

Ε, & α indicatiui vertitur in η in subiunctiuo, ο in ω. τύπτεις, *verberas.* τύπτῃς, *verberes.* τύπτομεν, *verberamus.* τυπτωμεν, *verberemus.* ἔτυψα, *verberaui.* ἐὰν τύψω, *si verberauero.*

Ι in datiuorum omnium vltima syllaba, vel solum, vel in diphthongo. τιμῇ, *honori.* τιμᾷν, τιμᾶς. Αἴαντι, *Aiaci.* Αἰάντοιν, Αἴασι.

Σ in accusatiuis pluralibus omnibus, præter neutra, quæ habent α.

Σ potestate continet δ, θ, τ. Quod cernitur in obliquis quintæ declinationis, & in futuris tertiæ coniugationis, ἔρις, ἔριδος, *lis.* κόρυς, κόρυθος, *galea & galerita.* χάρις, χάριτος, *gratia.* ᾄδω, *cano.* ᾄσω. πλήθω, *impleo.* πλήσω. ἀνύτω, ἀνύσω, *perficio, perficiam.*

Ξ γ, κ, χ, αἴξ, αἰγός, *caper, vel capra.* κόραξ, κόρακος. *coruus.* θρίξ, τριχός, *capillus, pilus, vellus.* ἄγω, ἄξω, *duco.* πέκω, πέξω, *pecto.* βρέχω, βρέξω, *pluo, proluo, irrigo.*

Ψ β, π, φ. ἄραψ, ἄραβος, *Arabs.* κύκλωψ, κύκλωπος, *Cyclops.* νίνυψ, νίνυφος, *Cinyphs.* λείβω, λείψω, *Sacrifico, sacrificabo,* λέπω, λέψω, *decortico, cabo.* γράφω, γράψω, *scribo, scribam.*

ALPHABETVM, IN QVO DIALECTORUM, & Analogiæ bona pars explicatur, ex eodem Angelo Caninio.

VERVM quoniam omnis propemodum dialectorum varietas, & Analogię ratio in Literarum certa mutatione, additione, detractione posita est: commodissimum esse duximus, hoc singula ordine collocare, vt quicquid mutatum, additum, detractum esset, suo in loco & litera facile posset reperiri. Atque vt analogiæ constantissima ratio planius exponeretur, & vis intelligeretur: non modò quid singulæ dialecti varient, verùm etiam quas literas immutent Latini Græcis verbis exprimendis, & in suæ linguæ vsum conuertendis, demonstrauimus. Nec aspernati sumus linguarũ, quibus vulgo vtimur, exempla, quò res fieret illustrior. Ad extremum etiam multa quæ Græci & Latini è Punica lingua in suam transtulerunt, quæ quidẽ ad rem faciebant, in mediũ attulimus.

Αλφα ex Ε.

Huius literæ pronunciatio facillima est in linguis omnibus, vt Punicè Ana, ἀνὰ, ex quo Ana Medicorum. Nos ad varietates dialectorũ veniamus. Nam de ipsarum quidem literarum nominibus, quæ Syriaca sunt, hic non est dicendi locus.

Principio itaque Iones in quibusdam vocibus e

Universidad de Deusto
Biblioteca

vertunt in α breue, μέγεθ& μέγαθ&, *magnitudo.* τέμνω τάμνω, *seco.* τρέπομαι τράπομαι, *vertor.* τρεφθεὶς τραφθεὶς, *cõuersus.* Sic βέρεθρον, *Barathrum.* Homerus, alij βάραθρον.

Quod factitant & Dorienses, πιέζω πιάζω, *premo,* νεχο, *onero.* τρέχω τράχω, *curro.* ἄρτεμις ἄρταμις, *Diana.* φρεσὶ φρασὶ, *mentibus.* Pindarus. γὲ γὰ, ἔγωγε ἐγώνγα, σύγε τύνγα, *iuuemer.* & in diphthongo, εἶκε ἄϊκα, *si.* κύπειρον κύπαιρον, *cyperus, iunci genus.* κλεὶς κλαξ, κλεῖδα κλαῖδα, *clauis, clauem.* Callimachus, λῆϊον λᾶϊον, *fruges.* Cretenses τέως τᾶως, *interim.* ἕτερον ἄτερα, *ros.*

Æolij in aduerbiis in θεν, detracto ν, ε mutant in α, ὄπιθεν ὄπιθα, *pone, retro.* ἄτερθεν ἄτερθα, *siue, præter, seorsum.* ἔνθεν ἔνθα, *inde, hinc.* πρόσθεν πρόσθα, *ante coram, antea, prius.*

Id Latini aliquando imitati sunt, μένω maneo, ἔρρα& aries, quidam scribunt ἐρρᾶς, ἐρωδιὸς ardea, syncope τᾶ ω. Sic ex ἐν& fit annus.

Sic Græci è Punico Ella faciũt ἀλλὰ, *sed.* Erabon ἀρραβὼν, arrabo, *pignus.* Batel βάτλ&, *odiosus, turpis.* Melet μάλθη, malta, *cera subacta.* Etruscè. Pilleges πάλλακις pellex. Peleg πέλαγ& pelagus, & Latini è Besas basio, Bes basium, Esua asso, Feti fatuus. Etruscè ἔρρε, arri, *Abi in malam rem.* κεράτιον, *Corniculum, siliqua.* caratto. Bend Punice, benda, banda.

Alpha. ex H

Dorienses & Æolij η passim mutant in α longum, huius credo literæ sono patenti atq; hiulco delectati. Quamobrem Theocritus de mulieribus Corinthiis loquens ait, πλαλειάδοισαι ἅπαντα, *ore deducto pronuntiare omnia.* Exempla sunt, φήμη φάμα fama, πλαγὴ πλαγὰ plaga, μηχανὴ μαχανὰ machina, φηγὸς φαγὸς fagus: μῆλον μᾶλον malum. Latini enim eos sequuntur, quando etiam in Magna Græcia Doricè loquebãtur. Sic μήτηρ μάτηρ, *mater.* ἠὼς ἀὼς, *aurora.* ἡδὺς ἀδὺς, *suauis.* γηρύω γαρύω, *clamo, loquor, discer*

discerno. λήψομαι λαψῆμαι, *accipiam.* καλαχὴς καλαχὰς, *resonans, sonorus.* ἡμέρα ἀμέρα, *dies.* ἥλι& ἄλι&, *Sol.* ἡδονὴ ἀδονὰ, *voluptas.* aliáque innumerabilia. Docet Herodianus in imparisyllabis oxytonis non mutari, ποιμλιὼ, *pastor.* λιμλιὼ, *portus.* non ποιμὰν, λιμὰν, præter ἑσθὴς ἑσθὰς, *vestis.* Pindar. Pythiis. malè ergo apud Theocrit. ἄθιον ὦ ποιμάν, *vanior ô pastor.*

Attici in paucissimis suauitatis causa η mutarunt in α longum, κήλη κάλη, *hernia.* κηλήτης κιλήτης, *hernioſus.* ἠχέτης ἀχέτης, *resonans, sonorus: cicadarum epithetum.* δηήμητερ δάματερ, *Ceres.* admirantis aduerbium. sic è λήμη, *lippitudo.* fecerunt γλάμων, addito σ. *id est, lippus.*

Iones contrà in α breue, πήρα πάρη, *pera.* λελικτῆα λελακτῆα, *obstrepens, lippiens.* μεμικτῆα μεμακτῆα, *mugiẽs.* τεθηλυῖα τεθαλυῖα, *germinans.* μεσημβείη μεσαμβεία, *meridies.* λελημμέν& λελαμμέν&, *captus, cogitans.* ληφθεὶς λαμφθεὶς, *sumptus.* cum epenthesi μ. sic δηιχῆ δίχα, *bifariam.* τριχῆ τρίχα, *trifariam.* τέτρηχα, πέντρηχα. Δεῦρ' ἴθι νύμφα φίλη, ἰλ. γ. *huc age nympha, seu sponsa chara.*

Alph. ex ο, ω, εα, αε.

Huc pertinet, cùm Poëtæ η resoluunt in εα, ἤγλω ἐάγλω, *fractus sum.* ἤφθω ἐάφθω, *captus sum.* ἥδε ἔαδε, *placuit.* & Æolicè ἄδε, & ἐαδὼς, ἥλη ἐάλη, *captus est.* ἥλω ἐάλω, ἥλωκα ἐάλωκα, *capt° est.* ἥνδανε ἐάνδανε, *placuit.*

ο Doricè aliquando in α, εἴκοσι εἴκαλι, *viginti.* & Æolicè ὅᾶ, ἄσα, *quædam.* ex quo Atticum ἅτις. Sic Latini ἄροτρον aratrum, etsi a longum est. καρδία cor, πορῶ ex quo πορίζω, paro, *rem facio, mercor.* λόγχη, lancea. Etruscè solidus, saldo: Hispan. γάν& gana, *latitia, splendor oblectamentum.*

Iidem Dorienses ω in α productum cõuertunt, πρῶτ& πρᾶτ&, πρώτιστ& πράτιστος, *primus.* φωλεαμὸς φαλεαμός, *arca.* sic ἕδρᾶ& ἕδρᾶξ, *sedes, locus, concio.* In genitiuo plurali primæ & secũdæ parisyllaborum, λῃστῶν λῃστᾶν, *latronum.* θυρῶν θυρᾶν, *portarum.*

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et in aoristis mediis prioribus, ἐπήξω ἐπάξα, *fixisti, densasti.* ἐπείω ἐπεία, *emisti.*

Æolij in participiis secundæ contractorum, γελῶν γελᾶν, *ridens, cachinnum tollens.* ἐλῶν ἐλᾶν, *impellens.* Bœotice ποσιδῶν πολειδᾶν, *Neptunus.* φυσῶλες φυσᾶλες, *flantes, tumentes.* Tarentini Dorienſium Colonia, ὦτα ἆτα, *aures.* ὡς ἀς, *vt.* Cretenſes ἔωλον ἄελον. methatheſi, *vanum absoletum.*

Contrahitur etiã ex εα, θέασαι θᾶσαι, *vide.* Idyl. 1. vt Atticè δφυέα δφυᾶ, *industrium ingeniosum.* πειραιέα πειραιᾶ, *Piraum.* Verùm hoc tantum præeunte vocali: non enim diceretur δγψέα δγψᾶ, *generosus.* ἀληθέα ἀληθᾶ, *verum.* ſed δγψῆ ἀληθῆ.

Et ex αε, ἄεθλον ἆθλον, *præmium.* ἀέκων ἄκων, *inultus.* ἀεργὸς ἀργός, *otioſus.*

A Abundans.

A initio aliquando abundat, ϛαφὶς ἀϛαφὶς, *vua paſſa.* ϛαχὺς ἀϛαχυς, *ſpica.* quod propriũ Atticorũ eſſe dicunt. Etruſce. Vulturius *auoltoio.* Hiſpanice Percipere *apercebir*, & Gallicè *apperceuoir.* Poëticè ἄαλα pro ἅλα ab ἄω, *ſpiro.* ἀάχετος pro ἄχετος, *intolerabilis, ſeu quod retineri nõ poteſt.* Syriace Labã, albus, alban, dealbauit, Mar amarus, ex quo forſitan mare.

Deficiens.

Cadit, ἀπαίρω παίρω, *palpito more morientium.* ἀμαυρόω μαυρόω, *obſcuro, hebeto.* ἀϛεροπὴ ϛεροπὴ, *fulgur.* vt ἀμέλγω, *eliceo*, mulgeo. ἄρουρα rus rura, ἀμῶ ἄμητος, *meſſis, vnde* meto. Nam deductio ſæpe fit à verbali, ἵϛημι, ϛῶ. ϛᾶλος, *ſtabilis ex quo*, ſtatuo. φημὶ, *dico.* φατὸς, *dicendus, hinc* fateor. πάσχω, *patior.* πάθος, *paſſio:* vel παθητὸς, *patibilis, hinc* patior. γεύομαι, *guſto.* γευϛὸς, *guſtabilis. vnde* guſto. λέγω, *dico.* λόγος, *dictio. hinc* loquor. ἐρεύγω, *ructo.* ἐρευκτὸς, *quod ructu emittitur, hinc* ructo. ἀκάκητα, ἡσύχως, *pacificè, quietè.* ex quo fit quieſco. Syriace Anu, νῶ nos, hamar merum. Sic Appendix pendice Etruſce, Apotheca bottega,

Puni

Punice alhud leuto, non, vt quidam ſentit, ἁλιευτικὴ, *piſcatoria.* Aſqer ſchiera.

In medio poëticè metri cauſa abundat, πυλωρὸς πυλαωρὸς, *Ianitor.* κέρας κεράϛος, *cornu.* Sic κράατι, κράϛα, *capiti, capita.* ναιετάω ναιετάασκε, ναιετάασκε, *habitans.* Oδ. α. δναιετάοντων, *Beatorum.* β. ὠείων ὠαείων, *Orion.* ἄχραντος ἀχράαντος, *purus incontaminatus.* πλάϛης πλάαϛης *patiaris, audeas, ſuſtineas.* Ιλ. ν. ἄνελπτος ἀνάελπτος, *inſperabilis.* Heſiod. vt Hom. ἄποινον, *pretiũ.* ἀνάποινον, *carens pretio redẽptionis.* ἄϛασθε ἀγάασθε, *grauiter tuliſtis, nocuiſtis, coëgiſtis, venerati eſtis.* ἀχαιΐδες ἀχαιϊάδες, *Græcæ.* πηλητάδης, *Pelides.* ἀμφιτρυωνιάδης, *Hercules.* φαάνθατος, *ſplendidiſſimus.* φάανθεν, *apparuerũt.* ϑαασέμεν, *ſedere.* κεκράανται, *perfecta ſunt.* Oδ. ο. πεντάετες, *quinquennium.* ἑξάετες, *ſexennium.* In ſecunda contractorum coniug. ante α, ὁρᾶ ὁράᾳ, *videt.* ἀχαλάα πρὸϛ νηὶ πολυζήω, *ægrè fert in naui multa tranſtra habente.* & in Infinit. ὁρᾶν ὁράαν, *videre.* ἐλᾶν, *ferire.* μάϛιξεν δ' ἐλάαν· *verberauit ad agitandum.*

In αὐθαδιάζω, *contumacem reddo.* ἀνακυμβαλιάζω, *ſurſum cum ſonitu iacio.* ſecundum α. *abundat.*

Hoc modo è Syriaco Catros fit κίθαεις, vel κιθάρα, *lyra.* Menica μανιάκης, *brachiale, torques.* Punice machzen, Etruſce magazino, Riqma ricamo.

Iones in tertia plur. præt. perf. paſſ. eliſo ν ponunt α, κέκλιϑ' κεκλίαται, *inclinati ſunt.* πεποίηϑ' πεποιέαται, *facti ſunt.* Et in opt. τύπτοιντο τυπτοίατο, *vapularent.* μνήσαιντο μνησαίατο, *recordentur.* ſed de hac re in præt. paſſ.

Æolice in genit. plur. primæ & ſecũdæ impariſ. ληϛάων, *latronum.* μεϛάων, *Muſarum.* Callimachus etiam in tertia, νηϛάων à νῆϛος, *inſula.* quòd perrarum eſt.

Eliditur in medio propter metrum, γαλακτοφάγοι γλακτοφάγοι, *lacte victitantes.* Ιλ. ν. ἐλάϛας ἔλατος, *profectus.* Oδ. ε. δεδίαρχθ' δεδίαϛε, δέδιμεν δέδιϛε, *timemus, timete.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Vt à χάεις χάεῖ☞, sit gratia, κυπάειω☞ cupressus, βαλανεῖον Balneum, παλάμη palma, γάλως glos. Compaganus cõpagno Etrusce. Sic è Punico taraq τρέχω, curro. caraq κρώζω κρωσμὸς, crocito, crocitatio. Etrusce παράλυσις, paralysis. parlasia, παραλυτικὸς, paraliticus. parletico. Farasa Syriace, φάρος, integumentum, vestis.

In fine quædam particulæ amittunt α, ἄρα ἄρ, itaque, igitur vtique nempe. ἀνὰ ἂν, cum. παρὰ παρ, per. ex quo Per.

Quod poëtæ in compositione metri causa faciunt, quibusdam literis propter orthographiæ leges mutatis.

A N A

Αναλύω, ἀλλύω, dissoluo, diluo, reuoco. pro ἀνλύω ex quo ἀλλύεσα, retexens. & ἀλλύεσκεν, soluebat. Od. α. pro ἀναλύεσα, ἀνέλυε cum Ionica paragoge. ἀναΓάνύω ἀνΓανύω, sursum traho. Opp. & ἀναδύω ἀνδύω, demergo. ἀνέλεΓον ἄλλεΓον, colligebam, deligebam, excipiebam. ἀναλέξαι ἀλλέξαι, collegisse. ἀναβαίνων ἀμβαίνων, ascendens. ἀναβήτῃ ἀμβασῇ, ascenderit. Dorice, ἀναβαλλώμεθα ἀμβαλλώμεθα, retardemus, remoremur, recusemus. & ἀμβολιεργὸς Hesiodus pro ἀναβολιεργός, dilator, cunctator. ἀνάσχω ἄνοχεο, sustine. ἀναΓάντες ἀνΓάντες, assurgentes. ἀναμίξας ἀμμίξας, cùm immiscuisset. ἀναδύε☞ ἀνδύεται, recusat. ἀναπαλὼν ἀμπαλὼν, cùm quassasset, vibrasset. & Ionice ἀμπεπαλών. ἀνακαλέω ἀΓκαλέω, reuoco. ἀναπαιανίσαι ἀμπαιανίσαι, rursus canere Paeana. ἀναπέΓαν ἀμπέΓαν, extende. ἀνακρούομαι ἀΓκρούομαι, praeludo. ἀνακλίνας ἀΓκλίνας, reclinans. ἀναχήσεως ἀνοχήσεσαι, sublatum ire. ἀνέβαλε ἄμβαλε, retardauit. qui scribunt ἄβαλε, male legerunt antiquum codicem. ἀνέπνυΓε ἄμπνυΓε, expirauit. ἀνάπωσις ἄμπωσις, fluxus & refluxus maris. quo etiam oratores vtuntur.

Cum nominibus etiam, tametsi casum regit, fere conglutinatur, ἀνὰ πεδίον ἀμπεδίον, per campum.

ἀνὰ δόναξ ἀνδόναξ, inter arundines. ἀνὰ βωμοῖς ἀμβωμοῖσιν, in aris. Ιλ. θ. ἀνὰ φυτὰ ἀμφυτὰ, per virgulta. ἀνὰ Γόμα ἀνΓόμα, in ore. ἀνὰ νέκυας ἀννέκυας, per cadauera. ἀνὰ μέΓα ἀμμέΓα, per magnum. ἀνὰ φόνον ἀμφόνον, per eædem.

Sic ἀναμίγδιν ἀμμίγδιν, confusè. ἀνάδιχα ἄνδιχα, Bifariam. & διάνδιχα, seorsum. ἀνάπηρ☞ ἄμπηρ☞, fractus, mutilatus.

K A T A

Καταθνήσκω, καθθνήσκω, morior. κάλέθανε κάτθανε, mortuus est. καταθανὼν καθθανὼν, moriens. καταθάψαι καθθάψαι, sepelire. Ιλ. ω. κατατύπλεσκε κατὶύπλεσκε, cõnumerare. κάλέβαλε κάββαλε, deiecit. καταλείπειν καλλείπειν, derelinquere. Ιλ. κ. καταλείπε☞ καλλείπε☞ Nicãder Alex. κάλέλιπε κάλλιπε, reliquit. καταλείΓειν καλλείΓειν, relictum ire. in quibus τ in λ. κάλέπεσε κάππεσε, decidit. καταρέζεσα poëtice, καῤῥέζεσα, demulceus. Ιλ. ε. καταπυείσαι καππυείσαι, igne concepta. Theocrit. Idyl. 2. καταφάλε κάπφαλε, comede. καταδῦσαι καδδῦσαι, demergere. κάλεδραθέτην καδδραθέτην, obdormiuere duo. καταχεῦσε κάχεῦσε, detinete. Ιλ. λ. καταστορνῦσα κασσορνῦσα, insternens. καταχεῦσαι κακχεῦσαι, effundere. καταναΓὰς κανναὰς, cùm annuisset. καταμίξας καμμίξας, cùm miscuisset. κατακείοντες κακκείοντες, dormituri. καταΓᾶξαι κακκᾶξαι, concussisse. καταμύω καμμύω, inclinor, cõcido. quod cõmune est omnibus.

Cum nominibus, κ☞ κορυφὴ κακκορυφὴ, ex vertice. κ☞ πεδίον καππεδίον, ex campo. κ☞ μέΓον καμμέΓον, ex medio. κ☞ φάλαρα καπφάλαρα, per phaleras. κ☞ ῥόον καῤῥόον, secundo flumine. κ☞ λαπάραν καλλαπάρην, per ilia. καταμονίη καμμονίη, victoria ex duello.

Sic κ☞ ὃ καδδὲ, κ☞ μὴ καμμὴ, secundũ quidẽ. Od. σ. καθ' ῥα καῤῥά, secundum quidem. Dorice κ☞ τέο κατ-τέτο, ex hoc.

P A R A

Παραθέμην☞ παρθέμην☞, apponens. παρατιθεῖ παρτιθεῖ, comparat. παρέθεΓο πάρθεΓο, apposuit. παρασ-άσ

Universidad de Deusto Biblioteca

παρςᾶσα, *assistens.* παραπιθὼν παρπιθὼν, *cum suasisset.* & Ionice παραιπεπιθών. παραμένων παρμένων, *assistens.* Parmeno.

Latini è διὰ & παρὰ in compositione elidunt α, di & per, διαφέρω differo, διαγινώσκω dignosco, διαλύω diluo.

Παραμένω permaneo, παραμίσγω permisceo.

Latini α aliquando vertunt in i breue, τρυτάνη Trutina, κάναςρον canistrum, ςαλάζω stillo.

Punice Sciarqi scirocco, scilocco Etrusce, ventus. fondac fondico. ψαλὶς, Æol. σπαλὶς, spilla, *nouacula.*

Sic ago adigo, facio reficio, habeo adhibeo.

In u breue, κραιπάλη crapula, ςραγγαλῶ strãgulo.

In æ diphthongum, sed perraro, Ασκληπιὸς Æsculapius.

BHTA.

CVM è Mutis prima sit β, paucis de Mutarum mutatione prius agendum.

Eæ, vt diximus, sunt nouem, β γ δ, π κ τ, φ χ θ. quarum vis ac potestas planè est mirifica. Mediæ enim cum mediis, cum tenuibus tenues, densæ conueniunt cum densis, βδέλλα, *hirudo, sanguisuga.* ὄγδοος, *octauus.* πτωχὸς, *mendicus.* κτῦος, *iumentum.* φθόνος, *inuidia.* ἄχθος, *pondus.* Hæ vicissim, non temere tamen, permutantur.

Primum Mediæ, sed rarô, in aspiratas, πρόγονυ πρόχνυ, *in genua.* ἀνώγηθι ἄνωχθι, *iube.* κεκράγηθι κέκραχθι, *vociferare.* Aspiratę in medias, λέλεχα λέλεγμαι, *elegit, disseruit.* ὀρώρυχα ὀρώρυγμαι, *fodi, exæquaui.* βέβρεχα βέβρεγμαι, *irrigaui, prolui.*

Tenues in medias vertuntur in deriuatione: ἑπτὰ, *septem.* ἕβδομος, *septimus.* ἑβδομήκοντα, *septuaginta.* ὀκτὼ, *octo.* ὄγδοος, *octauus.* ὀγδοήκοντα, *octuaginta.* μέμικται, *mixtum est.* μίγδην & μίγδα, *mixtim, simul, vna.* ἐπιγέγραπται, *inscriptum est.* ἐπιγράβδην, *in superficie, stri*

strictim. φαίνω, *Appareo, accendo, clareo.* πέφανται, *apparuit.* ἀναφανδόν, *coram omnibus, clarè, manifestè.* τέτμηται, *incisum est.* τμήδην, *festinanter, cæsim.* διακέκριται, *diiudicatum est.* διακριδόν, *distinctè.* διείρηται, *publicatum est.* διαῤῥήδην, *palam.* πέπλεκται, *implicitum, nexum est.* πλέγδην, *implicite.* πέφυκται, *fugit.* φύγδην, *fugiendo.* αἴρω, ἦρται, *tollo.* ἄρδην, *penitus.*

Poëtice in syncope, δεδοίκαμεν δέδοιγμεν, *metuimus.* ἐοίκαμεν ἔοιγμεν, *similes fuimus.* ἔχειν, ἐχέμεν, syncope ἔγμεν, *habere, possidere.*

Eædem in densas propter accentum aspiratum aut in compositione, aut in apostropho. ἀπὸ ἵςημι ἀφίςημι, *auerto.* κατὰ αἱρῶ καθαιρῶ, *deijcio.* ἀπὸ ἕξω ἀφέξω, *recipiam, abstinebo.* ἀπὸ οὗ ἀφ' οὗ, *à quo.* κατὰ ὃν καθ' ὅν, *ex quo.*

Iones quidem ob has duas causas nihil mutant, ἀπίςημι, καταιρῶ, ἀπ' οὗ, κατ' ὅν. nec κ: οὐκ οὔπω. Quinetiam in flexu nominum non recipiunt, φ, κίνυψ κίνυφος, ipsi κίνυπος, *nomen fluuij.*

Æolij verò multô minus id faciunt, qui densum spiritum prorsus ignorant.

Quædam vsus communis ab Ionibus accepta, vt longi temporis præscriptione sua fecit, ἀπηλιώτης, *Subsolanus.* ἀντήλιος, *Soli aduersus.* ab ἥλιος. Errat itaque Triclinius, qui ἀντήλιος fieri putat ab ἀνατόλιος, *Orientalis, Eous.* contra analogiam. nam ο mutatur in η in fine prioris compositi tantum, vt suo loco dicetur. λεύκιππος, *albus equus.* κράτιππος, *fortis equus.* ab ἵππος, *equus.* σακκυφάντης, *qui saccos facit.* κροκύφαντος, *quod per subtegmen immittitur.* ab ὑφαίνω, *texo.* πεμπτάμερος, *quinque dierum.* Pind. ab ἁμέρα. cùm dicatur πενθημιμερὴς, vt ἑφθημιμερὴς, *septem dierum.* ab ἑπτά.

Præterea ob syncopen tenues mutãtur in aspiratas, προοίμιον, φροίμιον, *exordium.* φροιμιάζεσθαι. *præfari.* ἐξαπίνης ἐξαίφνης, *ex improuiso.* τέτορες ἵπποι, τέθριπ-

Universidad de Deusto Biblioteca

πος, *quadrijugus*. τερατεία τερψθρεία, *vanitas*. πλόκαμος πλοχμὸς, *caſaries*. ταράττω θράττω, *confundo*. ἀκαχμένος ἀκαχμένος, *acutus*. alij ab ἀκάζω, *acuo*. pro ἠκασμένος, σ in χ. quidam addunt φρῶ, à φροϊῶ, ſyncope & trope φρῶ, *mitto*. εἰσφρῶ, *irrumpo*. quod etiam duci poteſt à φέρω, φρῶ φρημὶ, *fero*. ex quo φρὲς, *fer*. vt θές, *pone*.

Tollitur λαψηρὸς αἰψηρός, *leuis, celer.* λείβω εἴβω, *libo, perfundo, rigo.* Αχιλλεύς Αχιλλεύς. quod Grammatici ducunt ab α & χιλός, *pabulum, frumentum, triticum.* θάλλων Nicander pro θάλλοων, *vireſcentem.* θρυλλῶ θρυλῶ, *diuulgo, rumorem iacto.* Sic Martialis Marcellianum dixit pro Marcelliano.

Etruſce Galbanum gabbano, Plerique parecchi. Sic δάκτυλος digitus, ἀγκύλος vncus, Gamla Syriac. γάμμα.

Α in D, μελέω meditor, μυδαλέος madidus, ἄμυλον amido Etruſce, *amylum Latinè.* vt ἔλαφος, *cernus.* ἔδαφος, *pauimentum.* μονοπωλεῖον, *poteſtas vendendi ſoli tributa.* Hiſp. monipodio, pro conſpiratione.

Universidad de Deusto Biblioteca

ΜΥ, Ionice ΜΩ.

In compositione Ν ante β, μ, π, φ, ψ, vertitur in μ, ἐν βαίνω ἐμβαίνω, *Introeo conscendo, adeo.* ἐν μένω ἐμμένω, *immoror, sto, sisto.* σὼ πλέκω συμπλέκω, *concinno, connecto, immisceo.* σὼ φέρω συμφέρω, *confero, cumulo.* ς σὼ ψῆφος συμψηφος, *eiusdem sententiæ subscriptor.*

Æolij π mutant in μ, πατῶ ματῶ, *pessundo calco, lædo, ambulo.* παθεῖα μαθεῖα, *supplicio affecta, iniuriæ lacessita.* vt Latinè ὕπνος somnus, pro sopnus. Cyprij dicunt ἀδρεμὴς pro ἀδλεπὴς, λ in ρ, *despectus, vilis, indignus qui videatur.*

Abundat in deriuatione, ἄχυρον, *acus, palea.* ἀχυρμιὰ, *aceruus palearum.* ὀχὸς, *vehiculum.* ὄχμὸς ὀχμάζω, *detineo, sub currum duco.* λείχω λιχμάζω, *lingo, lambo.* τέκω, *pario.* τέκμωρ, *signum, indicium.* ἔμπειρος ἐμπείραμος & ἐμπέραμος, *peritus, prudens.* ἀλκὴ, *robur, subsidiũ.* ἄλκιμος, *fortis, robustus.* ἄνθος, *flos.* ἄνθιμος, *floridus.* πρωΐ, *manè diluculo, præmaturè.* πρώϊμος *festinus, celer.* γνάθος, *maxilla.* γναθμὸς, *idem.* βεβρὰς βεμβράς, *piscis.*

Vt Qinnemon Syriace, κιννάμωμον, *Cinnamomũ.*

Poëticè in carm. geminatur, ἄμορος ἄμμορος, *infelix.* ἔμαθεν ἔμμαθεν, *didicit.* Od. ρ. ἔμορεν ἔμμορεν, Il. α. *natus est.* à μείρω, *diuido.* ἀμιγῆ, *purum, non mixtum, syncerum.* ἀμμίγα, *simul, vna, confusè.* φιλομμειδὴς φιλομμειδὴς, *risum amans.* quod Zeres vnico μ maunlt.

Æolicè, ἠμεῖς ἄμμες, *nos.* ὑμεῖς ὔμμες, *vos.*

Cadit initio secundum Æolios, μία ἴα, *vna.* μέχρις ἄχρις, *vsque.* ε in α. Vt in medio, κρόμμυον κρόμυον, *carpe.* propter metrum.

Latinè μιμῆμαι μιμητὴς imitor, quasi mimitor: κωμμῶ como, σκίμπων scipio, *baculus.* Sic Etrusce μιμὼν, ὀνος mona, pro mimona, & gatto mamone, τράγημα tragea, *bellaria, secunda mensa.* vt in P, μικκύλος Dorice, Etrusce piccolo, *pusillus, paruus.*

In N, πυγμὴ pugnus pugna. Punice Am ἂν an.

Vt Syriace Romcha, Etrusce ronca Mespylum nespolo Domina donna. μηδεὶς, Hispa. nadie, *nullus.* Gall. Racemus *raisin.*

Ν Υ.

Ante β, μ, π, pronunciatur, vt Μ, τὸν βόλον, tom bolon, *retinaculum, iactũ retis.* τὸν μόρον tom moron, *morbum, cruciatum.* τὸν βόκον tom bocon, *vellus.*

Ante γ, κ, χ in compositione mutatur in γ, sonum tamen retinet, ἐν γράφω ἐγγράφω, *inscribo, addo, iudicor, mulctor.* σὼ κλείω συγκλείω, *concludo, arcto, obsero.* σὼ χέω συγχέω, *confundo, prosterno, turbo.*

Ante λ. ρ. σ in sequẽtem. συλλέγω, *percipio, colligo.* σύῤῥυς, *simul fluens.* σύσσιτος, *sodalis.* ἐν tamen ante σ retinet ν, ἔνσωμος, *corporeus.*

Dorienses sequentes ϑ vel τ, conuertunt λ in ν. ἦλθον ἰὼθον, *veni.* βέλτιστος βέντιστος, *optimus.* φίλτατος φίντατος, *amicissimus.* φίλτις φίντις, *auriga.* diminutiuum Pindaro. ἐκέλετος κέντος, *iubebat.* Alcman. εἴλετος ἕλετος ἔντος. & prosthesi γ. ἠγόρατο, *cepit.*

Latinè γρυλλίζω grunnio. μέγαλος vt dicebant veteres. magnus. Etrusce Colus colicula conocchia. vt Acus acicula. Syriace Luz nux.

Æolij in partic. præter. perfect. σ in ν. retracto accentu, εἰρήκας εἰρήκων. ὄντος, *locutus.* νενοήκως νενοήκων. νενοήκοντος, *qui intellexit, cogitauit, sensit.* vt Cretenses. ἐν ἐς. ἐς χορὸν ἐν χορόν, *ad chorũ.* ἐν ἀγοράν, *ad forum.* & mutato ε in ι, ἰν. ἰν φάος pro ἐς φάος. Hesych. *in lucem.*

Dorienses verbis in ιω & υω addunt ν. τίω τίνω, *soluo, reddo, pendo, luo, rependo, persoluo honoro, colo, magnifico.* πίω πίνω, *bibo, haurio.* φθίω φθίνω, *corrumpo, tabesco, perdo.* θύω θύνω, *sacrifico, ruo, curro.* ἐκχύω ἐκχύνω, *circumfundo, effundo.* δύω δύνω, *ingredior, demitto.* ἀρτύω ἀρτύνω, *condio, instruo, promo, comparo.* quę sunt ferè Anomala.

Poëtæ interiecto ν, è grauitionis faciũt inflexa. ἵκω ἱκνῶ, *venio, emitto.* οἴχω οἰχνῶ, *discedo, peregrinor.* ἄγω, ἀγνῶ, *ago, duco.* & cum epenthesi ι, ἀγανίω, *veho*

Universidad de Deusto
Biblioteca

affero, comporto. ἄρω ἀρῶ, *tollo.* πέρω Homericè. pro περῶ. περιῶ. ex quo πέρνημι. & πέρνασκεν. Ιλ. υ. *transeo, transfigo, penetro, emetior.*

Geminãt & ob metrum. ἐνέπω ἐννέπω, *dico, narro.* ἔνη ἔννη, *vetus & noua luna.* ἀνεῴ. ἄννεται, *desinit, finit.* quod Æoliis vsitatum. ἔναιεν. ἔνναιεν, *habitabat.* ἐνοσίγαιος, *terræ confessor.*

Addunt etiã soni clarioris gratia. μινύθω, *minuo.* μίνυωθα, *paululum.* μινυωθάδιος, *breui durans.* ἐκλίθη ἐκλίνθη, *inclinatus est, auersus est, demissus est.* ἀμπνύθη pro ἀνεπνύθη, *respirauit.* ἀκαμαντοχάρμης, *pugna infatigabilis.* ab ἀκάμαντος, *indefessus.* πλάζομαι. πλάγξομαι, *erro errabo.* Οδ. ο. πλάγχθη, *seductus est.* Οδ. α. παλιμπλαγχθέντα, *iterũ errantes.* Ιλ. α. pro πλάζομαι. ἐπλάγχθη. παλιμπλαγχθέντας. πλαγὼν, *puppa cerea.* ab ἔπλαον, *percussi.* λήχω, *desino.* λέλογχα. trope λέλοχα λέλογχα, *sortitus sum.* alij à λέω. nam γ est loco ν. χάζω κέχανδα κέχανδα, *capio, capax sum.* χανδάνω, *contineo.* κλάζω. ἔκλαξα, *clamo, ui.* ἔκλαγξαν δ' ἄρ' οἵγε, *sonuerunt sagittæ.* & κλαγή. pro κλαγή, *clãgor.* βροτὸς, *mortalis.* ἀμβροσία, *Ambrosia.* & reliqua composita. τερψίμβροτος, *mortales delectans.* φαεσίμβροτος, *ferens lucem mortalibus.* πλεησίμβροτος, *abundãs hominibus.* ἐναρίμβροτος, *homicida.* Κλεόμβροτος. in quibus μ pro ν. ἀβρότη, *nox.* & ἀμφιβρότη, *contegens hominem.* metri causa non receperunt μ.

Iones λήψομαι λάμψομαι, *accipiam.* ἐλήφθην ἐλάμφθην, *acceptus sum.* ληφθεὶς λαμφθεὶς, *sumptus.*

Argiui & Cretenses vocibus, quæ in penultima habent ει. detracto ι addunt ν. ἀείδω (ex quo ἀοιδὴ) ἀοίνδω, *libo.* ἐνείκω, *fero.* ex quo ἐνήνεικα. ἐνέγκω. Sic αἰεὶ ἀΐεν & ἀέ, *semper.* vt ἀένναος & ἀέναος, *semper fluens.* Sic ab ἐνόα. τὸ κινῶ, *moueo.* fut. ἐνόσω, *quatiam.* fit ἐνοσίχθων, ἐνοσίφυλλος, *altus, ventis efflatus.* & ἐνοσί, αος, *terræ percussor.* & in part. τιθεὶς τιθέν, *ponens.* quam formam Latini secuti sunt. μέντοι μέντον, *nihilominus tamen, certò.* Eusta. εἰδέναι ἐνδέναι, *scire.*

Hesy

Hesych. Æolicè φαεινὸς φαεννός, *lucidus, clarus, speciosus.* Sic δέννος à δεινὸς, *conuitium.*

In compositione ante νῆος, *insula.* ν repetitur. πελοπόννησος, *Peloponesus.* ἐλαφόννησος, *insula ceruis abũdans.* προκόννησος, *insula hinnulis abũdans.* ἀλωπεκόννησος, *insula vulpibus abundans.* Legitur tamen ἀλόννησος. χερρόννησος, *Chersoneſus.* Panicula Etruſce pannocchia.

Latini δασὺς densus. παχὺς pinguis. λείχω lingo. Etruſci iterum derrahunt lecco. πήγω. πάγω Dorice. pago & pango. ἔχις anguis, εἴκοσι. Dor. εἴκατι viginti. κίκιννοι cincinni. τόκα tunc. θίγω tango. ἑκατὸν cẽtum. χίζω ſcindo. κηπὸς. Dorice καπὸς campus. & ἑλὴ vulnus. ἔρον vrina. φύραμα. ζος. fermentũ.

Etruſci Lutra lontra. Laterna lanterna. καπάνη capanna. ἄβακος banco. Retuſus rintuzato. Pauitare pauentare. Vampa. & Auampo. à vapore. Cubitus gombito. Hiſpani examen enxambre. Potio ponçona. Potionare enpoçonar. Gallicè Cucumis *concombre.*

Græci è Punico Lachia λάχνη, *lana, lanugo, vellus.* & è Syriaco Sabbeca σαμβύκη, *ſambuca.* Lapid. λαμπὰς, λαμπάδος, *fax, candelabrũ.* μ pro ν, propter π. Sadin σινδών, *amictus ex lino.* Tuppin τύμπανα, *tympana.*

Lacones & Cyprij ex αυ tollunt υ, & addunt ν, αὖτη ἄνδα, τ in δ, *ipſa.* αὐχλῶ ἀμφλῶ, χ in φ, *ceruix, collum.* τᾶ ἀπᾶ ἔτους, ἀντεῦς, *anni eiuſdem.* Sic ἄήτης ἄντης, ex quo fit ventus: aut ab ἀεὶς ἀέντος, *flans, ſpirans.* ἀνέμων μένος ὑγρὸν ἀέντων, *ventorum vis molliter ſpirantium.*

In fine tertiæ verborum in ε, vel ι, additur ſequente vocali, quod tum vocatur ἐφελκυστικὸν, *quod fini adjcitur.* ἔτυπλεν αὐτὸν, *verberabat ipſum.* φέρουσιν αὐλὸν, *ferunt iaculum.* & datiuis pluralibus quintæ, ἀνδράσιν ἐκείνοις, *viris illis.*

Vnum legitur etiam poſt ει, ὥσκεν εἷμα καλὰ, Ιλ. γ. *parabat lanas pulchras.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iones & veteres Attici ob hanc cauſam non addunt ν, quod ex Herodoto cognoſces. Attice, ἔᾶδ' ὅτε, *eſt quãdo.* ἔᾶδ ὅπως, *eſt quomodo.* pro ἔϛι ὅτε, ἔϛι ὅπως.

Quidam ſcribunt Atticos ν addere etiam ſequente conſonante, quod poëtæ faciunt ob metrum, νώμησεν δ' ἄρα πᾶσιν, *diuidebat igitur omnibus.*

Dorienſes in fine addunt, ἐγὼ ἐγὼν, ἐμοὶ ἐμὶν, τοὶ τὶν, expuncto ο, *ego, mihi, tibi.*

Auctor Etymologici ex Herodiano citat Pindarũ, qui ſcripſerit ἀκαμαντοχάρμαν, *pugna indefeſſe.* in vocatiuo, ab ἀκαμαντοχάρμης, addito ν. Qua ratione explicari poteſt vſitatiſſimũ illud verbum, ὦ τᾶν, ἔτης, ἔτα, vocat. ὦ ἑτᾶ, *ô amicè.* addito ν ὦ ἔταν eliſo ε, ὦ τᾶν, nam vſus obtinuit vt inflecteretur.

Quidam formam deriuatam putant, vt Ερμῆς Ερμᾶν, *Mercurius.* μέγιϛος μεγιϛᾶν, *maximus.* ſed malè.

Iidem in tertia præteriti duobus εε in η contractis addunt ν, ἔπλεε ἔπλων, *nauigabat.* ἔῤῥεε ἔῤῥων, *fluebat.* ἔεε ἦν, Euſtath. *erat.*

Punice Garbi, Etruſce garbino, ventus.

In præpoſit. σὺν ante ζ in compoſitione decidit, ν συὺ ζυγὸς σύγος, *coniunx, maritus.*

Vt aliquando in πάλιν, *iterum, retro, retrorſum.* παλίωξις, *iterata perſecutio.* παλίσκιος, *umbroſus.* aliquin παλίντονος, *reflexus.* παλίνδρομος, *reciprocus.* παλίλλογος, *iterũ collectus.* ν mutato in λ. παλιμπλαγχθείς, *iterum oberrans, diſpalatus.*

Poëtæ elidunt aliquando metri lege, καγχάζω καχάζω cachinnor, φάρυγξ, φάρυγος· φάρυξ, φάρυγος, *fauces.* quod etiã Æolij faciũt. ἐννέα ἐνέος, *nouẽ, nonus.*

Latini Columna columella, Monſtrum moſtellum moſtellaria, Lingua ligula, Effingo effigies.

Etruſci, Sponſa ſpoſo, Menſura miſura. Hiſpa. SeSenſus ſeſo Senſatus ſeſudo.

Græci è Punico Carn κέρας, quod melius expreſſerunt Latini cornu, Inna ἵνα, *vt.*

Aduerbia in θεν vltimum ν ſæpe apud poëtas amittunt, πρόσθεν πρόσθε, *ante, vlterius, anterius.* ὄπισθεν ὄπισθε, *retro, ponè, ex aduerſo, retrorſum.* ἑκατέρωθεν ἑκάτερθε, *vtrinque.* ſyncope.

Quod Latini faciunt in Πλάτων Plato, Σόλων Solo, & aliis permultis. contra Græci Latinis nominibus in O, addunt ν, Κικέρων, Κάτων, *Cicero, Cato.*

N videtur à Latinis verti in B, πίνω bibo, τὶν tibi.

In G, apud vetuſtiſſimos Latinos, ſequente G vel C. Agchiſes, Ageeps, Aggulus, Aggens, pro Anchiſes, anceps, angulus, angens: vt ἔγκυος, *prægnans, grauida.* ἔγγονος, *nepos, oriundus.* ἐγχέω, *infundo, libo.* ἄγγελος, *nuncius, legatus, internuncius.* Sic Innobilis ignobilis, Innarus ignarus, ignauus. Syriace Eno ἐγώ.

In μ, πύανος πύαμος, *faba, ligumen.* χλαμὺς χλανίς, *veſtis militaris, chlamis.* Sic τήγανον, *ſartago, patella.* tegame Etruſce. Sic ναρκισσίτης, *lapis narceſſites.* vulgo marcheſſita.

Punice Anahar ἡμέρα, *dies.* quaſi ἰὼ ἔρα, vel Dorice ἀνέρα.

Anbub fiſtulæ genus, vnde anbubai qui ea canit. Horatius, Ambubaiarum collegia.

In τ, Γανυμήδης catamitus, Mane matutinus, pro manutinus, niſi potius à Matuta. Sic fortè Περσεφόνη Περσεφάττα Attice, *Proſerpina.*

Ξ f.

Ξ Æolicè reſoluitur in σκ, ξένος σκένος, *hoſpes, nouus, abſurdus.* ξίφος σκίφος, *enſis.* ξιφίας σκιφίας, piſcis, *item cometæ genus ad enſis inſtar faſtigiati.* & ξιφύδειον σκιφύδειον, *gladiolus.* Epicharmus apud Athen. Vt Latinè, ἀξίνη aſcia, Exeo, Etruſce eſco, Exuccus ſciocco, Exauguratus ſciagurato, Exalbidus ſcialbo. Hiſpani X pronunciant vt ſc, Exemplo, Xabon, vt ſi ſcriberetur eſcemplo, ſciabon.

Universidad de Deusto Biblioteca

Bœoti κ vertunt in ξ, εἴκατιν, εἴξασιν, *iuerunt*. Aristoph. Nebulis, loquitur rusticus Strepsiades. ἶξον pro ἵκον, *peruenerunt*. Οδ. ε. Alij malunt Futurum reuocare ad præsens. ἵκω, *venio*. ἵξω ἶξον, paratatico, de qua re suo loco. Contra μύξα, Latinè mucus.

In præpositione quidem ἐξ sequente consonante, ξ in κ abit, ἐκ τούτου, ἐξ ἐκείνου, *ex hoc, ex illo*. Nisi in fine versus, ἀμφοτέρων ἔξ Τείχων ἄνδρες ἔβαινον, Theocr. Idyll. 27. *ex vtroque muro viri ibant*.

Grammatici ex Archilocho citant, διὲξ σωλῆνος, *per fistulam, canalem, tubam*. διὲξ τὸ μύρτον, *per baccam seu fructum myrti*. pro διά. Homerus verò, διὲκ κακότητα φύγωμεν, *per mala fugiamus*. Nicander παρὲκ λόφον, *prope tumulum*. & mox, παρὲξ λιςρωτὸν ἅλω δρόμον, *per planum areæ spacium*.

Contra ἕξ in compositione sequente consonante mutat ξ in κ, ἐκκαίδεκα, ἑκκαιδεκάδωρα πεφύκει, *sedecim palmos longa erant*. Veteres Attici non mutabant, ἕξποεν, ἕξκλινον, quæ nunc cum α dicuntur ἑξάπουν, *sex pedes habens*. ἑξάκλινον, *sex lectulos habens*. Grammatici è Sophocle adducunt, ἑξπηχυςί, *sex cubitos habens*.

Attici veteres in præposi. σὺν, σ in ξ; σὺν ξὺν, σύμμαχος ξύμμαχος, *commilito, socius in bello*. ξυγγραφεὺς, *scriptor, scriba*. ξυνθήκη, *pactum conuentum, fœdus*. Quod post Thucydidem pauci vsurpant.

Dorienses hoc faciunt in futuris & aor. prior. quartæ grauit. κλείω, *laudo, celebro, dico*. κλείσω κλαξῶ, καθίσω καθιξῶ ἐκάθιξα, ἁρπαξῶ, *rapiam propriè de feris, præcipiam, arripiam*. In Theocr. etiam quædam circunflexa, νικαξῇ, *vinces*. ἐγέλαξεν, *risit*. ἔφθαξα, *occupaui, anteuerti*. Sic κλεὶς κλὰξ, *clauis*. ὄρνις ὄρνιξ, *auis, ales, oraculum*. χος, χι, χα, Æolicè ψῆφος πσάφαξ, *calculus, suffragium, decretum*. Lacones, ἀπέσωσεν ἀπέσουξεν, *tandem seruauit, euasit, salutem parauit*. ω in ου, σ in ξ. δίφρος δίφραξ, *subsellium, sella*.

Iones

Iones duplex σσ in ξ, δισσὸς διξὸς, *duplex*. τρισσὸς τριξός, *triplex*. Æolicè διξὰ, τριξὰ, πενταξὰ, pro διχῇ, τριχῇ, πενταχῇ, *diuisim, tripliciter, quintupliciter*.

Latinè πάσσαλος paxillus, πίσσα pix, διπλοῦς duplex, Αἴας Aiax. Punice Seif ξίφος, *ensis*. Sic Ses ἕξ, vt σῦς ὗς, *sus*. Latinè melius sex.

O, veteres aliquando οὗ.

Vocatur μικρὸν, paruum, vt differat ab ω, quod nominatur μέγα, magnum.

Hæc duo elementa longissimè sono distant, tametsi vulgò nullum discrimẽ existit. ο enim summis labris pronunciandum est, ω totum implet palatum. Quod Ælius Dionysius disertè exponit.

Id Etrusci optimè obseruant. In his enim auditur o paruum, Torre, Botte, Torta, turris, doliũ, placenta. In his o magnum. Torre. Botte. Torta. auferre bufones. detorta. Vt si quis secus pronunciet. ambiguam facturus sit orationem.

Hoc Græcos verisimile est fecisse in βόλος, *rete piscatorum, funda*. βῶλος, *Gleba, rubrica item qua pictores aurum suis operibus inducunt*. πόρος, *meatus, alueus, canalis*. πῶρος, *luctus, callum*. χολὴ, *fel, bilis, ira imperfecta*. χωλή, *clauda, manca*. aliísque generis eiusdem.

Hæc litera in nominum compositione maximo est vsui: quod nos admonuit. vt hoc loco de ratione ac methodo nominum compositionis quæ huic linguæ mirificam addit venustatem, elegantiam, & felicissimam verborũ copiam, diceremus. Cùm præsertim hæc pars (vt pleraque alia necessaria) à Grammaticis sit prorsus præterita. Nos quædam è veteribus. cætera nostra obseruatione collegimus.

De Compositione.

Compositio itaque fit vel ex præpositione & nomine verbóue. de qua cùm peruulgata sit, nihil hoc. loco dicemus: nisi quòd sæpe duæ præposi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiones. aliquando tres etiã coagmentantur. ἵστημι, *sto.* ἀνίστημι, *excito, arrigo, suscito, surgere iubeo, eleuo, erigo, restituo, instauro, exstruo, statuo, moueo, traduco, trãseo.* ἐπανίστημι, *insurgo, excito, erigo, instigo, aggredior.* συνεπανίστημι, *simul conspiro, vna coniuro.* ἵημι, *mitto, iaculor, cupio, sedeo, induo, proficiscor.* ἐξίημι, *exeo, prodeo, eijcio, emitto, depromo, depono, edo.* παρεξίημι, *prætereo, transmitto.* ἀντιπαρεξίημι, *persequor, me oppono.* ἀντιπροκαταλαμβάνω, *anticipo, præuenio.* ἀντιπαρεξάγω, *exercitum oppono, contraduco.* ὑπεξαναδύομαι, *fallo, clam exsto.* Homerus felicissimè, vt alia, composuit. ὑπεκπροφυγεῖν, *subterfugere, clam effugere.* ὑπεκπρορέειν, *subinterfluo.* ὑπεκπροθέειν, *præcurro, vinco, subexcurro.* ἐκκατέπαλτο, *exiliuit.* & παρεκπροφυγεῖν, *propè aliquem fugere.* duæ eædem προ πρό. προπροκυλινδόμενος, *supplico ad pedes prouolutus.* προπροκαλυπτόμενος, *valde admodum tectus.* προπροτιταινόμενος, *admodũ experrectus, extẽtus.*

Particulæ verò etiam quatuor. ὁπωσδηποτοῦν, *quomodocumque quoquomodo, vtcumque.* & quinque κατὰ ἃ πὲρ ἂν εἰ. καθαπερανεί, *vt quemadmodum.*

Perraro duo nomina cum alia particula: In Homero duo obseruaui. παναώριος, *pauci temporis, cito & ante diem moriturus, intempestiuus.* δυσαριστοτόκεια, *bona proles difficulter acquisita, vel mulier quæ infeliciter peperit.* cuius imitator Nicander dixit eadem forma. πανακαρπής, *omnino sterilis.* παναεργής, *inefficax, incoctus, crudus.* Opp. πανάϋπνος, *omnino insomnis.* Sic Repandirostrũ dixit Pacuuius. sed dure. durius Næuius trisecli senem. & dulcioriloquum.

Tria autem nomina in grauibus scriptoribus rarissimè. tamen Lycophron dixit. βουπλανόκτιστος, *creatus à boue errante.* φιλαυθόμαιμος, *consanguineus.* αὐτουργότευκτος, *suiipsius operis fabricator, & conditor.* quæ duriuscula sunt.

Nam Comici quidem lasciuiunt. dum risum vndique captant. μακροκαμπυλαύχην, *incuruatum longum caput.* σφραγιδονυχαρτοκομήτης, *qui anulis, vsque ad vngues digitos onerat.* Aristophanes multa composuit. vt vnum etiã legatur in fine ἐκκλησιαζουσῶν, *id est cõcionantium* è partibus duodetriginta, quod vt ratio compositionis & huius linguæ felicitas appareat, inspicere est operæprecium.

Λοπαδοτεμαχοσελαχογαλεοκρανεολειψανοδριμυποτοτριμματοσιλφιοπαραμελιτοκατακεχυμενοκιχλεπικοσυφοπεριστεραλεκτρυονοπτοκεφαλιοκιγκλοπελειολαγωοσιραιοβαφητραγανοπτερύγων, *Dictiones autem ex quibus hæc vox composita est sic verti poterunt. patella, frustum, piscis, cartilaginosi, mustelli caput, reliquiæ acris potionis, immutat luseris planta ferulacei generis cum melle infuso turdus, cum merula columba, gallus assatus, capita cincli, liuiæ leporis sapa intinctus hircorum alatorum.*

Plautus aliquando conatus est, sed infeliciter non suo sed linguæ vitio vt in Persa. Nugipolyloquides. Argentiextenebronides. & alia, ridicula illa quidem, sed Græcorum elegantiæ, & vt ita dicam rotunditati imparia.

Pauca tamen non insuauia sunt. sultis, sodes. capsis. solitaurilia vel suouitaurilia. vt quidam scribunt. sed male. si Quintiliano credimus.

Cum duo nomina componũtur spectare oportet vltimam prioris, in qua omne est artificium collocatum.

Pauca à nominatiuo fiunt. vt νέα πόλις νεάπολις, *Neapolis, quasi noua ciuitas.* σκιαμαχία, *pugna vmbratilis.* ἀγγελιαφόρος, *Nuncius, tabellarius.* Ηρακλέης, *Herculis & Iunonis gloria.* Ηράκλειτος, *Heraclitus.* γηγενής, *terrigena.* tamẽ Ηρόφιλος Ηρόδοτος. Ηρόδωρος à genitiuo.

Magna pars fit à genitiuo singulari. resectis aliis literis sic vt maneat ο. λῃστής. λῃστοῦ, *latro.* λῃστοκτόνος, *prædonum interfector.* vt aduerb. ὁμοῦ, *similis.* ὁμότιμος, *æqualis.* ἡμέρα ἡμέρας, *dies.* ἡμερόκοιτος, *qui die dormit.* οἶκος οἴκου, *domus.* οἰκοδόμος, *ædificator.* ἀγὼν ἀγῶ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ἀγῶνος, *certamen.* ἀγωνοθέτης, *agonatheta, qui præmia ponit certantibus.*

Fœminina absolutæ significationis in ια. λόγος, *sermo.* φισιολογία, *physica.* νόμος, *lex, terræ tractus.* αὐτονομία, *libertas.* ἕξις, *habitus.* καχεξία, *malus habitus.* Quidam male cōposuit χρονόγνωσις pro χρονογνωσία, *cognitio temporis.* Falluntur qui Æglogas scribunt & deducunt ex αἶξ, *caper.* & λόγος αἰγλογή, quod ne caprarius quidem diceret: nam esset αἰγολογία. Scribi debet ἐκλογή, *electio, delectus, secretio, separatio, selectio.* quod è Theocriti Idylliis selegerit quædam imitanda.

In vno interponitur καί. καλοκάγαθος, *probus.* καλοκαγαθία, *probitas.* in altero πρός. ἀλλοπρόσαλλος, *Epithetum Martis, id est, versutus, varius, mutabilis, qui omnibus se accommodat.* vt vnum legitur cum οὐκ. οὐκαλέγων, *non curans.* Sunt etiam ducta à numeris cum καί. ἑκκαιδεκάδωρος, *sedecim palmos longas.* ὀκτωκαιδεκέτης, *octodecim annos natus.*

A genitiuo integro paucissima fiunt. ναῦς, *nauis.* νεώς, *templum, oraculum.* & οἶκος, *domus.* νεώσοικος, *porticus ad mare ædificata, statio naualis.* κύων κυνὸς, *canis.* & οὐρά, *cauda.* κυνόσουρα, *vrsa minor.* οὐδέν. ένος, *nihil.* & ὥρα, *cura.* οὐδενόσωρα, *quæ nihili facienda sunt.* Ιλ. θ. sic κυνόσωρα, *nullius pretij.* & διόσκουροι. siue διοσκούρω, *Castor & Pollux, quasi Iouis filij Castores ambo.*

Dorienses in aliquibus mutant ο in ε. ἀνδροφόνος ἀνδρεφόνος, *Homicida, lethalis.* ἀλοτρίβανος ἀλετρίβανος, *cochleare.* ἀνδροφόντης ἀνδρεφόντης, *homicida.* Αργοφόντης Αργεφόντης, *Argi interfector.* cui poëtæ addito ι dicūt Αργειφόντης. Sic dixit Nicander ἀθερειγενὴς pro ἀθερογενής, *spicas habens.*

Poëtæ cùm multæ breues coëunt. mutant ο in η. θεητόκος, *Deipara.* λαμπαδηφόρος, *lampadas ferens.* θαλαμηπόδος, *cubicularius, nuptialis.* στεφανηφόρος, *coronam ferens.* θανατηφόρος, *lethalis mortifer.* σταχυηλόγος, *spici*

spicilegus. θεηπόλος, *Dei administer.* μοιρηγενής, *fortunatus, diuino fato præditus.* ἐλαφηβόλος, *venator ceruorum.* βοτρυηφόρος, *racemifer.* διδυμητόκος, *quæ geminos peperit.* & Dor. διδυματόκος. πολλοστημόριος, *multipartitus.* δαφνηφάγος, *qui laurum comedit.* ὀλιγηπελίη, *animi defectus.* κακηπελίη, *langor animi.*

Quibusdā additur σ. θεόσδοτος, *Deodatus.* θεοσεχθρία, *odium in Deum.* μογοστόκος, *quæ in partu laborat.* δικασπόλος, *qui in iudicio versatur. vel circa iura.* cadit etiā ο. θεσπέσιος, *magnus, mirificus, diuinus, mirabilis.* θέσκελος, *Deo similis.* θέσφατον, *Oraculum.*

Aliis ι. ὁδοιπόρος, *viator.* πυλοιγενής, *Pylius.* ὁδοιδόκος, *obsessor viarum.* ὀροιτύπος, *ruricola.* χολοιβόρος, *virosus, exedens bilis instar.*

Quædam habent αι. Κλυταιμνήστρα, *Clytæmnestra.* μεσαιπόλιος, *semicanus.* ἀκραιφνής, *purus, syncerus, per summa lucens.* pro ἀκροφανής, *Auroræ Epithet.* alij ab ἀκεραιοφανής. Nicander χαλαίπους, *Varus, loripes.* de Vulcano. Theocritus Idyl. 15. μαλακαίποδες pro μαλακόποδες, *qui habet teneros pedes.*

Attici in suis nominibus retinent ω. λεὼς λεώ. λεωφόρος, *via publica.* νεωκόρος, *ædituus, templi minister.* λαγωβόλον, *turba popularis.* λεωεργὸς λεωργός, *audax, temerarius.* Æschyl. Quod fit etiam in quinta contractorum. κρέας. κρέατος κρέως. κρεωνομία, *visceratio, carnium distributio.* γηρωβοσκός, *senum nutritor.*

In compositis à γαῖα, *terra.* αι in ε. α in ω. γεωλόφος, *collis.* γεωμέτρης, *Geometra.* γεωεργὸς γεωργός, *Agricola.* λεπτόγεως, *sterilis, parum ferax.* aliquando tamen habent ειο. ἐπίγειος, *terrestris, humi repens.* μελανόγειος, *cuius terra nigra est.* legitur & γαιοδότης, *terræ dator.* quod Analogiam sequitur. At γαιήοχος Neptuni epithetum. mutat ο in η. ὁ συνέχων τὴν γῆν, *qui continet terram.* quod male & contra analogiam Didymus Ciceronis zoïlus ducit à γαίω, *glorior superbio, exulto.* & ὄχος, *currus.*

Simile

Universidad de Deusto Biblioteca

Simile superiorum est μετήορος poëticè. Atticè μετέωρος, *sublimis, elatus tumidus, erectus.* ab ἀείρω, *eleuo, suspendo, erigo, tollo, porto, extollo.*

Cum secunda pars incipit ab ε Atticè fit contractio in ω. Λυκόεργος. φυζόεργος. κακόεργος. Homerus. Attici Λυκοῦργος, *Lycurgus.* φυτοῦργος, *sator.* κακοῦργος, *maleficus, facinorosus perditus.*

Sic ἐυνόεχος ἐυνοῦχος, *Eunuchus, qui seruat lectum.* σκηπτόεχος σκηπτοῦχος, *Sceptrifer.* κλειδόεχος, *clauiger.* πολιόεχος, *custos vrbis, gubernator, Patronus, Epith. Iouis & Mineruæ.* Æschylus dixit πολιωτοῦχος, ob metrum.

Ab ὁμοῦ, *simul, vna.* non contrahuntur. ὁμοεθνής, *gentilis, eiusdem gentis,* non ὁμνθνής. Sic αὐτοετής, *Anniculus.* tamen αὐτοεργός, *artifex opifex, qui suo Marte profecit.*

Sequente ει non contrahitur. ὁμοειδής, *eiusdem speciei, vniformis.* ἑτεροειδής, *diuersæ speciei, multiformis.* Homerus tamen dixit. θεοδής pro θεοσεβής, *religiosus, pius.*

Cùm ab α, in ἄναξ, *rex princeps.* fit contractio in ω. χειροάναξ χειρώναξ, *operarius, opifex, qui victum manu sibi quærit.* ἑρμοάναξ ἑρμώναξ, *Mercurij dominus.* In aliis eliditur ο. ψιχάρπαξ, *micarum raptor.* μητράδελφος, *Auunculus ex matre, matris frater.* δήμαρχος, *tribuum magister & defensor, tribunus.*

In tertia nonnulla habent ι, ἀρχὸς, *princeps.* ἀρχιτέκτων, *machinator, qui structuræ ædificiorum præest.* ἀρχιλῃστὴς, *princeps latronum.* ἀρχιμάγειρος, *magister coquorum.* ἀμβολιεργός, *Dilator operum.* ἐναντίβιος autem, *contrariam habens vitam, aduersarius,* pro ἐναντιόβιος, syncope. vt ζείδωρος, pro ζειόδωρος, *fertilis, ferax, almus, viuificus,* à ζειὰ, *spelta.* non à ζωὴ, *vita.*

Vt δρυτόμος pro δρυοτόμος, *arborator, putator, faber lignarius.* πτολιόπορθος πτολίπορθος, *vrbis expugnator, & populator.* συφορβὸς συφορβὸς, *subulcus.* vt μυοκτόνος, *murium interfector.*

Γυναι

Γυναικομανὴς γυναμανὴς, *ad furorem cogens mulieres.* ἀπερμαζολόγος ἀπερμολόγος, *loquax, verbosus, nugator.* κρατεογύαλος κραταιγύαλος, *roborans membra, validos habens artus.* αἱματοπότης αἱμοπότης, & trope αἱμοπότης, *sanguipota, sanguinarius.* κελαινονεφὴς κελαινεφὴς, *ater vt nubes, nigro, denigrans.*

Composita à κάλλος, *pulchritudo, ornatus, vnguentum, vestis purpurea, lana tincta, flos.* habent ι, καλλίμαχος, *Callimachus.* καλλιάναξ, *rex pulcher.* καλλιρόη, *fons Athenis.*

Monosyllaba in ους, amittunt σ, βότομον, *herba palustris, acutam habens aciem, dicta quasi valide secans.* βόγλωσσα, *lingua bubula: herbæ nomen.* νοθέτησις, *admonitio, castigatio.* Et in αυς, ναυμαχία, *prælium nauale.* legitur tamen in Aristophane γραοσόβης, *abactor vetularum.* à γραῦς, *anus, vetula, item crustula in polentis quæ supernatat dum coquũtur ligumina.* Sic ναοποιὸς, *nauium exstructor.* à ναῦς, *nauis.*

Quædam priorem partem contrahunt, νεομηνία νεμηνία, *neomenia, nouilunium. Calendæ.* Θεοκυδίδης Θουκυδίδης, *Thucidides.* Θεοχαρίλας Θαχαρίλας, *Gratus Deo.* Θεόμορος Θάμορος, *Prudens.* Θεοδόσιος Θαδόσιος in carmine, *Theodosius.* Κλεόνικος Κλάνικος, *Cleonicus.*

Quædam fiunt à datiuo, χειρίσοφος, *Gesticulans.* ἀγίβοτος, *terra apta pascendis apris.* ἀλίπαστος, *mari seu sale salsus, præsulsus.* Θρεπτελεχὴς, *Vmbrosus: Platani Epithetum.* ὀρείαυλος, *montanus.* ὀρείχαλκος, *orichalcum, æs montanum.* ἐγχείμορος, *hastatus.* sequentibus duabus consonantibus, ε cadit, ὀρέστροφος, *in monte nutritus.* ἐσχίλυπος, *hasta resonans.* tamen ὀρίγανον, *origanum, herbæ nomen.* Ορεβάσιος, Ορειβώνης pro Ορειβώνης.

A plurali datiuo, ὀρεσίτροφος, ναυσίπορος, *nauibus meabilis.* δακρυσίσταλος, *stillans lachrymis.* ἐγχεσίμορος, *hasta exercitatus.* In quibus non geminatur σ nisi in illo, κηρεσσιφόρητος, *a Parca agitatus.* ιλ. θ. in fine geminatur, γυναικάνδρεσσι πυθέσθαι, *mollibus optabiles.*

Epi

Universidad de Deusto Biblioteca

Epicharmus, pro ἀνδρογυώδεις, *semiuiris, mollibus.*

Quædam habent in medio σ ex epenthesi, nec fiunt à datiuo, πηγεσίμαλλος, *habens lanam, infixam aut vellus densum & nigrum.* Πρωτεσίλαος, ἀλφεσίβοια, *quæ boues inuenit.* pro πηγόμαλλος, Πρωτόλαος, ἀλφέβοια. ἀερσιπότης, *in aëre volans, sublimis.* Hesiod. pro ἀεροπότης. Αγεσίλαος pro Αγέλαος. ἑλκεσίπεπλος pro ἑλκέπεπλος, *vestem trahens, id est, habens longam vestem.*

At ἀερσίπους, *aëripes, celeripes. pedes in altum eleuans.* ab ἀείρω fut. Æolico, cuius thema ἀέρσω, *erigo, porto, tollo.*

Nonnulla amittunt ι, ἐγχέσπαλος, *hastam vibrans.* ὀρεσκῷος, *habitans cauernas montium.* τελεσφόρος, *almus, fertilis, ferens triburum.* ἐπισβόλος, *conuiciator.*

Neutra quidem quintæ sæpenumerò integra componuntur, siue à nominatiuo, siue ab accusatiuo, δορυφόρος, *prætorianus miles.* μεγάθυμος, *magnanimus.* μελάνδεσος, *nigrum habens manipulum.* ἡδυεπής, *suauiloquus.* ὀξύστομος, *acuti oris.* πολυμαθής, *eruditus.* μεγασθενής, *valde potens.* ὀνομάκλυτος, *nomine inclytus.* γλυκύῤῥιζα, *dulcis radix.* φωσφόρος, *Lucifer.* κερασφόρος, *corniger, cornutus.* πυρφόρος, *ignifer.*

Aliquando etiam à genitiuo, πανσύμιος, *histrio.* πανσόμορφος, *qui se in omnes formas commutat.* vt contra πάγκακος, *omnino malus.* παγχαλέπος, *perdifficilis.* & à plural. πανταλέων, *Pantaleon.*

Ab accusatiuo singulari perpauca, πουνεχής, *prudens, mentis compos.* ἀνδράποδον, *captiuus, mancipium.*

A plur. vnum reperi, ἄτη ἄτας, *nocumentum, noxa, clades, detrimentum, odium calamitas exitium, error, culpa.* ἀτάσθαλος, *iniustus, impius, inhumanus dirus.* ἀταθαλία, *superbia, improbitas, peccatum delirium.*

VERBORVM COMPOSITIO.

Atque hoc quidem modo nomina componuntur. Verba verò vel in præsenti, vel in aoristo, vel in futuro.

Cum

Cũ à Præsenti: ferè prior pars exit in ε, φέρω, *porto.* φερένικος, *Victor.* φερέοικος, *domiporta, testudo.* φερέπονος, *patiens laborum.* ἔχω, *habeo.* ἐχενηΐς, *piscículi nomen, nauẽ retinens, Latini vocãt Remoram.* τρέχω, *curro, incurro.* τρεχέδειπνος, *qui captat prandia.* μένω, *maneo, duro, expecto.* Μενέλαος, Μενεπτόλεμος, *bellicosus, belli patiens.* ἕλκω, *traho.* ἑλκεχίτων, *cui vestis longa est.* ἄρχω, *incipio, sum author, princeps.* ἀρχέκακος, *author malignus.* ὀπιχαίρω, *lætor alienis malis, insulto, & in bonam partem.* ὀπιχαιρεκακία, *Gaudium ex alienis malis.* ἄγω, *duco, fero, affero.* ἀγέστρατος, *dux exercitus.* ἀστελείη, *prædatrix.*

Pauca habent ι, τέρπω, *delecto, demulceo.* τερπικέραυνος, *fulmine gaudens.* φυσῶ, *spiro, inflo.* φυσίγναθος, *buccas inflans, Epith. ranæ.* χαλῶ, *laxo, relaxo, dimitto, refero.* χαλίφρων, *mẽtẽ laxãs, desipiẽs.* οἰδέω, *tumeo, irascor.* Οἰδίπους, *tumidos pedes habens.* βλέπω, *intueor, respicio, video, specto, caueo.* βλεπιδάμων, *tortis oculis intuens.*

Pauca enim ο, λειποτάκτης, *desertor aciei.* λιποψυχία, *exinanitio, animi deliquium.* μελλόνυμφος, *sponsus, vxorem ducturus.*

Syncope fit aliquando, μιαίνω, *fœdo, polluo.* μιαφόνος, *cruentus, crudelis, homicida.* τανύω, *porrigo, extẽdo, traho.* τανύφυλλος, *habens longas frondes, vel folia lata.*

Rarò additur σ, ne multæ breues conueniant, φερέσβιος, *ferens vitam mortalibus, frugifer.*

Ταλάω ῶ, *audeo, suffero, tolero.* ταλαίπωρος, *miser, erumnosus.* ὁ τὸ πένθος τλῶν, *qui dolorẽ tolerat.* at τλάω, *tolero.* Τληπόλεμος, *Tlepolemus Herculis filius à Sarpedone peremtus.*

In secundo aoristo est ε, ἔδακον, *momordi.* δακέθυμος, *mordax, molestus.* aliquando ι, ἔλαθον, *latuit, imprudenter fecit.* λαθιφθογγος, *vocem obliuiscí faciens.* vt ὀψὲ, *sero, vesperi, tardè.* ὀψιμαθής, *sero studiosus.*

In futur. verò ι, πείθω πείσω, *persuadeo, bo.* Πεισίστρατος, δείσω, *timebo, metuam.* δεισιδαίμων, *religiosus, superstitiosus.* σείσω, *quatiam, vibrabo.* σεισίχθων, *terræ con-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cussor. ἐρύσω, traham, discerpam. & seruabo. ἐρυσίπτολις, vrbis seruatrix, & vrbis vastatrix. σώτω, saluabo, liberabo. σωσίθεος, à Deo seruatus. κρύπτω, delitescam. κρυφίνους, dissimulator, astutus. λύσω, crimine liberabo, absoluam. λυσιμελὴς, soluens membra. ὀλέσω, perdam. ὠλεσίκαρπος, fructus perdens. ο in ω, ob metrum. legitur tamen ἀκερσεκόμης, intonsus. à κέρσω Æolico, tondebo, radam, deuorabo.

Quæ fiunt à Circunflexis, aliquando longam vocalem vertunt in breuem. ἕρσω, inueniam, inuestigabo, eruam. ἑρσιεπὴς, verborum inuentor, eloquens. contra. δοκησίσοφος, qui in speciem sibi sapiens videtur. ἀρνησίθεος, qui deos negat: quæ longam retinent.

Quæ habent ι in penultima sumunt ο, μίξω, miscebo. μιξοβάρβαρος, semiferus. μιξοβάρβαρος, semibarbarus. βείθω βείσω, onero, grauo, deprimo. βεισόμαχος, bellicosus.

Vnũ etiã υ δρύπτω, lacerabo vnguibus. δρυπόπαις, miserabilis. Phauorinus, ἢ λαμύραν, οἱ δὲ ἀπαλόπαιδα explicat. Περσεφόνη, Proserpina, & περσέπολις, euertẽs oppida, videntur fieri à πέρσω, perdam, diripiam, populabor.

Nonnulla secundam partem à futuro ducunt primæ & secundæ grauit. quæ exeunt in ψ. vel ξ. ταμίψω, teram. οἰκότριψ, verna, seruus, vernaculus. κλέψω, furabor, fallam. βύκλεψ, fur boum. νίψω, lauabo, eluam. χέρνιψ, purgatio, manuum ablutio. βλέψω, videbo, intuebor. κατώλεψ, capite qui est in terram dimisso, silicerniũ. τέξω, pariam. καλλίτεξ, pulchrum partum edens. ἐπίτεξ, vicina partui. Sic αἰγίλιψ. πος, asper, præaltus. à λείπω extrito ε, relinquam. Itaque miror quid Marullo in mentẽ venerit, vt pro crepidis carbatinis apud Catullum legeret crepidas cercolipas. Quod verbum ipse confinxit in eóque deceptus est. nam περιπόλιψ. πος. à λίπος, pinguedo, unguentum, duci non potest. Cuius etiã significatio Marullo repugnat. cum fiat à λείψω. vt αἰγίλιψ. Quamobrem dum Poli

Politianum insectatur odio cæcus labitur. Athenæus hanc formam ducit à præt. pas. Sed significatio mihi hoc pati non videtur.

Cum pars posterior incipit à vocali, antecedens eliditur, φείδομαι, parco, abstineo. φειδίππος, equis parcens. ῥίψω, proijciam, spargam. ῥίψασπις, qui abiecto scuto fugit. ἔλιπον, reliquit. λιπανδρος, infrequens. λιφαμος, exanguis.

Πέντε aliquando retinet ε, πεντεσύριγξ, quinque fistularum. πεντέκλινον, quinque lectis instructus. πεντέμηνος, quinque menses natus. aliquando vertit in α, πεντάκλινον, πεντάμηνος, πεντάετης, quinquennis.

Ἕξ, sex. accipit α, ἑξάκλινον, sex lectus habens. ἑξαέτης, & ἑξέτης, sexennis. ὀκτὼ, octo. ὀκτώπους, octo pedum. & ὀκτάπους vsitatius, εἰκοσιστάδιον, & εἰκοστάδιον, viginti stadiorum. εἰκοσάεδρος, viginti basibus constans. ἑκατὸν, centum. accipit τα, ἑκατόνταρχος, Centurio. ἑκατοντάχειρ, Æolicè ἑκατόγχειρ, Centimanus. Sic μυριόνταρχος, Æschylus, qui præest militum millibus.

Τειάκοντα & τεσσαράκοντα, triginta, quadraginta, & similia, cum ἔτος, annus. contrahuntur in ου Attice, τειακοντάετης, τριακοντούτης, tricennalis. τετταρακοντούτης, quadragenarius. ἑβδομηκοντούτης, septuagenarius. Fœminina in τις.

Οπισθὲ, retro, ponè, post. mutat ε in ο, ὀπισθόδομος, ærarium Athenienſium. ὀπισθοφόρος, retroferens.

Posterior Pars cõpositi significationẽ ostendit.

Nam actiua ferè fiunt à præt. medio, vel nominib. quæ à medio præter. ducuntur, λέλοιπα, dixi. ψαδολόγος, mendax. τετόκα, peperi. πρωτότοκος, primipara. τέτυπα, percussi. χαλκοτύπος, faber ferrarius. ὄσκαφα, fodi. φυτοσκάφος, fossor, rusticus.

Aliquando à præsenti, ποιῶ, fingo. λογοποιὸς, orationum scriptor, item mendax, vaniloquus. κεῖνος, iudico. θεοκεῖνος, Deus iudicans.

Quædam à tertia passiui præteriti, sed in της.

Universidad de Deusto
Biblioteca

τίθεται, positus sum. νομοθέτης, legislator. ἀγωνοθέτης, munerarius, qui mumera certantibus largitur. δέδεκται, susceptit, admisit, probauit. Θεοδέκτης, Theodectes. κέκριται, accusatus, iudicatus est. δικαιοκρίτης, iustus iudex.

Quæ passiuam habent significationem, ab eadem, sed in ος, δέδοται, datus, concessus, est. θεόδοτος, à Deo datus. πέπεμπται, missus, ductus, vectus est. θεόπεμπτος, à Deo missus. δεδίδακται, doctus est. αὐτοδίδακτος, suo studio doctus. Θεοδίδακτος, Diuinitus edoctus. κέκριται, iudicatus est. Θεόκριτος, diuino iudicio electus: non verò qui iudicat Deos. Itaque ipse Theocritus quomodo suum nomẽ pro Paride Dearum iudice in Fistula accipiat, alij iudicent.

Aliquando à secundo aoristo pass. in ης oxytonum, ἔτράφη, nutritus, educatus est. ὄτραφὴς, pinguis, corpulentus. ἐπάγη, concretus est. ὄπαγὴς, munitus, bene compactus. ἀλείφω ἠλίφη, inungo. νεηλιφὴς, nuper illitus.

Aliquãdo mutatur tonus, πρωτότοκος primipara. act. πρωτότοκος, primogenitus. pass. Sic λαοτρόφος, nutriẽs populum. λαότροφος, nutritus à populo. λυκοκλόπος, interfector luporum. λυκόκτονος, interfectus à lupo. ξιφοκτόνος ξιφόκτονος, gladio interficiens, gladio interfectus.

A, Ευ, Δυς.

Maximum in compositione vsum præbent tres particulæ, A. Ευ. Δυς. prima priuat: aliquando etiam auget. secunda facilitatem & commoditatẽ, tertia difficultatem atque incommoditatem declarat.

A In ος Communia.

Ἄλογος, expers rationis. ἄνομος, exlex. ἄφοβος, impauidus. ἄπλαστος, simplex. ἄξυλος ὕλη, nemorosa sylua. & ἀχανὲς πέλαγος, immensum pelagus, vastum. poëtica.

Mutatur in η. λέκτρον, lectus thalamus. ἠλέκτρα, Electra. ἡ ἄγαμος, caleb. πέρας, terminus, finis, extremitas, punctum. ἤπειρος, continens, id est, terra firma. ἡ ἀπέραντος γῆ, innauigabilis terra.

IN ων. ἀπείρων, magnus, infinitus. ἀναίμων, exanguis.

Hîc

Hîc obseruandum nomina in ικος. si accipiant α. amittere ικ. λογικὸς, rationalis, qui ratione vtitur. ἄλογος, irrationalis, stultus. μουσικος, musicus. ἄμουσος, inconcinnus, insulsus. τεχνικὸς, artificiosus artium peritus. ἄτεχνος, imperitus, arte carens. γραμματικὸς, Grammaticus. ἀγράμματος, illiteratus. αἰσθητικὸς, sensu præditus, sensibilis. ἀναίσθητος, insensibilis, sensu destitutus. ἁμαρτητικὸς, peccator, offensor. ἀναμάρτητος, insons, innocens, innoxius, integer. νοητικὸς, rationalis. ἀνόητος, stultus, crassus, indoctus, rudis, imprudens. καταληκτικὸς, pendulus, cui aliquid deest ad perfectionem. ἀκατάληκτος, cui nihil ad perfectionem deest in fine.

Itaque voces illæ Ciceronis 8. ad Atticum. ἀπολιτικώτατος, minimè ciuilis. & ἀστρατηγικώτατος, imperitissimus rei militaris, deprauatæ mihi esse videntur. cùm analogiæ omnino repugnent. Nam ipsum Ciceronem hoc non vidisse dicere equidem non ausim. atque ἀστράτηγος quidem dicitur. ἀπολίτικος verò, quod ego sciam, nemo Græcus dixit.

In ης & in ις communia.

Ανδής, iniucundus, molestus, acerbus, morosus. ἀκλεὴς, illaudatus, inglorius, ignobilis. ἀμαθὴς, indoctus, indocilis, stultus, rudis, imperitus. ἀκαλαρρεὴτης, amœnè, & quiete fluens. ἄχαρις, ingratus, sine gratia, insuauis, difficilis. ἄπολις, extorris, patria orbatus. ἄκμις, infirmus.

IN α.

Fœminina absoluta. λόγος, ratio, sermo. ἀλογία, rationis priuatio, absurditas, contemptus, maledictio. τροφὴ, nutrimentum. ἀτροφία, inedia, ieiunium. γνῶσις, cognitio, familiaritas, consilium, decretum. ἀγνωσία, ignorantia. καταληψις, comprehensio, cognitio, adeptio. ἀκαταληψία, incomprehensibilitas. νοῦς, mens. ἄνοια, dementia. πρόνοια, prouisio, prouidentia. αἰδὼς, reuerentia, religio, maiestas, decus, verecundia. ἀναίδεια, impudentia, impudens audacia, improbitas.

Quædam fiunt à secunda præter. perfect. pas-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſiui, λέλυσμαι, lotus es. ἀλυσία, ſcabrities à non lauando, illuuies. πεπαίδυσμαι, eruditus es. παίδυσις, eruditio. ἀπαιδυσία, procacitas linguæ, inſolentia, ineptia, inſcitia, immoderatio verborum. Quidam ἀπαίδευσια finxit à παιδεία, diſciplina. quod à Græca analogia abhorret.

Et à tertia, ἤλπισμαι, ſperatũ eſt. ἀνελπισία, deſperatio. non ab ἐλπὶς, ſpes. μέμνημαι, meminit. ἀμνησία, oblivio iniuriarum. addito σ, non à μνήμη, memoria, momentum. ἤχωται, puduit. ἀναιχωτία, impudentia. non ab αἰχὼν, infamia, pudor, verecundia, item dedecus.

Quæ fiunt à verbis, ſæpe in οσυνη, ἀφραίνω, deſipio, inſanio. ἀφροσύνη, inſipientia, vanitas. ἀγνωμονέω, iniquè ago, inimicè me gero. ἀγνωμοσύνη, iniquitas animi. vt ſimplicia βείθω, onero, grauo. βειθοσύνη, grauitas.

A, ſequente vocali fere aſſumit ρ, ἀναδρος, inupta, parum virilis. ἀναίμαλος, incruentus. ἀνίππος, ſine equis, pedes. ἀνόνητος, futilis, ineptus. ἀνέλπιστος, deſperatus, præter ſpem. poëtæ aliquando addunt alterum α, ἀναέλπιστος. ἀναέξοδος, deuius. Hom. vtrunque addidit, ἀνάποινον, pro ἄποινον, præmio carens.

Aliquando nihil ἄοκνος, impiger, accuratus. ἄοικος, extorris. ἄόριστος, interminatus. ἄοζος, ramoſus, multa ligna comburens, Suidæ.

Obſeruaui præterea nullum verbum cum α priuante, exire in άω vel άομαι, præter ἀλογεύομαι, præter rationem verſor. quo Cicero vtitur ad Atticum, è veteribus verò, quod ſciam, nemo. Itaque mihi ſuſpectum videtur.

E Υ.

Non aliter quàm α præponitur, εὔθυμος, lætus. εὔβοτος, fertilis. εὔλυτος, ſolubilis. εὐκλεὴς, præclarus. εὐρεὴς, fluidus. εὔελπις, ſpem retinens, ſpe fretus.

Fœm. abſoluta ια, εὐθυμία, lætitia. ſecuritas. εὐψυχία, magnanimitas. εὔνοια, fauor. εὐμάθεια, docilitas.

In οσυνη pauciſſima, εὐφροσύνη, delectatio. εὐγνωμοσύνη, beneuolentia, æquitas animi. gratitudo.

Poëtæ

Poëtæ ſæpe metri cauſa diphthongum diuidũt: εὔξοος ἐύξοος, politus. εὔζωνος ἐύζωνος, bene cinctus, ſtrenuus miles. εὔδμητος ἐύδμητος, bene fabricatus. εὐφρονέων ἐύφρονέων, ſapiens, prudens, rectè ſentiens.

Geminant etiam ſequentem conſonantem, vt ſyllaba longa fiat, εὐμελὴς ἐύμμελὴς, bellè haſtatus, bellicoſus. εὐραφὴς ἐύῤῥαφὴς, bene ſutus. εὔρροος ἐύῤῥοος, pulchrè fluens, meatum facilem præbens. εὐστελμος ἐύστελμος, pulchrum tabulatum habens, vel paginam.

Aliquando vertunt ε in η, εὔκομος ἠύκομος, benè comatus, luxurians. εὐγλύεις ἠυγλύεις, nobilis, generoſus. vt εὖτε ἠύτε, quando, cum, dum, velut, ſicut.

Δ Υ Σ.

Præponitur quomodo δ, δύσκολος, moroſus, difficilis. δύσπορος, inexorabilis. δυσκραὴς, intemperans. δύστεις, litigioſus, iurgator. δύσελπις, abiecta ſpei. δύστερος, difficilis in amore. Propriis, δύσπαεις, infeſtus.

Sed aptiſſimè Verbalibus. δύσκριτος, difficilis iudicatu. δυσανέφικλος, inperueſtigabilis. δυσπαρακολούθητος, obſcurus, quem difficilè quis aſſequi poteſt. δυσθεώρητος, difficilis contemplatu.

Fœm. abſoluta in ια. δυσφορία, tolerandi difficultas. δυσκρασία, diuerſa conſtitutio, mala temperies. δύσνοια, malevolentia. δυσεκτοκία, mulier optimum filium infeliciter enixa.

Sed iam redeamus ad ο micron.

Attici vt docet Athenæus aliquando vertunt α in ο. μαλάχη μολόχη, malua. ἄσαφις ὄσαφις, vua paſſa. πάρδαλις πόρδαλις, panthera cuius mas pardus dicitur. ἄσακος ὄσακος, cancri genus.

Æolij. πλαρμὸς πλορμος, ſternutatio. στρατὸς στρότος, exercitus. θρασέος θρόσεος, audax. σαλεὶς πολεὶς, miſſus. τ in π. ἄνω ὄνω, ſupra. ἀνέλκη ὀνέλκηται, erexerit. ἀνεχώρησεν ὀνεχώρησεν, regreſſus eſt, ſe recepit, commigrauit, procul abfuit.

Latinè δαμῶ domo. Punice Harag ὀργή, ira.

Universidad de Deusto Biblioteca

Talla tollo. Sarab ſorbeo. Sic Iain οἶνος, *vinum*, & *potus ex hordeo confectus*. Har. ὄρος, *mons*. lalal ὀλολύζω, *cum clamore ploro, plaudo, clamito*. Carcon κρόκος crocum. μάρμαρος marmor.

Ε in ο in præterit. med. λέγω, *dico*. λέλοιγα, *dixi*. πείθω, *ſuadeo*. πέποιθα, *ſuaſi*. λείπω λέλοιπα, *linquo, liqui*.

In deriuatione. τρέμω τρομέω, *timeo, tremo*. δέμω δομέω, *ædifico, exſtruo*. δρέμω, *curro*. παλινδρομέω, *recurro, remeo, recido, reciprocor*.

Latinè Pendo pondus pondero. θέρω torreo. πένδω ſpondeo. nam veteres ἔπενδον cum ſpondebant. Tego toga.

Æolij ω in ο. cum ex impar. pariſyllaba faciunt. ἔρως ἔρωος, *amor*. ἔρος ἔρα. ἐξ ἔρον ἔνος, *deſiderium edendi repreſſerunt*. ἱδρώς. ἱδρῶτος. ἱδρῶτι. ἱδρῶ. Ιλ. ρ. ab ἵδρος. alij apocopen malunt. ab ἱδρῶτι, *ſudor*.

Sic ὥρα ὅρα, *hora, tempus*. ὠτειλὴ ὀτέλλα, *vulnus cicatrix*. ἔστρωται ἐς ὁρόται, *ſtratum eſt*.

Sic poëtæ. εὐρύχωρος εὐρύχορος, *ſpacioſus, capax, amplus*. φυσίζοος φυσίζοος, *victum producens, viuificans*.

Homerus. ἰομὲν, *eamus*. ἀγείρομεν, *congregemus*. ἑρύσσομεν, *trahamus*. & alia permulta. pro ἴωμεν. ἀγείρωμεν. ἑρύσωμεν. Sed poteſt eſſe modi enallage. Sic θέλω θῶμαι, *volo, volas*. ποτιάλτο, *volatus*. ἢ τὰς φρένας ἐκπεπόθασαι, *qua animo euolaſti?*

Abundat initio. μορμύρω ὁμορμύρω. μόργνυμι & ὁμόργνυμι, *abſtergo*. Punicè Rae ὁράω, *video, aſpicio, ſpero, caueo, reſpicio*.

Ο Poëticè in ſecũda contractorũ additur ante ω, ὁρῶ ὁράω, *video*. ὁρόων, *videns*. ἀντιόων, *aduerſans*. ὀχεριόωντο, *litigarũt, aſperè congreſſi ſunt*. κρεμόω, *ſuſpendo*. Ιλ. ν. ἠγορόωντο, *loquebantur*. Herodot. ἀλόω. Οδ. ε. imperatiuus pro ἀλῶ, ab ἀλάομαι, *erro, palor*. τευχόωεν, *vindemiarẽt*. ἀχεῶμαι. *gloriabar, ſupplicabam*: aliáque innumerabilia. poſt ω, ἀλωμένη ἀλωομένη, *quæ errat*. Dionyſ. ὀρῶν ὀρῶνας ὀρώνας, *collis, eminentia montis*. Homer.

Semel

Semel obſeruaui additum ε, γελοίων & γελοίωντες, Οδ. υ. pro ἐγέλων γελῶντες, *ridens, ridentes*.

In nominibus rarius, αὐτόχων & αὐτοχόωνος, *per ſe fuſus*. φῶς φόως, *lumen*. ϑῶκος ϑόωκος, *locus, ſedes, cõcio*. γάλως γάλω γαλόω, γάλων γαλόων, *ſoror mariti*. ἄθως ἄθω ἀθόω, *mons Thraciæ*. τάλω ταλόω, *qui multas habet ærumnas: Phauorino*.

Semel ante ϖ, ὅϖ ὅου, *cuius*. Ιλ. β. vt βοηθὸς βοηθόος, *adiutor*. Sic βεβολήαται pro ἐβεβλωται, Ionice cum epentheſi, *vulnerati ſunt*.

Latini eodem modo μνάω, ex quo μνῶμαι & μέμνημαι moneo: vt u breue, Ἡρακλῆς Hercules, Ἀσκληπιὸς Æſculapius, Ἀλκμήνη Alcumena, Plaut.

Etruſce Caulis cauolo, Paulus Pauolo.

Bœoti, vt docet Heraclitus, ο micron præponunt υ pſilo, ὕλη ὅλη, *ſylua, materia, nutrimentum*, & *vrbis nomen*. ὕδωρ ὅδωρ, *aqua*, & *ſydus: Proclo*. cum tenui, ἐλήλυθα εἰλήλυθα, *veni*. Æoles itidem, θυγάτηρ ϑοιγάτηρ, *filia*.

In fine etiam additur poëticè, ſed raro, Μίνως Μίνω Μίνωο, *Minoi*. Τλῶο, *miſero, ærumnoſo*. πετεῶο, Ανδρεγεῶο, *Androgeo*.

Ionum & Dorienſium more è quibuſdam nominibus eximitur, Ακυσίλαος Ακυσίλας, Αναξίλαος Αναξίλας, Μενέλαος Μενέλας, Πτερέαλος Πτερέλας, Νικόλαος Νικόλας, Λαοδίκη Λαδίκη, *Nomina ſunt propria*.

Latinè πύος pus, γλύος genus & gens. Virgil. Trita Meliſphylla, pro μελισσόφυλλα, *herbæ genus*.

Æolij è pronominum genitiuis excludunt, ἐμεῦ, reſolutione ἐμέο, paragoge ἐμεύθεν ἐμέθεν, *mei*. σεῦ σέο σεύθεν σέθεν, *tui*. οὗ ἕο ἑόθεν ἕθεν, *ſui*.

Huius generis ſunt, τίποτε τίπτε, *cur*. τίφθ' ἅτως ἔστητε τεθνηπότες, *cur ſic ſtetiſtis ſtupentes*. λωτεόντα λωτεῶντα. quidam craſi è λωτόεντα, *loti ferax*. ἀποφθιόμενος ἀποφθίμενος, *interiens, moriens*.

Vt Latinè μόρος mors, Denouo denuo, φράτωρ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ορος, frater, fratris. nam significatio non est aliena.

Attice οἴομαι οἶμαι, ὤομην ᾤμην, *putabam*. λούομαι λοῦμαι, *lauor*. ἐλούομεν ἐλοῦμεν, λούομενος λούμενος, *lotus*. Non tamen ἀπολοῦμαι, *peribo*, & ἀπολούμενος, *periturus*: quæ Athenæus & Lucianus in quibusdam indoctis sophistis exagitant. Sunt enim malè ominata ab ἀπόλλυμαι, *perdo*, *perdor*, *destruor*.

Poëticè ἀολλέες, ἄλλεες & ἄλες, Callim. *congregati*, *conferti*.

Sic ὑποβάλλειν ὑββάλλειν, *subijcio*, *suppono*, *substerno*, *suggero*. ἠγνοήκαμεν ἀγνήκαμες, *ignorauimus*. Æolice, θερειότατος θερείτατος, Aratus, *æstuosissimus*, *feruidissimus*.

O à Latinis initio aliquando additur, πλάγιος obliquus, Etrusci denuò detrahunt, bieco.

Præciditur, ὄνομα nomen, ὄπισθε post, ὀρούω ruo, ὀδοὺς, όντος dens, ὄραμνος ramus, ὀκέλλω cello.

Etrusce Officina fucina, Obscurus scuro, ὄρυζα oryza riso.

O in ι, κύνις cinis, ὄμβρος imber, πρόμος primus, ὀς is.

Π Ῑ.

Post ν & μ, vt B pronunciãtur vulgo, τὸν Παῦλον ton Baulon, *Paulum*. πέμπω pembo, *mitto*.

Æolij, vt docent Grammatici, nonnunquam mutant μ in π, ὄμματα ὄππατα, *oculi*. μετ' ἐμοῦ πετ' ἐμοῦ, *mecũ*. in cõpositione πεδὰ, μετέρχομαι πεδέρχομαι, *prætereo*, *appello tento*, *quæro*. μετάρσιος πεδάρσιος, *sublimis*, *volans*. μετεωριστὴς πεδαωριστὴς, *equus ferociens*. μετέωρος πέδωρος, *sublimis*.

Aliquando τ in π, στολὴ σπολὴ, *stola*, *amictus*. σταλεὶς σπολεὶς, *missus*, *pulsus*. τέτραπται πέτραπται, *conuersus est*. πέντε πέμπε, *quinque*. ex quo ἔχον πεμπώβολα χερσί, *habebant præ manibus verua in quinque cuspides diuisa*. στειλάμεναι σπελλάμεναι, *quæ miserunt*.

Cretenses, στάδιον σπάδιον, *stadium*. Sic τέσσαρες πίσυρες, *quatuor*.

Sic

Sic Latinè στάχυς spica, ταῶς pauo, χρὼς, χρωτὸς corpus.

Etrusce Extinguo spengo. contra π in τ, σπουδὴ studium.

Iidem Æolij φ in π, ἀμφὶ ἀμπὶ, *de*, *circum*, *cum*, *contra*, *per*. ἀμπίσχουσα, *induẽs*. ἀμφιέσαι ἀμπέσαι, *induere*. Sic φανὸς πανὸς, *lãterna*, vn falot Gall. ῥάφυς ῥάπυς rapum.

Latinè φοινίκεος puniceus, φοῖνιξ Pœnus, φαινόλης pænula, ἀφύη apua, φοβῶ, ex quo φοβοῦμαι paueo, πορφύρα purpura, Κεφαλὴ caput, γρῦπες gryphes, κάρφω carpo, σοφὸς sapiens sapio, φαῦλον pro vili, paulum paululum. φόρτος φορτίζω porto, φολὶς pellis. Punice Firdaus παραδεισος, *paradisus*, *pomarium*, *hortus*. Farsach παρασάγγης, *mensura apud Persas triginta stadia*, *vt sentit Budæus*, *continens*. fistaq πιστάκιον, *pistatium*, *genus fructus*. Falu πῶλος pullus. Safir σάπφειρος sapphirus, iasf ἴασπις, *iaspis*. Haref ἅρπω ἁρπάζω rapio. Etrusce la raffa. z enim cadit, vt σταλάζω stillo. Fitha Syriace, πείθω, *suadeo*.

Etrusce στρέφω stroppio, *verto*, *torqueo*, *moueo*. φύστη pasta, *maza in scypho coagitata maceratag̃ è vino & polline*. φάγρος pagrus, *piscis vorax & cos*.

Aduerbia quædam interrogatiua amisso π, & sumpto aspirato fiunt relatiua, & denuò præfixo ο, pristinam vim recipiunt. πότε, *quando*, ὅτε, *qui*, ὁπότε, *quandoquidem*. ποῦ, *vbi*. οὗ, *cuius*. ὅπου, *vbi*. ποῖ, *alicubi*. ὁι, *qui*. ὅποι, *quò*, *vbi*. πῇ, *quomodo*. ᾗ, *cui*. ὅπῃ. πόθεν, *vnde*. ὅθεν, ὁπόθεν, *qua hora*. πηνίκα, *quando*. ἡνίκα, *quare*. ὁπηνίκα. Aliquando sunt enclitica, ποτέ. που. ποι. πη. ποθέν.

Ad hanc formã dixit Aratus. ὀππῆμος. quod alij poëtæ ἧμος, *quando*, dicunt. itaque duriusculum est.

Huc referri debent. πῶς, ὡς. ὅπως, *quomodo*. ποῖος, *qualis*. οἷος. ὁποῖος. πόσος, *quantus*. ὅσος. ὁπόσος. πηλίκος, *quam ingens*, *quam potens*. ἡλίκος. ὁπηλίκος. Aratus ὁποσταίη à ποσταῖος. quod perrarum est, *quot in diebus*.

Quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quædam ο tantum accipiũt. πότερος ὁπότερος, *vter.* ποςὸς ὁποςός, *vterlibet.* ποδαπὸς ὁποδαπός, *cuias.* Tametsi Latini suum Vter ex ότερος fecisse videntur.

Π initio additur. σώχω πσώχω ψώχω, *tero, attenuo.*

Decidit. πήγανον ἤγανον, *ruta herba, & sartago.* παλαιὸς ἀλαιός, *antiquus, senex, pristinus.* Æschyl. Sic πλατὺς latus.

Hispani quidem hoc sæpissimè faciunt. Plenus lleno. Planus llano. Ploro lloro. πτῶμα tomo ruina Etrusc.

Æolicè geminatur & poëticè. ὅππως, *vt.* ὅππῃ, *vbi.* ὁππότερος, *vter.*

Latinè Iuppiter. reppulit. repperit. Contra πάππας papa. hoc est pater.

Abundat. ὄπτω ὀπτεύω ὀπιπτεύω, *video, aspicio, obseruo.* ἠνίπαπε pro ἤνιπεν. ab ἐνίπω, *dico, increpo, maledictis incesso.* alij ab ἐνιπάπω. eadem epenthesi.

Latinè vertitur sæpe in B. ἀπὸ ab. ὅπȣ vbi. πυῤῥὸς burrus. ex quo buio Etrusce. R. in I. *Latinè fuluus, rutilus, oculis igneis.* vt Glarea ghiaia, Parpaio. πυῤῥίας byrria, *serpentis genus à colore igneo.* πόλεμος bellum. nisi est à Duellum.

Hispanicè Mancipium mancebo. iuuenis. Episcopus obispo. Syriace Carpas κάρπαϐος carbasus.

In Ph. τρόπαιον trophæũ. ῥίπαια ὄρη Riphæi montes. Βόσπορος Bosphorus. caput. Etrusce capo. Gallicè *chef.* ca in che. vt Canis *chien.* non à κεφαλή.

Ρ Ῥ.

Clarus & asper est huius literæ sonus. & balbis inimicus. qui in turturis gemitu exauditur. quæ idcirco Syris Tur. Latinis repetita syllaba dicitur turtur.

Attici mutant nonnunquam λ in ρ. κλίϐανος κρίϐανος, *testus, vel testum clibanus.* κεφαλαλγία κεφαλαργία, *capitis dolor.* ἄγγελος etiam ἀγγέριος legitur in Hesychio, *nuntius, legatus.*

Lati

1 DATIVVS pluralis fit à singulari posito σ ante ι: τῷ βότρυϊ, τοῖς βότρυσι, *racemo, racemis*: & literæ δ, θ, ν, τ, sunt reiiciendæ: λαμπάδι, λαμπάσι, *lucerna, lucernis*: ὄρνιθι, ὄρνισι, *aui, auibus*: τιτᾶνι, τιτᾶσι, *Titani, Titanibus*: λέβητι, λέβησι, *lebeti, lebetibus.* 2 Quod si tum penultima corripitur, fiet diphthongus: λέοντι, λέουσι, *leoni, leonibus*: τιθέντι, τιθεῖσι, *ponenti, ponẽtibus*: aut vocalis anceps, quæ in singulari producebatur positione, hîc in plurali habetur longa: Αἴαντι, Αἴασι, *Aiaci, Aiacibus*: ἰᾶτάλι, ἰᾶτᾶσι, *statuenti, statuentibus.* Quæ exeunt in ξ, ψ, aut 3 diphthongum, adiectione ι faciunt datiuum pluralem: ἅρπαξ, ἅρπαξι: Ἄραψ, Ἄραψι: βασιλεύς, βασιλεῦσι: βοῦς, βουσί: *rapax, Arabs, rex, bos*: at ὁ ποὺς, τοῖς ποσὶ, *pes.*

ντι, σι.
θι, σι.
νι, σι.
λι, σι.
ονλι, ωσι.
εντι, ωσι.
αωλι, ασι.
ξ, ξι.
ψ, ψι.
ους, ουσι.
υς, υσι.
ης, ει, ηκσι.

4 Illa in ηρ, quæ syncopen patiuntur, datiuũ pluralem faciunt in άσι: πατήρ, πατέρος, πατρὸς, τῷ πατρὶ, τοῖς πατράσι, *pater*: sic μητράσι, θυγατράσι, ἀνδράσι, *matribus, filiabus, viris*, & similia.

Datiuus pluralis in εσσι vel εσι Ionicè & Æolicè.

1 POETAE Formant hunc datiuum à nominatiuo plurali, addendo σι: sed in neutris priùs mutant α in ες: vt οἱ Αἰαντες, τοῖς Αἰάντεσσι, *Aiaces, Aiacibus*: τὰ βήματα, τοῖς βήμασι, *tribunalia, tribunalibus.* Id autem faciunt more Ionico & Æolico: atque interdum metri gratia

Penultima dat. plur. quanta.

2 eiiciunt alterum σ, Ζεῦς Αἰάντεσι. 2 Penultima datiui pluralis par est quantitate cæterorum obliquorum penultimæ, aut maior: quod non esset verum, si remotis νσι, vnicum σ poneretur. itaque aliquo modo producenda est. Solent autem breues ε & ο tribus modis in vniuersum produci. aut enim mutantur in proprias longas, ε in η, ο in ω: aut asciscũt sibi subiunctiuas, ι, υ: ε quidem asciscit ι, & ο asciscit sibi υ, vt in hoc loco: aut consona sequens geminatur, vt breuis præcedens fiat longa positu. hoc interdum accidit quibusuis datiuis pluralibus

Breues quomodo producendæ.

quin-

quintæ ; τοῖς πατᾶσι, pro πατᾶσι, *Titanibus*: Ionicè πατήεσσι, à sing. πατήν, πατῆν. [*Nisi* πατᾶσι *forsan Æolicè, vt Ioannes Grammaticus annotauit, Æolios* πενθήσσης *dicere pro* πενθήσης. *nam poëticè solent hæ conduplicationes fieri tantum post vocales natura breues, vt* φήξεσι *pro* φήξεσι: *vel ancipites correptas, vt* ἔφραδσε *pro* ἔφρασε.] Porrò ancipites, α, ι, υ, nulla facta mutatione possunt productæ censeri, vbi hoc exiget aliqua necessitas. 3 Hoc solùm intelligendum de iis quę habent diphthongum in vltima syllaba sequente ς, vt quæ desinunt in αις, εις, αως, ηυς, οὺς, & ους: non autem quæ desinunt in εω vel ειρ. 4 A datiuo sing. πατρὶ, posito σ ante ι, dicendum esset πατρσι: sed quia σ non potest poni post ρ, interposito α breui, dicimus πατράσι. sic ab ὁ ὕις, *filius*, cuius genit. τοῦ ὕιος, & syncope (vel, vt alij malunt, contractione poëtica) ὕος, & sic in aliis casibus: in datiuo plurali, cùm non possimus efferre ὕσι pro ὑίσι, eò quòd υ (teste Herodiano) nunquam scribatur ante consonantem, inserto α dicimus ὑάσι.

ANNOTATIO.

3

4

σ nunquam ponitur post duas consonantes.

υ non ponitur ante cõsonantẽ.

ὑάσι.

20 ATQVE hæ quidem declinationes appellantur simplices. Cæterum cùm inter tam varia nomina quintæ declinationis, quædam genitiuũ faciant in ος purum, & reliquos item casus in terminationem puram, fit vt in multis accidat synæresis siue crasis, duabus syllabis in vnam contractis, vt τὸ τεῖχος, *murus*, τοῦ τείχεος, & per crasim τείχους: τῷ τείχει, & per synæresin τείχῃ: & similia. ideoq; quædã sunt declinationes nominum contractorum.

De nominibus contractis.

30 Synæresis propriè est vocalium seruatarum in diphthongum contractio: τείχεϊ, τείχῃ, *muro*, ει in ει.

Synæresis.

Crasis, quum alioqui duæ syllabæ commiscentur in vnam, vt τείχεος, τείχους, εο in ου: τείχεα, τείχη, εα in η. Sine discrimine tamen his vocibus pro eodem vtimur, Synæresis, Crasis, siue Contractio.

Crasis.

CONTRACTIO Solùm fieri solet, quum concurrunt duæ vocales, quarum prima sit anceps, α, ι, υ, eaque correpta: vel breuis, ε, ο: vel etiam longa, sed

Vbi fiat contractio, et quomodo. Præcedentibus α, ι, υ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rarò, idq; ſequẽte ι quod in contractione νι, ηι: ωϊ, ῳ: vt ἥρωινη, ἡρώνη, *Heroïna, ſemidea*: νηρηίδες, νηρῇδες, *Nereides*. Præcedẽte aliqua ancipiti, ſi craſis eſt facienda, ipſa anceps manet, ſed iam producta, (omnis enim ſyllaba cõtracta producitur) & vocalis vel diphthõgus ſequẽs abiicitur. excipe cùm præcedẽte α, ſequitur ο vel ω, in diphthongo vel extra diphthongũ: tum enim craſis fit in ω. Præcedente autem breui ε, & ſequente vocali longa η, ω, vel quauis diphthongo, ſi fiat craſis, fiet abſorpto ε, & remanente vocali aut diphthongo ſequente: ſed ſequente altero ε, fiet in ει, niſi in duali nominum, vbi in η: [*Ex ὄφιε contrahi ὄφη, ſicut* Δημοσθένη *ex* Δημοσθένεε, *trädit Vrbanus ex Theodoſio & aliis veteribus Grammaticis: ſed negat Moſchopulus, hac regula, quod nominatiuus & accuſatiuus dualis contractionem non admittat in iis quorum genitiuus ſingularis non contrahitur. Laſcaris etiam hanc contractionem à quibuſdam Grammaticis reiici teſtatur. Vt autem pag. 153, v. 38.* τὼ σκέλεε σκέλη, *ſic apud Laſcarim* τὼ πελέκεε *ex* πελέκες: *quem contractionis modum veterem eſſe ſcribit.*] ſequente ο, fit in ω: aduẽniente α, fit in η. Si verò ſequatur ι vel ῠ, remanet vtraque vocalis; ſed coaleſcunt in diphthongos ει, οῦ. Cæterùm præcedente ο, & ſequente vocali longa η, ω, vel α, craſis fit ω: ſequente vocali breui, ε, ο, vel diphthongo ε, fit in ου: aduentante ι, vel diphthongo in qua ſit ι, vt ει, οι, η, fit in οι. Atque hæ contractionum regulæ, generales ſunt: & locum habent non ſolùm in quinque nominum contractorum declinationibus, & tribus verborum Circumflexorum coniugationibus, ſed in vniuerſum quoties facienda eſt contractio. Notanda tamẽ duo: vnum, accuſatiuum pluralem habere eandem cõtractionem cum nominatiuo eiuſdem numeri, cuius finalis ſit ς: vt τὺς βασιλέας, λεῖς, per diphthongum ει, vt in nominatiuo οἱ βασιλεῖς, λεῖς: non per η. De hac re vide Annotationes in contractiones, circa finem illius tractatus. Alterum: iota nunquam perdi in contractionibus, ſed retineri, vel ſaltem ſubſcribi: vt ὄφιες, ὄφις, *ſerpentes*: βοάεις, βοᾷς, *clamas*: & ſic de aliis.

Præcedente ε.

ANNOTATIO.

Præcedente ο.

NOTA.

Accuſ. plur. cõtractus, eſt ſimilis nominatiuo plurali.

Iota in contractionibus ſemper ſeruatur.

NOMINA CONTRACTA.

Prima contractorum. 1 RIMA declinatio contractorum, eſt nominum [1] maſculinorum, fœmininorum & communiũ in ης: neutrorũ verò in ες & ος: quorum genitiuus deſinit in εος: ac ferme in omnibus caſibus fiunt craſes ex ε & vocali vel diphthongo ſequenti: hoc modo:

ης.

	ους, ει, ῃ,	ῃ, οῖν.	εις, ῶν,	εις, εις.
S. ης, εος, εῖ, εα, ες.	D. εε, έοιν.	P. εες, έων, εσι, εας, εες.		
ες,	ες, ες.	ῃ,	ῃ, ῃ.	
ος,	ος, ος,	εα,	εα, εα.	

Contractio ſingularis genitiui eſt εο, [2] ω: datiui εῖ, ῇ: accuſatiui εα, ῆ: dualis nominatiui εε, [3] η: genitiui έοι, οῖ: plural. nominatiui εε, ῇ: genitiui έων, ῶν: neutri pluralis εα, ῆ. Vocales εα nũc in ῆ, nũc in [4] ῇ: ſic εε, & in [5] η, & in ῇ. Vocatiuus ſingularis in ες, ῶ Δημόσθενες, ὁ *Demoſthenes*. Datiuus plural. in nulla contrahitur declinatione.

Elẽchus terminationũ & contractionum primæ declinationis contractorũ.

2 εο ω.
εῖ ει.
εα η, ει.
3 εε η, ει.
έοι οῖ.
έων ῶν.
4,5 *Vocatiuus ſingularis in* ες.

Exempla.

S. ὁ Δημοσθένης, τοῦ Δημοσθένεος, σθένους: τῷ Δημοσθένεϊ, σθένῃ: τὸ Δημοσθένεα, σθένη: ὦ Δημόσθενες. D. τὼ & ὦ Δημοσθένεε, σθένη: τοῖν Δημοσθενέοιν, σθενοῖν. P. οἱ & ὦ Δημοσθένεες, σθένῃς: τῶν Δημοσθενέων, σθενῶν: τοῖς Δημοσθένεσι, absq; cõtractione: τὺς Δημοσθένεας, σθένῃς.

ἡ τριήρης, *triremis*, τῆς τριήρεος, ήρους: τῇ τριήρεϊ, ήρῃ.

ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς, *verus, a*, τοῦ καὶ τῆς ἀληθέος, ἀληθοῦς.

τὸ ἀληθὲς, *verum*, τοῦ-θέος, θοῦς: τῷ-θεῖ, θεῖ.

τὸ τεῖχος, *murus*, τοῦ τείχεος, τείχους: & ita deinceps.

[1] MASCVLINA Sunt propria virorum: fœminina, deſinũt in ήρης: & communia ſunt adiectiua. Neutra quoque in ες, ſunt adiectiua à communibus in ης; in ος verò, ſubſtantiua ſunt omnia. [2] Doricè autem & Æolicè ω, vt habes 119, 10. [3] Poëticè interdum ει. [4] In ει ſolùm in accuſatiuis pluralibus non neutris; vt ſit eadem contractio cum nominatiuo, vt antea diximus. [5] Craſis εε in η, tantùm fieri ſolet in duali nominum: quamuis alibi quoque ita fiat, ſed nunquam in declinationibus nominum contractorum, aut in coniugationibus verborum Circumflexorum. in quibuſdam quoque neutris dualibus fit in ει: τὸ σκέλος, εος, *crus*, τὼ σκέλεε, σκέλη, *crura*.

1 *Maſc. propria. Fœm. in* ηρης. *Cõmun. adiect.*
2 ες *adiectiua.*
3,4 ος *ſubſtantiua.*
5 εε *vbi in* η.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda declinatio cõtractorum.

SECVNDA declinatio eſt [1] maſculinorum & fœmininorum in ις, & neutrorum in ι.

ι, ις, ις, ις.
S. ις, ιος, ιϊ, ιν, ι. D. ιε, ιοιν. P. ιες, ιων, ισι, ιας, ιες.
ι, ι, ι, ι, ι, ι.
ι, ι, ι. ια, ια, ια.

Elenchus terminationum & contractionum ſecundæ.

Crasis hîc tantùm in ι longum; eaque in paucis. ſingul. datiuo ιϊ, in ι: plural. nominatiuo ιες, in ις: accuſatiuo ſimiliter ιας, in ις. reliqui caſus ſine contractione. Neutrorũ plurale ια, in ι. Accuſatiuus ſing. ſemper in ιν. Vocatiuus in ι, ablato ς nominatiui.

ιϊ, ις, ια } in ι.

Accuſat. in ιν.

Vocatiuus in ι.

S. ὁ ὄφις, τὸ ὄφιος: τῷ ὄφιϊ, ὄφι: τὸν ὄφιν, ὦ ὄφι. Et plural. οἱ & ὦ ὄφιες, ὄφις: τοὺς ὄφιας, ὄφις, *ſerpens. ſic* ἡ πόλις, πόλιος, *vrbs, ciuitas.*

Exempla.

Neutrũ τὸ σίναπι, σινάπιος, *ſinapi.* Plurale σινάπια, σινάπι. Iones hæc nomina flectunt per εος, ες.

Ioniſmus.

[2] fitque craſis primæ declinationis: τῷ ὄφεϊ, ὄφῃ: τὼ ὄφεε, ὄφη: οἱ & ὦ ὄφεες, ὄφεις: τοὺς ὄφεας, ὄφῃς.

[3] alij autem caſus non contrahuntur.

Atticiſmus.

Atticus genitiuus ſingularis, εως, ὄφεως. Dual. εφιν, ὄφεφιν: Plural. εων, ὄφεων, accentu ſemper in antepenultima.

PAVCA Admodum ſunt maſculina huius declinationis, & ſignificatione genus indicant, niſi ὁ ὄφις. Fœminina verò infinita ſunt, & omnia ferme verbalia, finita in σις, ξις, ψις: vt iam aliàs diximus. [2] Huiuſmodi craſis fit Atticè, non Ionicè. nam Iones reſpuunt contractionẽ. Porrò poëtæ interdum flectunt hæc nomina per ηος, &c. atque tunc accuſatiuus ſingularis deſinit in ηα, non in ιν, vt ſit communiter, Ionicè, & Atticè.

Craſis Attica, non Ionica.

Genitiuus ηος.

Accuſat. ηα.

[3] Tamen inuenimus apud poëtas τῆς πόλδος, *ciuitatis*, qui eſt genitiuus Doricus contractus, pro πόλεως, à πόλεος Ionico, non aliter quàm in prima.

δος pro εως Dor. ab εος Ion.

TERTIA eſt maſculinorum in δις. genitiuus communis in εος: vnde in quibuſdam caſibus fit craſis more primæ declinationis: [1] Ionicus autem in ηος, ex quo non fit contractio.

Tertia contractorum.

δος.

S. δις

ει, ῆ, εῖς, εῖς, εῖ.
S. δις, εος, εϊ, εα, εῦ. D. εε, εοιν. P. εες, εων, εῦσι, εας, εες.
ῆος, ῆϊ, ῆα. ῆε, ήοιν. ῆες, ήων. ῆας, ῆες.

Elenchus terminationum & contractionum tertiæ communiter & Ionicè.

S. ὁ βασιλδις, *rex*, τὸ βασιλέος, τῷ βασιλέϊ, λεῖ. D. τὼ βαζλέε, λῆ. P. [2] οἱ βασιλέες, λεῖς: τοὺς βασιλέας, λεῖς.

Exemplum.

Vocatiuus in εῦ, ὦ βασιλεῦ. [3] Datiuus plural. in εῦσι, τοῖς βασιλεῦσι.

Vocatiuus.

Datiuus plur.

Ionicè τὸ βασιλῆος, τῷ βασιλῆϊ, [4] τὸ βασιλῆα, &c.

Ioniſmus.

Atticus [5] genitiuus ſingularis in έως, τὸ βασιλέως.

Atticiſmus.

[1] IVXTA Iones recentiores eſt quidem ηος, ſed iuxta veteres eſt εῖος: Bœoticè autem eſt ίος, & Doricè ac Æolicè εῦς, facta craſi ex εος in ους: deinde verſo ου in εῦ, vt diximus 119, 10. [2] Et ſecundum veteres Atticos βασιλῆς, per ἦτα monophthongum: quidam tamen ἰῶτα ſubſcribunt, ducentes ex contracto βασιλεῖς, ει verſo in η, quod Atticis eſt familiare. [3] Et Ionicè ῆσι, à datiuo ſingulari Ionico ῆι, interpoſito σ: τῷ βασιλῆϊ, τοῖς βασιλῆσι. Sic poëtæ à datiuo ſingulari commuui ῖϊ, formant ῆσι: τῷ βασιλέϊ, τοῖς βασιλεῦσι: ſic ὁ ὑδὸς, *filius*: τοῖς ὑϊσι, *filiis*: ὁ δρομεὺς, τοῖς δρομεῦσι, *curſor.* neque verò inueniuntur τοῖς ὑεῦσι, τοῖς δρομεῦσι. [4] Poëticè βασιλῆ. perditur enim α per apocopen, remanente eodem accentu: vel dicemus fieri per contractionem ex accuſatiuo communi, τὸν βασιλέα, βασιλῆ. [5] Hic genitiuus contrahitur in ῶς, ſi terminationẽ έως præcedat alia vocalis: vt ὁ Στρελδὸς, Στρελέως, Στρελῶς, *Stirieus*: atque huiuſmodi nomina mittunt accuſatiuum in ᾶ, τὸν Στρελᾶ.

Genit. ſingul. ῆος, εῖος, ίος, εῦς.

Nominat. plur.

Atticiſmus.

Datiuus plur.

Accuſat. ſing.

Genitiuus ſing.

Accuſat. ſing.

QVARTA eſt [1] fœmininorũ in ώ, & ὼς: ἡ Λητὼ, *Latona*: ἡ αἰδὼς, *pudor.* quorum [2] genitiuus in ὁος contrahitur in ῶς; Λητόος, τοῦς. Datiuus οῖ, οῖ; Λητόϊ, τοῖ. [3] Accuſat. όα, ώ: Λητόα, τώ. Vocatiuus in οῖ, ὦ Λητοῖ. Dual. & Plural. vt in tertia ſimplici declinatione, τὰ Λητὼ, αἱ Λητοί.

Quarta contractorum.

ώ.

ὼς.

Accuſat. ſing.

FOEMININA In ώ multa ſunt, & omnia fermè propria. in ὼς verò ſunt tantùm duo, ἠὼς, *aurora*, & αἰδὼς. [2] Genitiuus Æolicus & Laconicus eſt ᾶς. [3] Accuſatiuus Ionicus οιὼ, & Æolicus ῶν. Cæterùm ω accuſatiui à nominatiuo ώ, acuitur, vt nominatiuus, cui ſimilis eſt: ſed à nominatiuo ὼς, circumflectitur, τὼ αἰδῶ.

ώ.

ὼς.

2.3 Genitiuus ſing. Accuſat. ſing.

QVIN

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quinta contractorum.

QVINTA declinatio continet neutra in αέ purum, & in ρας. Genitiuus communis αῶς, Ionicus [1] αος, ex quo fit crasis Attica.

ως, ᾶ,	α, ῶν.
αος, αϊ,	αε, άοιν.

Elenchus terminationum & contractionum quintæ, cõmuniter, Ionicè & Atticè.

Singul. ας, αῶς, ατι, αν, ας. D. ατε, άοιν.

α, ῶι,	α, α.
αα, άων,	αα, αα.

Exempla.

Plural. αῶα, άτων, ασι, αῶα, αῶα.

τὸ κρέας, *caro*, τοῦ κρέαῶς, κρέαος, κρέως: τῷ κρέατι, κρέαϊ, κρέᾳ: sic κέρας, *cornu*, κέραῶς, κέραος, κέρως: sempérque contractio est ex α.

OMNES Huius declinationis contractiones, fiunt in ω in genitiuis, in reliquis casibus in α longum. semper enim vocalis quæ remanet ex contractione, longa est. interdum tamen in neutro plurali inuenimus α correptum apud poëtas: sed hoc fit per apocopen syllabæ κε, non per crasim αα in α. [1] Apud Herodot. & vnde γέρεα pro γέρεα, à γέρης, *munus*.

Apocope.

Et declinationes quidẽ sic habent: quæ autẽ præterea de nominibus dicenda, pòst trademus, vbi singulas orationis partes absoluerimus. nũc pergamus ad Cõiugationes verborũ.

CONIVGATIONES VERBORVM.

IN verborum coniugationibus Græci præcipuè habent rationem futuri & præteriti perfecti; [1] quando hinc cætera pẽdent tempora. Perfectum præteritum, vocatur παρακείμενον; futurum μέλλων: quæ Grammatici notant literis π. & μ.

PRIMA coniugatio, est verborum in βω, πω, φω, πλω: quorũ futurum in ψω, præteritũ in φα.

β λείβω	λείψω	λέλειφα	*libo, fundo.*
π τέρπω	τέρψω	τέτερφα	*delecto.*
φ γράφω	γράψω	γέγραφα	*scribo.*
πλ τύπλω	τύψω	τέτυφα	*verbero.*

SECVN

SECVNDA, in γω, κω, χω, κλω: μ. in ξω, π. in χα.

γ λέγω	λέξω	λέλεχα *dico.*
κ πλέκω	πλέξω	πέπλεχα *plico.*
χ τρέχω	θρέξω	τέτρεχα *curro.*
κλ τίκλω	τέξω	τέτεχα *pario.*

TERTIA, in δω, [2] τω, θω: μ. in σω, π. in κα.

δ ᾄδω	ᾄσω	ᾆκα *cano.*
τ ἀνύτω	ἀνύσω	ἤνυκα *perficio.*
θ πλήθω	πλήσω	πέπληκα *impleo.*

QVARTA, in ζω, ασω: futurum ξω, & præteritum χα, vt in secunda coniugatione: aut σω & κα, vt in tertia.

ζ παίζω	παίξω	πέπαιχα	*ludo.*
ασ ὀρύασω	ὀρύξω	ὤρυχα	*fodio.*
ζ φράζω	φράσω	πέφρακα	*dico.*
ασ πλάσω	πλάσω	πέπλακα	*fingo.*

Attici pro gemino σ vsurpant geminum τλ: ὀρύασω, ὀρύτλω, *fodio*: πλάασω, πλάτλω, *fingo*: vt γλῶσσα, γλῶττα, *lingua*.

Atticismus τλ pro σ.

QVINTA in λω, μω, νω, ρω: futurum λῶ, μῶ, νῶ, ρῶ: præteritum κα.

λ ψάλλω	ψαλῶ	ἔψαλκα	*digitis pulso.*
μ νέμω	νεμῶ	νενέμηκα	*tribuo.*
ν φαίνω	φανῶ	πέφαγκα	*ostendo.*
ρ σπείρω	σπερῶ	ἔσπαρκα	*sero, semino.*
μν τέμνω	τεμῶ	τέτμηκα	*scindo, seco.*

Liquidæ λ, μ, ν, ρ, dicuntur Immutabiles, quòd in futuro non mutentur, sed permaneant vt in præsenti.

Cur liquidæ λ, μ, ν, ρ, dicantur Immutabiles.

In hac coniugatione, vltima futuri circumflectitur, penultima verò [3] corripitur, abiiciẽdo alteram immutabilem; ψάλλω, ψάλω: aut vocalem subiunctiuam; σπείρω, σπερῶ: φαίνω, φανῶ: aut breuiando ancipitem; κείνω, κενῶ, *indico*.

Annotatio in futurũ quintæ.

λλ λ.
μν μ.
ει ε.
αι α.

SEX

Universidad de Deusto
Biblioteca

SEXTA, in ω purum, hoc est, præcedente vocali aut diphthongo: μ. in σω, π. in κα.

α	γελάω	γελάσω	γεγέλακα	*rideo.*
ε	τελέω	τελέσω	τετέλεκα	*finio.*
ι	τίω	τίσω	τέτικα	*honoro.*
ο	ὀμόω	ὀμόσω	ὤμοκα	*iuro.*
υ	δύω	δύσω	δέδυκα	*subeo.*
4 ω	[4]ῥώω	ῥώσω	ἔρρωκα	*roboro.*
αι	παίω	παίσω	πέπαικα	*ferio.*
αυ	ψαύω	ψαύσω	ἔψαυκα	*tango.*
ει	σείω	σείσω	σέσεικα	*quatio.*
οι	ἱππεύω	ἱππεύσω	ἱππεύκα	*equito.*
οι	οἴω	οἴσω	ὄκα	*fero.*
ου	κρούω	κρούσω	κέκρυκα	*pulso.*
5 υ	ὀπύω	[5]ὀπύσω	ὤπυκα	*vxorem habeo, ineo.*

(σω: 6 7 — κα: 7)

Literam verò per quam formamus coniugationẽ aut tempora, nominãt χαρακτηριστικὸν, hoc est figuratiuam literam; vt characteristicon primæ coniugationis, est vna ex mutis, β, π, φ: secundæ, γ, κ, χ: tertiæ, δ, τ, θ: quartæ, ζ, σ, aut σσ: quintæ, λ, μ, ν, ρ: sextæ, omnes vocales præter υ, omnes diphthongi propriæ, & vna impropria υ. [6] Sic figuratiuæ literæ futuri, sunt ψ, ξ, σ, λ, μ, ν, ρ: præteriti autem, φ, χ, κ: & ita de reliquis quoque temporibus dicendum.

Χαρακτηριστικὸν γράμμα, *figuratiua litera.*

[7] In terminationibus πλω, κλω, μνω, prior cõsonans figuratiua censetur litera, nempe π, κ, μ.

πλ π κλ κ μν μ. *Quare hæ coniugationes dicãtur Barytonæ.*

Atque hæ coniugationes dicũtur Barytonæ, quòd verba sint βαρύτονα, hoc est, graui tono pronuntietur vltima syllaba, λείπω, λέγω, &c. Siquidem in omni syllaba quæ non signatur accentu, intelligitur grauis; qui ob id vocatur accentus syllabicus.

βαρύτονον *quid.*

Syllabicus accentus.

Noua inuestigandi thematis,

1 IN Deducendis formandisque temporibus CLENARDVS alios secutus, illa veluti catena quadam conne

connexuit, ita vt vnum ab alio formet, & rursus illud ex alio atque alio, donec ad thema peruentum sit. Huius deductionis exemplum habes in fine tractatus de Inuestigatione thematis. Hanc ego rimandi rationem non reprobo: quia tamen molestum ac difficile videtur in vnoquoque vocabulo tot tempora percurrere, tibi aliam methodum trademus, qua omnia statim deduces ab ipso themate, aut ad illud referes. Quatuor igitur in vnoquoq; tempore sunt considerandæ, scilicet Augmẽtum, Characteristica, Vocalis præcedens characteristicam, (quæ à nobis doctrinæ gratia, licet non satis propriè, Penultima appellabitur) & id quod ponitur post Characteristicam, quæ Terminatio à nobis dicetur.

& temporum à themate deducendorũ ratio.

Augmentum, Characteristica, Penultima, & Terminatio vbique considerãda.

AVGMENTVM Habet tantummodo locum in omnibus præteritis & aoristis indicatiuorum, atque in perfecto & paulò pòst futuro omnium modorum & participiorum: hoc modo; Si verbum incipit à vocalibus α, ε, ο, vel diphthongis αι, αυ, οι, mutatur α & ε in η, ο in ω, αι in η, αυ in ηυ, οι in ῳ. si verbum incipit ab alia vocali vel diphthongo, nulla fiet mutatio propter augmentum. Quum verò incipit a consonante, præponitur vbique ε, ante quod (modò non sit longum positu) in perfectis, plusquamperfectis, & paulò pòst futuris repetitur consona quæ sequitur huiusmodi ε: sed pro aspiratis φ, χ, θ, repetuntur earum tenues, π, κ, τ: plusquamperfectum autem recipit aliud ε ante consonantem repetitam. & hæc de augmento.

Augmento vbi sit locus.

α		η
ε		η
ο	in	ω
αι		η
αυ		ηυ
οι		ῳ

Augmentum syllabicum ε.

Characteristica Præcipuè consideratur in præsenti, perfecto, & futuro primo indicatiuo vocis actiuæ. Characteristicæ præsentis primæ coniugat. sunt π, β, φ, πτ: secundæ, κ, γ, χ, κτ: tertiæ, τ, δ, θ: quartæ, ζ, σσ vel ττ: quintæ, λ, μ, ν, ρ: sextę, vocales & diphthongi. Characteristicæ perfecti primæ, φ: secundæ, χ: tertiæ, quintæ & sextæ, κ. Characteristicæ futuri, primæ, ψ: secundæ, ξ: tertiæ & sextæ, σ: quintæ, λ, μ, ν, ρ. verba verò quartæ sumunt omnia tempora (quod ad Characteristicam attinet) exceptis præsentibus & imperfectis, nunc à verbis in ω secundæ, nunc à verbis in δω tertiæ, vt pag. 167. v. 20. sumus dicturi. Reliqua tempora consentiunt characteristicâ cum horum trium aliquo: nempe omnia præsentia & imperfecta cuiuscunque vocis ac modi, cum præsenti indicatiuo vocis actiuæ, absque vlla exceptione. eodem modo faciunt aoristi secundi, & futura secunda omnia, & perfecta ac plusquamfecta vocis mediæ: sed ex πτ, κτ, ττ, μν, reiicitur secunda, τ, λ, ν. De Charac-

Characteristica, Præsentis.

Perfecti. Futuri pri.

Tempora sequẽtia Characteristicã præsentis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

racteristica aut penultima verborum in ἰω, ἀω, ὁω, nihil hic expecta, sed vide verba Circumflexa & in μι. Porrò omnia futura prima vocis actiuæ & mediæ, & omnes aoristi primi in eisdem vocibus, sequuntur characteristicam futuri primi. Perfecti verò characteristicam imitantur perfecta & plusquamperfecta in voce actiua sine exceptione. sic perfectum, plusquam perfectum, aoristus primus, futuri primum, & paulò post futurum vocis passiuæ. sed quia ante μ, σ, τ, (vt initio huius libri diximus) characteristicæ φ, χ, non possunt consistere, neque κ ante μ, σ, θ; varias mutationes recipiunt φ, χ, κ, quando illorum temporum terminationes incipiunt ab his quatuor consonantibus, μ, σ, τ, θ, vt in μαι, σαι, ται, μεθον, θον, &c. ac sic collocantur, μμ pro φμ, ψ pro φσ, πτ pro φτ: & γμ pro χμ, ξ pro χσ, κτ pro χτ: & σ pro κσ: (euanescit enim κ ante σ) & σμ, σ, σθ, pro κμ, κι, κθ. tamen in quinta Coniugatione, ac plerunque (vt alibi dicetur) in sexta, κ deperditur ante μ & τ, non aliter quàm ante σ: atque etiam ante θ, nisi quum θ inuenietur in terminationibus perfecti aut plusquamperf. cuiuscunque modi, vbi κ, vt aliàs, migrat in σ. Notandum verò, in quinta coniug. ante κ Characteristicam perfecti, retineri figuratiuas præsentis λ & ρ. idem facit μ, sed inter μ & κ interponitur η, quia nunquam με ponitur ante κ: ν verò non seruatur, nisi in verbis in αίνω, & polysyllabis in ύνω, vbi migrat in γ. Atque vt λ, μ, ν, ρ, se habent in perfecto ante κ, ita quoque ante μ, σ, τ, θ, in temporibus pass. sed γ redit in suum ν, nisi ante μ, vbi mutatur in μ. Hactenus de Characteristica: pergamus ad Penultimam.

Futuri.

Perfecti.

μμ, ψ, πτ, pro φμ, φσ, φτ. & γμ, ξ, κτ, pro χμ, χσ, χτ. σμ, σ, σθ, pro κμ, κι, κθ.

Alicubi κ decidit.

In quinta λκ, λμ, λσ, λτ, λθ. ρκ, ρμ, ρσ, ρτ, ρθ. μηκ, μημ, μησ, μητ, μηθ. γκ, γμ, γσ, γτ, γθ.

PENVLTIMA In quatuor primis Coniugationibus & sexta non mutatur, nisi in aoristis sec. & futuris sec. vbi η & ω mutantur in α: diphthongi αι, αω, ε, perdunt subiunctiuam: ει & ου, præpositiuam: ε quoque præsentibus, λ, μ, ν, ρ, migrat in α: nisi in his verbis, βλέπω, κνέγκω, λέγω, φλέγω, id est, *video, fero, dico, uro.* In perf. etiam & plusquamperf. vocis med. αι mutatur in η: atque ε & ει, si verbum sit disyllabum, in ο & οι. In quinta verò coniug. Penultima non mutatur, nisi sit vna harum, α, αι, ε, ει: quæ sic mutantur, α in η, sed id solùm in aorist. primis vocis act. & med. αι in perf. & plusquamperf. vocis med. mutatur in η: alibi semper perdit ι, nisi in præsentibus & imperfectis. nam hæc duo tempora nunquam mutant Penultimam, neque Characteristicam, cuiuscunq; fuerint cõiugationis. ε in disyllabis muta

Penultima in aor. sec. & fut. sec. η, ω, αι, αω: ε in α: ου in ο: ει in ε: ου in η. In perf. & pluſ. med. αι, ε, ει, in η, ο, οι. In quinta cõiu. α in η, αι in α:

ε & ει in { α, ει, ε, ο.

mutatur in α, nisi in tribus locis, nempe in aorist. primis vocis act. & med. vbi ascisit sibi ι, vt sit ει: in futuris primis vocis etiam act. & med. vbi ε retinetur: in perf. & plusquamperf. vocis med. vbi migrat in ο. in verbis etiam desinentibus in μω vel μνω, ε non mutatur in α, nisi in aoristis sec. & futuris sec. In polysyllabis verò ε semper retinetur, nisi in aoristis pri. vocis act. & med. vbi etiam sibi ascisit ι: & in aoristis sec. & futuris secundis, vbi mutatur etiam in α, ει in disyllabis eodem modo se habet atque ε in disyllabis. nam semper mutatur in α, nisi in tribus illis locis, in quorum primo habet eodem modo ει, in secundo ε, in tertio ο. in polysyllabis autem ι semper amittit subiunctiuam ι, nisi in aoristis prim. vocis act. & med. vbi retinetur ι. Atque hæc dicta sufficiant de Characteristica & Penultima siue vocali quę præcedit Characteristicam. Restat TERMINATIO, id est, illud omne quod ponitur post Characteristicam; quod eodem omnino modo se habet in omnibus verbis Barytonis, cuiuscunque sint Coniugat. De hac igitur Terminatione, vbi generalia quædam præcepta tradiderimus, quod residuũ erit, breuib. tabellis ob oculos proponemus. Præcepta sunt hęc:

Terminatio.

De Barytonorum terminationibus præcepta generalia.

Præsens & imperfectum, habent eandem prorsus vocem, nedum terminationem, nisi in indicatiuis: sic perfectum & plusquamperfectum.

Terminatio futurorum cuiuscunque modi ac vocis, est eadem cum terminatione præsentis eiusdem modi ac vocis: sed in futuris sec. vocis act. & mediæ, quum ε & ο primum locũ in Terminatione occupant, ascisciunt sibi subiunctiuas, ε quidem ι: ο verò υ, vt sint ει, ου: quod etiam habet locum in futuris primis actiuis & mediis quintę Coniugation. vt, pro terminationibus præsentis ομαι, εσθαι, &c. hic dicemus ουμαι, εισθαι, &c. Porrò in voce passiua terminationi præsentis futurum primum præponit θησ, futurum secundum ησ, & paulò post futurum σ, vt ex ομαι fiat θησομαι, ησομαι, σομαι, &c.

In voce media præsens & imperfectum voce, nedum terminatione, prorsus eadem sunt cum præsenti & imperfecto pass. Perfectum verò & plusquamperf. terminatione conueniunt cum perfecto & plusquamperf. act. Aoristus autem secund. & in voce act. & in voce med. per omnes modos & participia eandem habet terminationẽ cum imperfecto eiusdem vocis ac modi. Itaque in voce media tantùm remanet aoristus primus peculiarem habens terminationẽ: futura enim (vt dictũ est)

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum præsenti terminatione conueniunt.

In voce pass. duo aoristi sunt terminatione similes: sed primus terminationi vtrique communi præfigit θ. nam dicit ην, ης, &c. vbi secundus dicit ων, ης, &c. ac in secunda persona imperatiui dicit ηθι, pro ηδι: vbi notandum, in primo scribi π per πω, propter aliud θ semper præcedens.

In imperatiuis & subiunctiuis futura desunt: quorum locum supplent aoristi.

Perfectum in optatiuo & subiunctiuo vocis passiuæ non inuenitur: sed circumloquimur illa tempora per participiũ præteritũ eiusdem vocis, & per eiusdẽ modi præsens verbi εἰμὶ, id est *sum*: cuius coniugationẽ habes apud CLENARDVM in tractatu Anomalorum in μι.

Participia fœminina, sunt declinationis secundæ: masculina in ρ, & neutra in ρον, sunt tertiæ: reliqua, sunt quintæ; quæ siue masculina siue neutra fuerint, genitiuum à neutri nominatiuo formant, addendo τος: tamen ex ος, dicimus οτος, non ος. Cætera de Terminatione, quæ his regulis non sunt comprehensa, tibi figuræ sequentes indicabunt.

PRIMARIÆ TERMINATIONES VNIVSCVIVSQVE TEMPORIS,

Vocum actiuarum passiuarum & mediarum, quæ primis litteris, a. scilicet, p. m. notantur.

Tempora vocis		Indicat.	Imperat.	Optat.	Subiũct.	Infin.	Participia ὁ	ἡ	τὸ
Præs. fu.	actiuæ	1 ω							
Imp. a. 2	actiuæ	2 ον	12 ε	18 οιμι	22 ω	ειν	ων,	ουσα,	ον.
Perfect.	a. & m.	3 α							
Plusqu.	a. & m.	4 ειν	12 ε	18 οιμι	22 ω	ειναι	ὼς,	ῦια,	ός.
Aorist. 1.	actiuæ	5 α	13 ον	19 αιμι	22 ω	αι	ας,	ασα,	αν.
Præs. su.	p. & m.	6 ομαι							
5 Imp.	p. m.	7 όμεν	14 ου	20 οίμεν	23 ωμαι	εσθαι	όμενος,	ομένη,	όμενον.
2 Ao. 2	med.								
Perfect.	passiuæ	8 μαι							
Plusqu.	passiuæ	9 μεν	15 σο	μενος εἶεν	μένος ὦ	θαι	μένος,	μένη,	μένον.
Aor. 1. 2	passiuæ	10 ην	16 ηθι	10 εἶεν	22 ῶ	ῆναι	εἰς,	εῖσα,	έν.
Aor. 1.	mediæ	11 άμεν	17 αι	21 αίμεν	23 ωμαι	ασθαι	άμενος,	αμένη,	άμενον.

TER

TERMINATIONES PERSONARVM DVCTARVM A PRIMARIIS

præcedentis figuræ, quibus respondent per notas arithmeticas, 1. 2. &c.

Personæ	SINGVLARIA. 1,	2,	3.	DVALIA. 1,	2,	3.	PLVRALIA. 1,	2,	3.
1 ω									
2 ον	εις	ει		ετον	ετον	ομεν	ετε	ουσι.
3 α	ες	ε		ετον	ετω	ομεν	ετε	ον.
4 ειν	εις	ει		ατον	ατον	αμεν	ατε	ασι.
5 α	ας	ε		ειτον	ειτω	ιμεν	ειτε	ειεν.
10 ω	ης	η		ατον	ατω	αμεν	ατε	αν.
18 οιμι	οις	οι		ητον	ητω	ημεν	ητε	ησαν.
19 αιμι	αις	αι		οιτον	οιτω	οιμεν	οιτε	οιεν.
22 ω	ης	η		αιτον	αιτω	αιμεν	αιτε	αιεν.
				ητον	ητω	ωμεν	ητε	ωσι.
6 ομαι	η	εται	όμεθον	εσθον	εσθον	όμεθα	εσθε	ονται.
7 όμεν	ου	ετο	όμεθον	εσθον	έσθω	όμεθα	εσθε	ονται.
8 μαι	σαι	ται	μεθον	σθον	σθον	μεθα	σθε	νται.
9 μεν	σο	το	μεθον	σθον	σθω	μεθα	σθε	ντων.
11 άμεν	ω	αται	άμεθον	ασθον	άσθω	άμεθα	ασθε	αντων.
20 οίμεν	οιο	οιτο	οίμεθον	οισθον	οίσθω	οίμεθα	οισθε	οιντο.
21 αίμεν	αιο	ητο	αίμεθον	αισθον	αίσθω	αίμεθα	αισθε	αιντο.
23 ωμαι	η	ηται	ώμεθον	ησθον	ησθον	ώμεθα	ησθε	ωνται.

Imperatiuorum terminationes.

SINGVLARIA.

Secunda.	Tertia.
12 ε	έτω.
13 ον	άτω.
14 ου	έσθω.
15 σο	σθω.
16 ηθι	ήτω.
17 αι	άσθω.

Dualis & pluralis veluti singularis, carent prima persona: reliquæ verò, fiunt à tertia singulari verso ω in ον, ων, pro duali: ε, ωσαν, pro plurali.

VIDES Personarum terminationes in nouem lineis prioribus eandem ferè semper analogiam seruare. Secunda enim persona singularis, vbique in ς desinit. Tertia fit à secunda, remoto ς: sed ex ας fit ς. Prima dualis in his omnibus desideratur. Secunda dualis, fit à secunda sing. verso ς in τ, sed ex εις & ης, quum venit

Formationes.
Secũda sin. act.
Tertia singul.
Prima dualis.
Secũda dualis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tertia dualis generatim.

ab ω, abiicitur ι atque punctus subscriptus. Tertia verò dualis (vt in genere loquar) in præsenti, perfecto, & futuris omnium indicatiuorum, ac in quibusuis temporibus omnium subiunctiuorum, est similis secũdæ dualis: alibi fit quidem ab eadem, sed mutat ον in ων, nisi in imperatiuis, vbi in ων. Sic in genere secunda pluralis fit à secunda duali, migrante ον in ε. Prima verò pluralis, fit à secũda sing. verso σ in μην: sed οι ab ω, atquè ε, migrant in ο, & η in ω. Tertia pluralis est varia: potest autẽ formari à prima plurali, mutando μην nunc in σι, nunc in ν, nunc in σαν, & modò in εν, vt melius ex schemate quàm præceptis colligitur: ab ομην verò prioris lineæ dicimus non οσι, sed ασι.

Secunda plur. generatim.

Prima plural.

Tertia plural.

Octo Autem posteriores lineæ, aliam seruant analogiam & formandi rationem; nisi in tertia duali & secunda plurali. ac formationem quidem secundæ & tertiæ personæ singularis, vel ex ipsa tabella tibi explicare, vel pete ex scholiis nostris in præsens indicatiui pass. Prima verò dualis, ac prima pluralis, fiunt à prima singulari, mutando μαι aut μλω in μεθον pro duali, & in μεθα pro plurali. Secunda dualis fit à tertia sing. verso της aut το in σθον: sed in perfecto & plusquamperf. indicatiui solùm in θον: vbi quoque Characteristica, quæ præcedit της aut το, variè mutatur, vt satis constat ex his quæ diximus, quum de Characteristica ageremus. Tertia pluralis, fit à tertia singul. posito ν ante ρ, & verso ν quod reperitur ante τ, in σ: verùm in perfecto & plusquamperf. quum literam τ præcedit alia consona, fit à prima sing. migrante μαι in μένοι εἰσὶ, & μλω in μένοι ἦσαν, facta scilicet circumlocutione per participium præteritum & verbum substantiuum.

Secunda & tertia singul. pass.

Prima dual. & prima pluralis. Secunda dualis.

Tertia pluralis.

Hæc Præcepta de Augmento, Characteristica, Penultima, & Terminatione, sunt ad verbum ediscẽda, in praximque & vsum traducenda: vt, dum in aliquod verbum incides, in promptu possis dignoscere, cuius temporis & personæ habeat Terminationẽ: deinde inspecta Characteristica, noscas quotę sit Coniugationis: ac cernas num Penultima thematis alia esse possit ab ea quam vides: item num thema Augmentum vocalis ε acceperit: vel num vocalis aut diphthongus mutabilis mutata sit propter Augmentum. Hac in re si paululum te exercueris, miraberis facilitatem quam experieris in inueniendo themate, atque in dignoscendis personis ac temporibus omnium verborum legẽdis authoribus obuiorum. Cæterùm si hæc deducendi ratio noua cui

Vsus & exercitatio præcedentiũ in inuestigatione thematis.

cuipiam videatur, atque ideo aliam malit sequi: per me quidem id illi licebit: non enim repugno: tamen neque illi infrugifera futura sunt hæc de Terminationibus præcepta. poterit enim ex his facillimè inflexionem verbi τύπτω, atque aliorum omnium Barytonorum ediscere; ac quid commune habeant inter se tempora, vel quid vnicuique sit proprium, discernere. Adhæc, cognita semel ex Clenardo formatione temporum trium indicatiuorum, his tabellis poterit formare reliquorum omnium modorum & participiorũ tempora, ab indicatiui eiusdem vocis temporibus homonymis, id est, idem nomẽ habentibus: nempe præsens aliorum modorum à præsenti indicatiui eiusdem vocis: sic perfectum à perfecto, aoristum primum ab aoristo primo, secundum à secundo, futurum pri. à futuro primo, secundum à secundo, paulò pòst futurum à paulò pòst futuro; hoc modo formando: Mutentur terminationes temporum indicatiui, scilicet ω, ον, α, εν, &c. in eas quæ in priori tabella vnicuique tempori reliquorum modorum tribuuntur: (sed ex aoristis abiiciendum priùs indicatiui augmentum, si quod habuerint) vt, si præsentia aliorum modorum voluerit formare, sumet præsens indicatiui, vtpote τύπτω, vel quoduis aliud: ex quo, mutando ω in ε, οιμι, ω, εν, ων, faciet τύπτε, τύπτοιμι, τύπτω, τύπτην, τύπτων. sic ex τέτυφα, mutando α in reliquorum modorum terminationes perfecto respondentes, faciet τέτυφε, τετύφοιμι, τετύφω, τετυφέναι, τετυφώς. Eodem modo in voce pass. & med. ex presenti τύπτομαι, mutando terminationem ομαι in ε, οίμην, ωμαι, εσθαι, όμενος, faciet præsentia reliquorum modorum, τύπτε, τυπτοίμην, τύπτωμαι, τύπτεσθαι, τυπτόμενος: atque ita in reliquis omnibus. nunquam enim fallet analogia, nisi in duobus locis, nempe in perfecto imperatiui & infinitiui vocis passiuæ. nam si ibi seruaretur analogia, ex perfecto indicatiui τέτυμμαι, dicendum esset in imperatiuo τέτυμσο, τετύμθω, & in infinitiuo τετύμθαι, vbi dicimus τέτυψο, τετύφθω, τετύφθαι. alio igitur modo erunt formandæ hæ tres voces, nempe secunda singularis perfecti imperatiui à secunda singulari perfecti indicatiui, mutando αι in ο, τέτυψαι, τέτυψο. tertia verò singularis eiusdem imperatiui (à qua deinde fiunt reliquæ personæ dualis & pluralis numeri) atque perfectum infinitiui, formantur à secunda dualis numeri perfecti indicatiui, migrante ον in ω pro imperatiuo, & in αι pro infinitiuo, τέτυφθον, τετύφθω, τετύφθαι, accẽtu in penultima.

Vsus terminationum ad inflexionem verborũ vtilissimus.

Quomodo ab indicatiuo, reliqui modi formentur.

Perfectum imperatiui & infinitiui pass.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nota de futuro secundo vocis act. & med.

ει ζ *pro* ξ
ου ξ *pro* ζ *ο.*

Obseruandum quoque quod diximus de futuro secundo vocis actiuæ & mediæ, nempe illud habere diphthongos ει, ου, vbi præsens in terminationis initio habet ε & ο. dicimus enim τυπτοῦν, τυπτόμην, τυπεῖζ, τυπέμδμ@, vbi, si analogia præsentis seruaretur, dicendum esset ξ τυπτὸν, τυπτόμην, τυπεῖζ, τυπτόμδμ@. hoc autem ideo fit, quia hoc tempus gaudet habere circumflexum in vocali vel diphthongo quæ sequitur Characteristicam: cuius accentus capaces non sunt vocales ε, ο, natura breues: quare producuntur aduocatis subiunctiuis ι, & υ, vt diximus quoque 157,37.

τ rarò Characteristicum.

2 Τ rarò est Characteristicum, & in Atticis tantùm, vt ἐυύτω ex ἀυύω, *perficio*: aut in poëticis, iisque paucis & ferè anomalis, vt πίτνω pro πίπλω, *cado*: λίτομαι pro λίσσομαι, *supplico*.

Notio de penultima quintæ coniugationis.

3 SI Fortè quispiam quærat, Quomodo corripietur penultima futuri, si in præsenti sit η vel ω? Non est quod hîc hæreat. nunquam enim penultima præsentis in quinta est η aut ω: neque etiam diphthongus, nisi αι vel ει: neque positione est longa, nisi propter duplex ϰ, aut μν.

Verba in άω poëtica.

4 ῥάω poëticum est verbum: thema vsitatum est ῥωνύω siue ῥώννυμι, vt dicetur suo loco in tractatu de Inuestigatione thematis: poëtica quoque sunt cætera omnia in άω. fiunt enim à verbis in εω, άω, όω. [In εω, vt πλϵ́ω à πλέω, *nauigo*: in άω, vt ζάω à ζάω, *viuo*, ἡδάω ab ἡδύω *pubesco*: in όω, vt δόω à δόω *do*, ὑανόω ab ὑανύω *somnum capio*, quòd postremum in Idyllio Bionis legitur apud Stobæum, ἀ μεγάλα μοι Κύπρις ἐδ' ὑανόωνλι παρέστα. Caninius hîc ω penultimum negat esse Characteristicon, sed poëticè factum ex regulari figuratiua: negat etiam verba hæc vltra præsens & imperfectum coniugari.]

ANNOTATIO.

5 ὀπύω & ὤπυκα non inueniuntur. υ enim (vt (6 diximus 151,17.) ante consonantem non scribitur.

De futuri formatione & Characteristica discursus.

6 Futurum propriè fit à præsenti σ ante ω: sed quia σ (vt dictum est 7,19.) nunquam sequitur aliquam consonantem nisi aliud σ, aut tres liquidas λ, ν, ρ, idque rarò, non potuit hæc formatio esse vera sine varia consonantium mutatione. Itaque in prima pro πσ, βσ, φσ, positum fuit ψ, quod potestate illas consonantes omnes complectitur. eadem omnino ratione ξ locatum fuit in secunda pro ϰσ, γσ, χσ. In tertia verò, cùm nulla duplex æqualis esset simplicibus τσ, δσ, θσ, expunxerunt priorem, quia σ in futuro magis necessaria videbatur: vel quia σ quoque potestate continet τ, δ, θ: quod cernitur in nominibus finitis in ς, quæ faciunt genitiuum in τος, δος, θ@. In quinta verò, vtraque erat necessaria &

ψ pro πσ, βσ, φσ.

ξ pro ϰσ, γσ, χσ.

σ pro τσ, δσ, θσ.

De quintæ con-

iugat. futuri.

præ

præsentis & futuri Characteristica: illa quidem, propter naturalem quandam vim immutabilibus insitam, vt nolint neque in nominibus neque in verbis perdi propter inflexionẽ: hæc verò, quòd esset futuri Characteristica. itaque Æoles vtramque retinuerunt, dicentes ἀείρσω, *seminabo*, præterquam μσ, quia nunquam σ sequitur μ. rarò etiam σ ponitur post aliquam cõsonam, vt diximus. quare Communes & Attici, vt asperum illum sonum euitarent, σ reiecerunt, vltimam circumflectentes. [σ *retinent etiam verba in* λω *apud poëtas, vt* κέλσω *appulisse vel* appellere, *apud Homerum sæpe, cum participio* κέλσας. *at* κίνσω *ab inusitato* κίντω *pro* κεντέω stimulo, *apud eosdem poëtas: à quo etiam* κιντὸς punctus, acu pictus: & *comp.* ἄκιντος non punctus, stimulum non expertus: *in his enim* ν *ad vitandam asperitatem est elisum.*] Sunt etiam qui dicant σ non retineri ne ab ipsis quidem Æoliis, nisi in verbis in ρω finitis. In sexta, nulla fuit facienda mutatio, quia σ vocales & diphthongos ritè sequitur. In quarta verò, desinẽtia in σω (quæ pauca sunt) sumũt Characteristicam verborum in γω, idem significantium, sed iam maxima ex parte inusitatorum. Eodem modo finita in ζω, (quæ Doricè efferũtur per σδω) à verbis in δω Characteristicam mutuantur. Doricè tamen à verbis in γω: saltem in futuro & aoristo primo vocis actiuæ & mediæ, vbi Characteristica esset σ. nam Dores σ in ξ mutãt, βαδίζω, *vado*, μ. βαδίσω, & Doricè βαδιξῶ. sic in aliis coniugationibus, vt κλείω, *claudo*, μ. κλείσω, & Doricè κλῃξῶ, ει verso in ῃ. hinc aoristus primus ἔκλαξα, imperatiuus κλᾶξον, cum ἀπὸ, ἀπόκλαξον, *exclude*. Cæterùm quia non rarò variant (vt ait CLENARDVS initio tractatus de Inuestigatione thematis) eiusdem verbi themata, aut à diuersis omnino pendet formatio receptorum temporum, fit vt verba in ζω accipiãt Characteristicam à verbis in γω: & contrà, finita in σσω, (quæ Æolicè per ζω efferuntur) sumant à verbis in δω. Rursus quædam & à γω, & à δω, Characteristicam mutuantur. Ne autem hæreas, dubitans quæ sint verba hoc modo variantia, ea omnia tibi subiiciam. ac primùm collocabo verba in ζω, quæ sumunt Characteristicam à γω, & non à δω: sed solùm recensebo simplicia, vel composita quorum simplicia non sunt in vsu. nam composita seruant normam simplicium. Sunt itaque hæc:

Æolismus, σσω pro ζω. μσ.

ANNOTATIO SYLBVRGII.

In sexta. In quarta, σσω à γω, ζω à δω.

Dorismus, ξ pro σ.

Æolismus, ζω pro σσω.

ἀϊάζω, *eiulo.*
ἀλκαλάζω, *inbilo.*
ἀλαπάζω, *populor*: vnde cõpositum ἐξαλαπάζω, &

Finita in ζω à desinentibus in

Universidad de Deusto
Biblioteca

γω Characteristicam mutatia.

metathesi apud Hesych.
ἐξαπυλάζω, depopulor.
ἀτύζω, reddo attonitum, consterno.
ἀπηύζω, idem, Hesych.
ῥύζω, grunnio, mutio.
ἐχθυαλίζω, prædeo.
ἐλελίζω, torqueo, quatio.
θρυλλίζω, contero.
† κωκάζω, claudico, Hesych.
κραύζω, clamo.
οἰμώζω, eiulo.
ὀλολύζω, vlulo.
ῥίζω, facio, sacrifico.
στύζω, stillo.
στελάζω, idem.
στενάζω, suspiro.
στηρίζω, firmo, stabilio.
στύζω, pungo.
συφελίζω, quatio.
σφύζω, salto, palpito.

Hæc finita in ασω, *sequuntur tertiam, & sumunt Characteristicam à verbis in* δω:

λούσω, *video*: de huius tamen futuro dubitat Eustathius. pag. 64. an scilicet præter λούσω reperiatur etiam λούξω nam ab hoc deriuata videntur λευκὸς *nitidus, candidus*, & proprium Λεῦκτρον: à λούσω autem ἄλουτος Hesychio ἀόρατος, ἀθεώρητος: at ἄλουστος pro ἀλίθωστος, *non lapidatus*, est à puro themate λοῦω *lapido*, teste Eustathio.

Annotatio.

ασω à δω.

ἐρέσσω, *remigo*.
ἱμάσσω, *loris verbero*.
ἰνάσσω, *do fortitudinem*.
λίσσω, *supplico, placo*.
πάσσω, *spargo*.
πλάσσω, *fingo*.

Annotatio.

ἰνάσσω agnoscunt Lascaris quoque, Vrbanus, & Caninius, sed sine expositione. est hinc aorist. 1. infinit. ἰνάσσαι apud Hesychium, (σ poëticè geminato pro ἰνάσαι) quod exponit *perfundere, oblinere, deijcere*: & indic. med. ἰνάσσατο, *perfudit, purgauit*. vt ἰνάσσω idem esse videatur quod ἰνάω, *purgo*, item *perfundo, oblino*. Apud eundem Lascarim, Vrbanum & Caninium, est etiam λάσσω λάσω, & similiter apud Herodianum: sed sine interpretamento. His adde πίσσω. nam inde apud Hesych. est πίσσαι pro ὀπτήσω ἄρτον, *coquam* (vel assabo) *panem*: eodemque teste Arcades dicunt πίσσιτται pro ὀπτήσει, *assabit, coquet*. Adde etiam βράσσω, *feruео, bullio*: νάσσω, *complano, premo*: πίλλσω, *pinso siue piso, tundo*: horum enim futura sunt βράσω, νάσω, πίλσω.

Similiter ἀνύτω *perficio*, & δρύπτω *haurio*: quæ tamen etiam simplici τ scribuntur, imò & purè sine τ desinunt in ύω.

Hæc finita in ζω *sequuntur indifferenter secundam vel tertiam, & sumunt Characteristicas vel à verbis in* γω, *vel in* δω:

ζω à γω vel δω.

ἁρπάζω, *rapio*.
ἀπάζω, *aspernor, ignominia vel detrimento afficio*.
βαστάζω, *porto*.

δαΐ

δαΐζω, *diuido, discerpo*.
νυστάζω, *nuto, dormito*.
παίζω, *ludo*, communiter ξω, Atticè σω.
σαλπίζω, *tuba cano*.
τρίζω, *strideo*.
τρύζω, *susurro, murmuro*.
φαΐζω, *dico, aio*.

Sic & ἀφύξω & ἀφύσω reperitur in vna eademque significatione, nimirum hauriendi: sed illud ab ἀφύσσω, hoc potiùs ab ἀφύω. Itemque ἀλύξω & ἀλύσω pro *Anxium nec mentis compotem esse*: sed hoc ab ἀλύω, illud ab ἀλύζω, & ἀλύσκω. at ἀλύξω *fugere*, ab ἀλύσκω: ἐμπάσασθαι *inspergere*, ab ἐμπάσσω, quũ ἐμπάζεσθαι sit *curare, reuereri*.

ξω & σω à diuersis thematibus.

Sunt etiam quorum vnum futurum est, in ξω, at duplex præsens: vt σφάξω, *iugulabo, mactabo*, & à σφάσσω & à σφάζω: φοινίξω, *rubefaciam*, & à φοινίσσω & à φοινίζω: μίξω, *miscebo, subigam*, & à μίσσω & à μίζω. at τμήξω, *secabo*, & à τμήσσω, & à τμήγω.

ξω à diuersis thematibus.

Porrò φέρσω siue φερῶ, id est, *horreo*, in futuro sequitur secundam; in præterito verò tertiam. nam futurum est φέρξω, perfectum πέφρικα, propter præcedentem aspiratam. Quando hîc dico, Aliquod verbum sumere Characteristicam aut tempora à γω, vel à δω, hoc non debet intelligi de Characteristica præsentium vel imperfectorum, (vbi semper seruant proprias Characteristicas, ζ & σσ siue ττ) sed aliorum temporum. 7 Sic in terminatione ττω per duplex ττ, vnicum λ censetur figuratiua: alterum verò vbique abiicitur, extra præsens & imperfectum.

φέρσω vel φερῶ, μ. ξω, π. κα.

Notio.

7

E ττω alterum λ abiectum.

Verbi actiui, modi indicatiui,

præs. { S. τύπτω, [1] τύπτεις, τύπτει, *verbo, as, at*: / D. τύπτετον, τύπτετον, *verberatis, ant, duo*: / P. [2] τύπτομεν, τύπτετε, [3] τύπτουσι, *amus, atis, ant*. } 2.3

1 *Paradeigma actiui Barytoni.*

Præsens.

Numeri tres, vt in nominibus. Personæ totidem: τύπτω, *verbero*; τύπτεις, *verberas*; τύπτει, *verberat*. 4 Prima pluralis in μεν excludit primam dualem. 5 Secunda & tertia dualis similes, quando tertia pluralis exit in ι, aut αι: [6] alioqui dissimiles.

Annotatio.

4

5

6

[1] Dorice Τύπτες, τύπτη, remoto ι ex diphthongo ει, vt diximus 119, 42. Æolicè verò τύπτης, τύπτη, posito η pro diphthongo ει, 120, 24. [2] Doricè τύπτομες. Dores enim (vt diximus 119, 23.) semper in prima plurali μεν, ν finale in ς mutant: quod bis admonuisse sufficiat. [3] Doricè τύπτοντι. nam tertia pluralis præsentis & futurorum

1 Doricè ε pro ει. Æol. η pro ει.

2 Do. μες pro μεν.

3 Dor. ντι pro νσι:

ἐν ἐντι pro ἔσι.

indicatiui vocis actiuæ, apud Dores est similis datiuo singulari participij masculini eiusdem temporis: τυψοιῶν, τυποιῶν, pro τύψασι, τυπᾶσι. Nec verò te moueat, quòd dixerim τυψοιῶν, cùm datiuus singularis participij sit τύψοντι: communiter quidem verum est, sed Doricè dicitur τυψοῦντι, vt in futuro secundo τυποῦντι. Dores enim in omnibus coniugationibus futurum primum circumflectunt, ac variant omnino vt fut. secund. τυψῶ, ψῆς, ψῆ: ἐίτον, εἶτον: ὦμες, &c. vt τυπῶ, ᾶις, &c. 4 Hoc accidit in tota voce actiua, in aoristis passiuis, in perfecto & pluſquamperfecto vocis mediæ. Si autem volueris primam dualem in his locis signanter exprimere; accipe νὼ pronomen primæ personæ dualis numeri, id est *nos duo*, & adiunge primæ personæ plurali eiusdem modi & temporis, vt νὼ τύπτομεν, *nos duo verberamus*: & sic in aliis. 5 Hoc fit in præsenti, futuris, & perfecto indicatiuorum, & in omnibus temporibus subiunctiuorum. nam ibi tertia plural. desinit in σι, quum prima pluralis exit in μες: & aliàs in τη, quum scilicet prima pluralis finitur in μεθα. 6 Nam secunda semper desinit in ον, & tertia in ω, nisi in imperatiuis, vbi tertia exit in ων per ω μέγα.

Futurũ primũ Doricè terminationibus secundo simile.

Prima plur. vbi desinat in μες.

Circumlocutio primæ dualis, νὼ τύπτομεν.

Secunda & tertia dualis vbi similes.

Quãdo dissimiles, secunda in ον, tertia in ω.

1

Imperfectum. Impf. { ἔτυπτον, ἔτυπτες, [1] ἔτυπτε, *verberabã, bas, bat:* ἐτύπτετον, ἐτυπτέτην, *batis, bant, duo:* ἐτύπτομεν, ἐτύπτετε, ἔτυπτον, *mus, tis, bant.*

Annotatio. 2

[2] Datiuis pluralibus, aut personis in ι desinentibus additur ν, sequente vocali: τοῖς λέουσιν ἐκείνοις, *leonibus illis*: τύπτουσιν αὐτὸν, *verberãt ipsum*. sic personis in ε: ἔτυπτεν ἐκεῖνος, *verberabat ille.*

Tertia singularis imperfecti Ionica σκε sine augmento. 1

IONES In hoc tempore, & in vtroq; aoristo vocis actiuæ omnium verborum, formant tertiam personam singularis à secunda, remoto augmento, & addita syllaba σκε: vt ab ἔτυπτες secunda, fiet τύπτεσκε tertia Ionica. † In verbis autem circumflexis, & in μι, vocalis siue diphthongus præcedens σ corripitur, auferendo subiunctiuam ex diphthõgo, & longam vocalem in suam breuem mutando; vt ἐποίεις, *faciebas*, ποίεσκε, *faciebat*: ἐτίθης, *ponebas*, τίθεσκε *ponebat*: & sic de aliis. Poëtæ verò & Æoles eodem prorsus modo faciunt totum singulare, desinens in σκον, σκες, σκε: atque primam pluralem in σκομεν (quæ tamen in rarissimo est vsu) ac tertiam eiusdem numeri in σκον, similem primæ singulari, sicuti fieri solet cõmuniter in hoc imperfecto: similiter passiuum in

Annotatio.

αι	ε
α	ω
ε	ο
η	ε
ῳ	α
ω	ο

Poëticè σκον, σκες, σκε, in singulari, & in tertia plurali σκον.

in σκόμεν, σκε, σκεν, & in tertia plurali σκονν: vt τύπτεσκον, τυπτεσκες, τύπτεσκε, *verberabam, verberabas, verberabat*: & in tertia plurali τύπτεσκον, *verberabant*. in passiuo τυπτεσκόμεν, τυπτεσκε, τυπτεσκεν, *verberabar, verberabaris, verberabatur*: tertia pluralis τυπτεσκοντο, *verberabantur*.

[2] De hac re vide plura in Annotationibus in verba, circa initium: vnde multa quoque alia sunt petenda, quæ huc congerere noluimus, quòd ibi commodiùs tractari posse videbantur.

[1] DE AVGMENTO. 1

VERBVM à consonante inceptum, assumit ε in principio imperfecti; quod est augmẽtum siue incrementum syllabicum; crescente videlicet numero syllabarum; τύπτω, ἔτυπτον.

Augmentum syllabicum.

Temporale augmentum est eorum quæ incipiuntur à vocali aut diphthongo mutabili, quoties vocalis [2] anceps aut breuis, quæ vnum habet tempus, mutatur in longam, quæ duo continet tempora. Vocalium ac diphthongorum quædam mutabiles, quòd mutentur in præteritis: [3] quædam immutabiles. 3

Augmentum temporale. 2

Annotatio de diphthongis & vocalibus.

Vocales
- Mutabiles: α, ε, ο → in: η ἀνύω, ἤνυον, *perficio, bam.*; η ἐλαύθω, ἤλαυθον, *venio, bam.*; ω ὀπάζω, ὤπαζον, *præbeo, bam.*
- Immutabiles: η ἠχέω, ἤχεον, *sono, sonabam.*; ι ἰξάω, ἴξαον, *viſco aues capto, bam.*; υ ὑβρίζω, ὕβριζον, *contumelia afficio.*; ω ὤθω, ὦθον, *impello, impellebam.*

Diphthongi
- Mutabiles: αι, αυ, οι → in: η αἴρω, ἦρον, *tollo, tollebam.*; ηυ αὐξάνω, ἤυξανον, *augeo, ebã.*; ω οἰκίζω, ᾤκιζον, *condo, bam.*
- Immutabiles: ει εἰκάζω, εἴκαζον, *assimilo, assimilabam.*; ὀ ὀθύνω, ὤθυνον, *dirigo, dirigebam.*; υ ὑβάζω, ὕβαζον, *cõminus vulnero, bam.*

Præpo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Augmẽta verborum compositorum.

Præpositiones in compositis præfixæ vocalibus, quomodo se habeant.

Præpositiones in compositis præfixæ vocalibus, [4] propriam vocalem vltimam abiiciunt tam in præsenti & futuro, quàm in præterito:

[5] περακούω, *perperam audio*, ex [5] περὶ & ἀκούω, *audio*: παρέμενον, *manebam apud*, à περὶ & imperfecto ἔμενον, *manebam*, à μένω *maneo*.

Exceptio.

5.6 Excipe [5] περὶ & [6] προ: περιέχω, *contineo*: προάγω, *produco vel procedo, præcedo*, ab ἔχω, *habeo, teneo*, & ἄγω, *ago, duco, ago me, seu eo*. Quòd si verbum incipiatur ab aspirata vocali, præpositio mutabit suam [7] tenuem in aspiratam: καθάπτομαι, *attingo*: ἀφαιροῦμαι, *auferor, vel aufero*, ex ἀπτομαι, *tango*, αἱροῦμαι, *capio*, & [5] κατά, [5] ἀπό.

περὶ.

προ.

Mutæ tenues in aspiratas.

7

1 [1] Dictvm Est 159, 14. in quibus temporibus sit augmento locus. Hîc tamen notandum, poëtas & Ionas interdum augmentum omnino respuere: & rursus poëtas nonnunquam perfecti augmentum (quod fit per reduplicationem siue repetitionem primæ consonæ thematis, vt in τέτυφα) reliquis cuiusuis modi temporibus, maximè verò aoristis secundis, tribuere: atque plusquàmperfecti incrementum imperfecto cõcedere. Porro in ᾄδω, *cano*, quod fit per contractionem ex ἀείδω, diphthongus impropria ᾳ mutatur in η, ᾐδον, sed Doricè

1 [1] IMPERFECTVM ἔβαλλον, ες, ε: sine augmento βάλλε, *iaciebat*: est & βάλλε præsens imperatiui: βάλλ' ἐς κύρακας, *mitte te ad coruos*, id est, *abi in malam rem*. imperf. pass. ἐβαλλόμεν: tertia plur. ἐβάλλοντο, sine augmento βάλλοντο, *mittebant*: imperat. βάλλευ, & Ionicè βάλλεο, *immitte*, 193, 31. Verbi βάλλω futurum regulare est βαλῶ, εῖς, εῖ, 157, 23. & 161, 31. vnde in secunda plur. βαλεῖτε; *iacietis, iactabitis*. Poëtæ pro βαλῶ dicũt† βαλλήσω, *iaciam*: vnde aor. prim. ἐβάλλησε, & sine augmento βάλλησε, *proiecit*, quasi à βαλλέω. Aorist. sec. ἔβαλον, ες, ε: sine augmẽto βάλον, βάλες, βάλε, *ieci, isti, it*: hinc imperat. βάλε, *iace*. (est & indignationis aduerbium: vel cum ἀχέτλιαστιχῶ, ἀβάλε, *vtinam*) infin. βαλεῖν, & Ionicè βαλέειν, *iecisse*, 183, 13. part. βαλών, *quũ iecit, iaculatus*. Aorist. sec. med. ἐβαλόμεν, ἐβάλε, ἐβάλετο: imperat. βαλέ, & Doricè (119, 10.) βαλεῦ: cum ἀνά, ἀναβάλλω, & poëticè (173, 14. & 23.) † ἀμβάλλω, *prælude*, ab ἀμβάλλω pro ἀναβάλλω. vnde in subiunctiuo pass. ἀμβαλλώμεθα, *differamus*. subiunctiuus βάλωμι, βάλῃ βάλῃ), *iaciam, as, at*: infin. βαλέσθαι. [2] Perfect. pass. βέβλημαι, βέβλησαι, βέβληται: vnde tertia plur. Ionica & poëtica (190, 16. & 34.) βεβλήαται pro βέβληνται: infinitiuus βεβλῆσθαι, *passim & vulgò iacêre*: part. βεβλημένος, *iactus*. pluſquamperfect. ἐβεβλήμεν: tertia persona ἐβέβληντο: cũ augmento imperfecti ἔβλητο, & deposito omni augmẽto βλῆτο, *ictus erat*, 301, 5. tertia plur. Ionica βεβλήατο (190, 16. & 34.) *ictî fuerant*, & addito per pleonasmum ο, βεβολήατο & βεβολίατο. sic in part. βεβολημένος pro βεβλημένος, *ictus*. quamquam hęc à βολέω deduci possunt. A perfecto βέβλημαι, ησαι, ηται, aor. prim. ἐβλήθην: subiunctiuus βληθῶ, *iaciar*: infin. βληθῆναι, *ictum esse*: part. βληθείς, *ictus*: syncope βλεὶς, *percussus*. potest tamen etiam censeri aor. sec. à βλῆμι (vt θείς, 225, 9.) vnde & passiuum βλῆμαι penultima longa, è quo part. βλήμενος (233, 23.) 3 & opt. βλείμεν, βλεῖο, βλεῖτο, *percuterer, ereris, tur*. [3] Vnde 4 & futur. βλήσω, *mittam, percutiam*. [4] De hoc 346, 34.

[1] Βιόω, *viuo*: Fut. [2] βιώσομαι: tertia præteriti pass. βεβίωται, *victum est, vita peracta est*, tanquã impersonale: & participium, τὰ βεβιωμένα, *quæ in vita peracta sunt*. Aor. sec. [3] ἔβιων: Imperat. [3] βίωθι, βιώτω: Opt. βιοίην, [4] vt δοίην: (vnde [5] βιώην, vt δώην) Infinit. [3] βιῶναι: Particip. [3] βιοὺς, βιοῦσα, à βίωμι.

[1] PASSIVVM Βιόομαι: vnde in tertia βιόεται, & crasi βιᾶται, *viuit*. [2] Per syncopen βώσομαι: secunda plur. βώσεσθε, *viuetis*. aliàs βώσομαι contractum est ex βοήσομαι, 208, 26. [βώσεσθε *pro* βιώσεσθε *affert Etymologus ex Apollonio*, πῶς τῆμος βώσεσθε δυσάμμορες, quomodo tũc viuetis infortunati: *Videndum tamen ne potius sit ex* βόσκω. *significans pascetis; seu pascemini*.] Est & aliud verbi βιόω futurũ poëticum, nempe βείομαι pro βείσομαι, à βέω, reiecto σ: nã apud Poëtas haud raro verba Sextæ cõiugationis abiiciunt σ in futur. primo, vt δέω, δήσω, *inueniam, es*: δήομεν, *inueniemus*; pro δήσω, δήσεις, δήσομεν: vnde & aorist. prim. ἔδησα, *inueni*, à δέω *inuenio*. κλείω, *laudabo*, pro κλείσω, à κλέω, *laudo*. κέω & poëtica ectasi κείω, *cubabo*: particip. κέων & κείων, *cubiturus, dormiturus*; pro κέσων, κέσουν, à κέω: hinc κατακείετε, *cubitum ibitis*: & κακκείοντες, *dormituri*: de quo 173, 34. χόω, *fundam*, pro χόσω, à χέω, 304, 17. A βιόω, μ. ώσω, π. βεβίωκα, fit participium βεβιωκὼς, *qui vixit*. [3] Εβίων vt ἔδων & ἔγνων: βίωθι vt γνῶθι: βιῶναι vt γνῶναι, 235, 8. βιὺς vt δὺς, 229, 3. [4] Vide 228, 26. [5] Hoc fit more Attico, Æolico ac Dorico, veluti dictum est in Optatiuo verborum circumflexorum, 219, 43. Nam interdum verba tertiæ coniugationis in μι, illum circumflexorum optatiuum imitantur, ſdque tam in prẽsenti quàm in aoristo secundo. dicunt enim in præsenti διδώω, διδώης, διδώη, &c. & in aoristo secundo δώω, δώης, &c. quidam, non subscribunt, Dorũ more, qui illud vbiq; ferè negligunt, 119, 42.

ἰήομαι. ἔδησα. κλείω. κέω. κείω. κέων. κείων. κακκείετε. χόω. ἐβίων. βιώσω. βιῶναι. βιοὺς. βιοῦν. βιοῦτον. διδώω. Notio. Dorismus.

Γαμέω, *duco vxorem*: Futurum, γαμήσω, [1] Aoristus primus, ἐγημα, à γάμω. Præsens, γαμισκέω, *nupturio*. nam quædam in ίσκω appetentiã actus significant, [2] ac partim fiunt à futuro; [3] πολεμήσω, *bellum geram*; πολεμισκέω, *bellaturio*: [4] ὄψω, *cernam*; ὀψίσκω, *cernere cupio*: [5] βρώσω, *edam*; βρωσκέω, *esurio*: partim à præsenti; [6] κρατῶ, κρατέω, *teneo, vinco*: [7] κιχῶ, κιχάνω, *commodo*: τελῶ, τελέω, *perficio*, & alia consimili ratione.

Γίνομαι & γίγνομαι, *fio, sum*. Futurũ γενήσομαι: Præteritum, [8] γεγένημαι: Aoristus primus medius, ἐγενησάμην: secũdus, [9] ἐγενόμην, à γενέομαι [10]. Præteritum medium, [11] γέγονα, à γείνω. Aorist. prim. medius, [12] ἐγενάμην: Futurum primum

γ γαμέω à γάμω. In ίσκω facta à præsenti & futuro, appetentiam actus significant. γίνομαι & γίγνομαι, à γείνομαι & γένομαι.

γδυνάω.

med. γδῦμαι, à γείνομαι. Dicitur etiam γδυνάω per geminum νν, vnde aorist.primus, ἐγδύνησα: medius, ἐγδυνησάμην: tertia persona, ἐγδυνήσατο; Syncope ἐγδύνατ: pro qua, † γδύναθ, more Ionũ, qui augmenta respuunt. vt etiam γείναθ, pro ἐγείναθ, ab ἐγεινάμην.

Ionismus. γδύναθ. γείναθ.

γινώσκω à γνόω.

[13] Γινώσκω, cognosco: Futurum, γνώσομαι: Præteritum, [14] ἔγνωκα, à γνόω. Aorist.secund. [15] ἔγνων: Imperatiuus, γνῶθι: Infinitiuus, γνῶναι: Participium, γνοὺς, à γνῶμι. [16] sic ἀναγινώσκω, legõ: ἀνέγνωκα, ἀνέγνων, &c.

ἔγημα. ἐγάμησα.

[1] VIDE 177,1. & 351,22. & 352,3. Ab ἔγημα, ἔγημας, ἔγημε, infin. γῆμαι, duxisse vxorem: & part. γήμας, qui duxit vxorem. Pro ἔγημα dicitur etiam ἐγάμησα: & part. γαμήσας, à fut. γαμέω: vnde & perfect. γεγάμηκα: pluſquamperfect. ἐγεγαμήκειν, ἔς, ἔ: infin. γεγαμηκέναι: part. γεγαμηκώς: perf. pass. γεγάμημαι, ησαι, ηται: part. ἡ γεγαμημένη, nupta: aor. pr. ἐγαμήθην: vnde part. fœm. ἡ γαμηθεῖσα, nupta, vxor: in † præsenti γαμεομένη per crasim ex γαμειομένη, nõna nupta. [2] Quæ à futuro ducuntur, † vltra præsens non coniugantur, præter ὀψείω, quòd habet imperfectũ ὤψιον: quæ vero à præsenti deriuantur, ea etiam imperfectum habent: sed aliis temporibus destituuntur, vt dictum est 331,10. A futuro autem facta, magis appetentiam actus significant, quàm quæ à præsenti. nam hæc ferè semper eandem significationem habẽt quam primitiua, ac pro illis sæpenumero à poëtis vsurpantur: immo passim verba primæ cõiugationis Circumflexorum in ἐω, poëtæ efferunt per εἰω, vt ἱμείω pro ἱμέω, interrogo: vnde ἰμείομθα pro ἱμέομθα, interrogamus. Porrò quę in εἰω desinunt, tum demum solent appetentiam actus significare, quum ante ϛ futuri characteristicam habẽt, σ, ψ vel ξ: vt ὁρυσείω facere cupio, ὀψείω videre cupio, ἀπαλαλξείω liberari cupio. Quæ vero è præsenti fiunt, habent poëticam duntaxat τῆς ι epenthesin, metri causa factam, ideoque habent etiam eandem cum communibus significationẽ, eademque tempora, excepto præsenti & imperfecto. Hom. Od.ι, ἐγχείῃ δεπείρατ', in fundat poculis: Il.α, Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή, Iouis perficiebatur voluntas. sic οἰνοβαρείω, ὑψείω, μείω, κρείω, nihil aliud significant quam οἰνοβαρέω, ὑψόω, μέω, κρέω. At κείοντες, & compoſit. κατακείοντες, nonnulli volunt esse desideratiua, dum

ὤψιον.

Annotatio.

εἰω pro ἐω.

ANNOTATIONIS *præcedẽtis emendatio.*

exponunt κοιμηθῆναι ἔχοντες, *cubare cupientes*: alij vero futuri esse temporis asserũt, extrito σ. si prior sententia placeat, κείοντες per syncopen factum videri potest ex κατακείοντες. [3] Futur. à πολεμίω, *bellum gero*. [4] Futur. ab ὄπλω, *video, cerno*. [5] Futur. à βεώσκω, *comedo*: de quo suprà in βρόσκω, 346,38. [6] Κερτῶ, κιχρῶ, τελῶ, sunt primæ coniugationis circumflexorum. [7] κιχρείω pro κιχρῶ non reperi. si reperiatur, è contracto κιχρῶ factum est primũ Ionica dialysi κιχρέω, atq; inde poëtica epenthesi κιχρείω 357,21. vt etiã χρείων infrà in tract. Antelign. Sed fortasse scribere voluit κιχείω, quũ apud Etymologum in κιχάνω legisset, γίνε) καὶ κιχῶ κιχείω, ὡς βρώσω βρωσείω. extat autẽ istud κιχείω Il.α, μή σε γέρων παρὰ νηυσὶ κιχείω: subiunctiuo modo, tempore præsenti, factum itidem ex κιχῶ, vt βείω & θείω ex βῶ & θῶ, Ionica primum dialysi, deinde poëtica epenthesi. [8] Cum ἐκγεγόνημι: part. γεγονηκὼς, *qui fuit, qui factus est*. at infinitiuus γεγονηναι, *genitum esse*. per geminum νν, à γδυνάω. [9] Tertia persona ἐγδύνατ, syncope ἐγδύν, & sine augmẽto γδύν, *fuit*: item *cepit*: sumitur enim Doricè pro εἵλετο siue ἕλαβε. Pro ἐγδυόμην, reiecto augmento dicitur γδυόμην, & ectasi poëtica † γδνόμην, *natus sum*. [*Verum* γδνόμην *non tam aor. 2. est, quam prat. imperf. à* γείνομαι, *quod Etymologus agnoscit pluribus in locis, & Theocr. vsurpat. Idyll.* ιϛ, ὄνκε φιλασεῖ Γδνόμον πατρῶϊα, quem amauerit cumprimum nascitur. *nec non Callim. hymno in Delũ*, Γείνεο γείνεο κοῦρε, καὶ ἤπιος ἔξιθι κόλπου, nascere nascere puer, & propitius exi è sinu. *Actiuũ quoque* γείνω *agnoscit idem Etymol. exponens* γδνῶ, genero, gigno.] Optatiuus, γδυοίμην, γδύοιο, γδύοιτο: tertia plur. γδύοιντο, & Ionicè (190,30.) γδυοίατο. Dicunt quoque Iones & poëtæ γεγδυοίμην pro γδυοίμην: prima plur. γεγδυοίμεθα, 172,19. Subiunctiuus, γδύωμαι, γδύηται: infin. γδύεσθ: part. γενόμενος, *qui fuit*. [10] Pro γδύσομαι reposui γδύομαι. nam ex γείνω, quod Etymologus agnoscit, fut. med. est γδῦσομαι: è cuius Ionica dialysi nouum oritur thema γδύομαι: sicut ex ἔρω, ἐρῶ, ἐρέω: ex χαίρω, χαιρῶ, χαιρέω. idem in aliis accidit permultis, facta interdum syncope: vt βάλλω βαλῶ, καμνω καμῶ, δέμω δεμῶ, τέμνω τεμῶ, faciunt sua tempora ex syncopatis & resolutis βλέω, κμεω, δμέω, τμέω vel τμήω. sic etiam fut. μυῶ (vt testatur Etymologus in βυθός) μετάγε) εἰς εὐρεῖαν. γδύναθ autem, quod 360,4. ex ἐγδυνήσατο factum tradit, malunt alij factum ex γείναθ, Æolicè postpositiua diphthongi sublata, & sequenti consonante duplicata: vt κτείνω, iidem Æolenses pro κτείνω dicunt, &

γδυνάω.

Ionismus. γδύναθ. γείναθ.

γεγδυοίμεθα.

ANNOTATIO.

ANNOTATIO.

φθέρειν pro φθείρειν, χέρρων pro χείρων. vide infrà in verbo ωίνδω. Atque ita non erit opus verbo γηνάω ad supplendos defectus verbi γίνομαι. [11] A γέγονα, ας, ε, *natus sum, es, est*, plusquamperfect. ἐγεγόνη, ης, η: tertia plur. Atticè ἐγεγόνεσαν pro ἐγεγόνεσαν, 300,13. infinit. γεγονέναι: part. γεγονὼς, ότος, *natus, genitus, qui fuit.* in duali γεγονότε, *qui fuerunt.* [12] Sine augmento γεγένημαι: particip. γεγαμμένος: ἡ γεγαμμένη, *mater, quæ peperit*: οἱ γεγαμμένοι, *parentes.*

ἐγεγόνεσαν. 12

γιγνώσκω. 13

[13] Recentiores addunt γ, γιγνώσκω, vt in γέγονα γίγνομαι. deducunt enim à γνόω, γνώσκω, & cum reduplicatione γιγνώσκω, vt à βρόω, βρώσκω, βιβρώσκω, 348,22. Sunt qui formant à νοίω, *cogito, intelligo*: cuius futurum νοήσω & crasi νόσω: (vnde & in aoristo primo infin. νῶσαι pro νοῆσαι: in particip. cum ἐν, ἐννώσας, pro ἐννοήσας, *qui secum reputauit*: & in aoristo medio ἐνωσάμην pro ἐνοησάμην, *cogitaui*: tertia persona ἐνόσατο sine augmento pro ἐνόησατο, *intellexit*) igitur à futuro νόσω cum prosthesi τὸ γ (vt Latinè *natus, gnatus*) fit γνόσκω, & facta reduplicatione γιγνόσκω. Infin. γινόσκειν, & Doricè γινῶσκειν, 183,13.

νώσω, νῶσαι. ἐννώσας. ἐνωσάμην. νόσατο.

γιγνῶσκειν. 14

[14] Participium ἐγνωκὼς, ότος, *qui cognouit*: perfect. pass. ἔγνωσμαι, 219,44. vnde particip. ἐγνωσμένος. aorist. prim. ἐγνώσθην: infi. γνωσθῆναι, *cognosci, innotescere, illustrem esse*: particip. γνωσθεὶς, *cognitus*: futur. prim. γνωσθήσομαι, *innotescam.* [15] Sine augmento γνῶν, γνῶς, γνῶ, *noui, isti, it*: tertia plur. ἔγνωσαν: quæ etiam referri potest ad aorist. prim. ἔγνωσα: vnde & part. γνώσας, *qui cognouit.* [16] Ab ἀνέγνωκα. pass. ἀνέγνωσμαι, σαι, σται: part. ἀνεγνωσμένος, *lectus*, item *persuasus*: aorist. prim. ἀνεγνώσθην, ης, η, & particip. ἀναγνωσθείς. aorist. prim. actiuus ἀνέγνωσα, ας, ε, *persuasi, isti, it.* Ab ἀνέγνων, infin. ἀναγνῶναι. Sic à καταγινώσκω, *cognosco, arguo*: futur. med. καταγνώσομαι: in prima plural. καταγνωσόμεθα. aorist. prim. actiuus κατέγνωσα, *damnaui*: perfect. κατέγνωκα, κατέγνωκας, *cognoui, sensi, isti*: particip. κατεγνωκὼς, ότος: perfect. pass. κατέγνωσμαι, σαι, σται: aorist. prim. κατεγνώσθην: subiunctiuus καταγνωσθῶ, ῆς, ῆ: prima plur. καταγνωσθῶμεν, *damnemur.* Aorist. sec. actiuus κατέγνων: imperat. κατάγνωθι, καταγνώτω, *improba, improbet*: Opt. καταγνοίην, infin. καταγνῶναι, & part. καταγνοὺς, ότος.

ἀναγινώσκω. καταγινώσκω.

Δ

δάκνω à δήκω. 1 Δάκνω, *mordeo*: Futurum [1] δήξω: Aoristus secundus [2] ἔδακον, à [3] δήκω. 2, 3

δείκνυω & δείκνυμι à δείκω. 4, 5 Δείκνυω & [4] δείκνυμι, *ostendo*: Fut. [5] δείξω: Aorist. 6, 7 ἔδειξα, à [6] δείκω. sic [7] ἀποδείκνυμι *demonstro*: [8] ὑποδείκνυμι, 8, 9 δείκνυμι, *monstro, demonstro*: [9] ὑποδείκνυμι, *submonstro, suggero, submoneo.*

4

δέω, *ligo*: Futurũ, δέσω & [10] δήσω: Præteritum passiuum, [11] δέδεμαι: Aoristus primus, ἐδέθην. 10, 11 δέω.

Δέομαι, *rogo, indigeo*. Futurum, [12] δεήσομαι: Præt. δεδέημαι: Aoristus primus, [13] ἐδεήθην, à δέομαι. 12, 13 δέομαι à δέεομαι.

[14] Δεῖ, *oportet*: Infinitiuus, δεῖν, vtrunq; à δέω. Fut. [15] δεήσει: Aor. pri. [16] ἐδέησε, à δέω. Sunt autẽ impersonalia vocis actiuæ, tertiæ personæ. 14, 15, 16 δεῖ, δεῖν, à δέω. δεήσει, ἐδέησε, à δέω.

[1] Hinc Perfect. δέδηχα, *momordi*: pass. δέδηγμαι, ξαι, κται, vnde aor. pri. ἐδήχθην, *punctus sum*: part. δηχθεὶς, *remorsus, ægrè ferens.* [2] Sine augmento δάκον, δάκες, δάκε, *eroſi, isti, it*: infinit. δακεῖν: part. δακών. [3] Deriuatur enim δάκνω à δήκω, inserto ν & correpta penultima mutatione η in α. [4] A δείκνυμι, δείκνυς, tertia persona δείκνυσι, & apocope δείκνυ, *monstrat, ostendit*: part. δεικνὺς, *monstrans.* 1, 2, 3, 4 δάκνω à δήκω. δείκνυ.

[5] Hinc aorist. prim. ἔδειξα: infinit. δεῖξαι, *ostendisse*: perfect. δέδειχα, *ostendi*: pass. δέδειγμαι: pluſquamperfect. ἐδεδείγμην, ἐδέδειξο, ἐδέδεικτο, & ſublato vtroque augmento δείκτο: cum ἐν, ἔνδεικτο pro ἐνεδέδεικτο, *ostensus erat.* [6] Fit enim δεικνύω à δείκω: atque vt in genere dicam, verba Quartæ coniugationis in μι, fiunt vel à verbis in γω, κω, χω, ſecundæ Barytonorum, † & in ρω quintæ, mutando ω in νυμι: vel à verbis ſextæ in ίω & ώω, verſo ω in νυμι: vel à diſyllabis in ύω, migrante ω in μι: vt ab ἄγω, ἄγνυμι: (de hoc & ſimilibus, 333, 28.) à δείκω, δείκνυμι: ab ἄχω, ἄχνυμι, paſſiuum ἄχνυμαι, *mœreo, triſtor*: ab ὄρω, ὄρνυμι, *incito, concito*: vnde cum ἀπὸ, ἀπόρνυμι, *concito alicunde*: ab αἴρω, ἄρνυμαι, *capio*: vbi è diphthõgo ωι detracta eſt ſubiunctiua. ab ἀμφιέννυμι: ζώω, ζώννυμι: (de his & ſimilibus, 338,36. & 339,1,2,3.) à δύω, δῦμι, *ſubeo*: κλύω, κλῦμι, *audio*: φύω, φῦμι, *naſcor*: vnde infi. φυῆναι, *natum eſſe*, penultima breui. [7] Fut. ἀποδείξω: infi. ἀποδείξειν, *oſtenſurũ eſſe*: Part. ἀποδείξων, *repræſentaturus.* aor. pri. ἀπέδειξα, ἀπέδειξας, ἀπέδειξε, *expoſui, deſignaui, iſti, it*: tertia plur. ἀπέδειξαν, *repræſentarunt.* Perf. ἀποδέδειχα: paſſ. ἀποδέδειγμαι, ξαι, κται: particip. ἀποδεδειγμένος, *deſignatus, certus*: aoriſt. prim. ἀπεδείχθην: vnde part. ἀποδειχθεὶς, *manifeſtus*: & fut. prim. indicatiui ἀποδειχθήσομαι, è quo infin. ἀποδειχθήσεσθαι, *creatum vel deſignatum iri.* [8] Fut. ἐπιδείξω, ἐπιδείξεις, *oſtendam, es*: aoriſt. prim. ἐπέδειξα: vnde imperat. ἐπίδειξον, *commonſtra*: infin. ἐπιδεῖξαι: ἐπιδεῖξαι βοηθέαν, *opem afferre*: at ἐπίδειξαι, *oſtende*, eſt imperatiuus aoriſti primi medij. [9] Fut. ὑποδείξω: aor. prim. ὑπέδειξα, ὑπέδειξας, ὑπέ-

10 δέω.

12 δέομαι à δέεομαι.

14 δεῖ, δεῖν, à δέω.

15 δεήσει, ἐδέησε, à δέω.

20 ἐνδείκτο.

25

30

35

40 8 ἐπιδείκνυμι.

9 ὑποδείκνυμι.

δέω.

δεδέσομαι.

δέκτην.

δεδέμλω.

δέονθ.

δεύομαι.

δεήσειν.
ἔδη.
δέῃ.

ANNOTATIO.

δήσω.

δείδω à δεδίπομαι & δειδίπομαι.

δέδια.
δέδια, Ionicè.
δέδιθι.

δείδιθι.

ὑπέδειξε, *subindicatiui, iſti, it*: part. ὑποδείξας, *qui probauit*. [10] Hinc aoriſt. prim. ἔδησα, ἔδησας, ἔδησεν, *obſtrinxi, iſti, it*: tertia plur. ἔδησαν: infin. δῆσαι: particip. δήσας, αντος, *vinciens*. fut. med. δήσομαι, *ligabo*: at δεδήσομαι eſt potiùs paulopoſtfuturum, *vinciar*. nam δέω fut. act. non modò δέσω facit, ſed etiam δήσω: item, ἁ perfecto paſſ. δέδημαι eſt verbale comp. ἀμάδημα. [11] Tertia plùr. δέδενται, Ionicè (190,15.) δεδέαται, & detracto augmento δέαται, *ligati ſunt*: infin. δεδέαχθ, *vinctum eſſe*: part. δεδεμθ-, *ligatus*: pluſquamperf. ἐδεδέμλω, & abiecto ε, δεδέμλω, *ligatus eram*. vide 300,16. & 301,2. Imperfect. paſſ. ἐδέμλω: tertia plur. ἐδέονθ, & ſine augmento δέονθ, *ligabantur*, vel *ligabant*. [12] Actiuum δέησω: vnde part. δέησων, δέησουσα, neutrum τὸ δέησον, *quod opus erit*. aor. prim. ἐδέησα, *abfui*: part. δεήσας, *qui abfuit*. Pro δέομαι poëtæ dicunt δεύομαι. vnde infin. δεύεσθ, pro δέεσθ δεῖσθαι: & part. δευόμεν- pro δεόμεν-. fut. med. capit à δεύομαι, vt δέομαι à δέεομαι: nam facit δεύσομαι, δεύσῃ, & Ion. (186, 23.) δεύσῃσθ, *carebo, is*. [13] Infin. δεῦσθαι, *rogaſſe*: part. δευσάμενος, *qui petiit*. [14] Imperf. ἐδεῦτ, *oportebat*: item *ligabat*, à δέω. ſubiunct. δεῦ, & craſi δῆ, *oporteat, neceſſe ſit*. [*Sed contractum* δῆ *nec apud Lexicographos extat, nec cum regula quadrat*, 212,25. *ac cum vulg. lex. ex Ariſtoph. Pluto afferant*, κἂν δῆ μ' ἀποδανεῖν, *ſciendum eſt, in Florentina & Baſilienſi editione non* δῆ *legi, ſed* δεῖ: *quod verius eſſe iudico. nam vt Optatiuo* δέοι, *non* δοῖ, *ſic Coniunctiuo* δέῃ *potius quam* δῇ. *Non minus ſuſpectum eſt fut.* δήσω, *quod ſequente verſu contractum vult ex* δέσω, *oportebit: quum id potius ſignificet* ligabit, *deriuatum à perſonali them.* δέω vincio, *à quo aor. infin.* δῆσαι ligare *apud Plutarch. & participium* δήσας qui ligauit.] [15] Fut. δεήσω, *neceſſe futurum*. Pro δεήσει dicitur etiam δήσει, *oportebit*, à δέω. [16] Optat. Æolicus & Attic. δεήσειε, *opus eſſet, neceſſe fuerit*: infin. δεῆσαι, *oportuiſſe*: particip. δεήσας, δεήσασα, & neutrum τὸ δεῆσαν, *par, operæpretium*; cùm oportuerit, imperſonaliter.

[1] Δείδω, *timeo*. [1] Præt. δέδια: medium, δέδοικα, *timeo*, pro δέδοιδα, euphoniæ gratia: at Ionicè [2] δέδια, tollendo conſonantē, & corripiēdo penultimā. Imperat. δέδιθι, *time*. nam à δεδίτομαι, *territo ſiue territor, attonitus ſum*, Fut. δεδίξομαι: Aor. 2. paſſ. ἐδεδίσμλω: Imperat. δεδίηθι, ſyncope δέδιθι: pro quo etiam δείδιθι, à δείδιτομαι, *timeo*.

crebrò

crebrò enim additur ſubiũctiua, vt fiat diphthongus: vt contrà altera è diphthongo nonnunquã tollitur; εἷμα, ατος, *veſtis*: ἱμάτιον, *pallium*.

Annotatio.

Syncope verò in multis locũ habet: ἀνώγηθι, ἄνωχθι, *iube*, ab [3] ἀνώγημι, *iubeo*; [4] & migrat γ in χ propter θ ſequẽs, vt [5] νύχθ' ὅλλω, pro νύκτα ὅλλω, ſic [6] κεκράηθι, κέκραχθι, *clama*, à κεκράγομαι, *clamo*: [7] ὠνησάμην, ὠνάμην, *emolumentũ accepi, adiutus ſum*. nam aor. pr. med. facilè admittit hanc figuram per omnes modos & participia, [7] ὀνησάμην, ὀνάμην, *adiutus fuerim*: [8] ἀρησάμην, ἀράμην, *inueni*: ἀράμεν-, *inueniens, vel qui inuẽnit*. [9] ἐωριασάμην, ἐωριάμην, *emi, vel emebã*: ſecũda perſona, ἐωρίαθ, Ionicè ἐπρίαο, & craſi ἐπρίω: & imperat. ὦρίω, *eme*, vt ἵσω pro ἵσαθ, *ſtabas vel ſta*. [10] γδνιήατο, †γδνάθ, Ionicũ pro ἐγδνάθ, *natus eſt*. & Optatiui plurales in ημεν, [11] φαίημεν, φαῖμεν, dixerimus; φαῖεν, *dixerint*: (de quib. pag. 308, 31.) [12] vt δοίημεν, δοῖμεν, *dederimus*; δοῖεν, *dederint*. & tertia pluralis in aoriſtis paſſiuis, [13] ἠγέρθησαν, ἤγερθεν, cõgregati ſunt: vel, *excitati ſunt*: [14] ἐκοσμήθησαν, ἐκόσμηθεν, *ornati ſunt*. iã illa, [15] δεδέμηκα, δεδμηκα, *ædificaui*: [16] τελέμηκα, τέτμηκα, *ſcidi*: [17] κεκάμηκα, κέκμηκα, *laboraui*: & cõſimilia: præter hæc, [18] ἤδμεν, ἦμεν, *iueramus*: ἐπεξῆμεν, *eruperamus*: προσῆμεν, *acceſſeramus*: ἦτε, ἦτε, *iueratis*: ἐξῆτε, *exieratis*: ἦαμεν, ἦμεν, *iuimus*: ἀπῆμεν, *abiimus*: [19] ἀνήκαμεν, ἀνῆμεν, *remiſimꝰ*: etiã iſta, [20] ἤδμεν, ἦσμεν, *videramus, noueramus*: ἤδτε, ἦτε, *videratis*: ἤδσαν, ἦσαν, *viderãt*, eliſo δ, [21] & mutato δ in σ: vt cõtra ἴδμεν, pro [22] ἴσμεν, *ſcimus*: [23] ἔστην, ἔσαν, *ſteterũt*: ἔσταν, p ε, ab ἐστάκεσαν, *ſteterãt*: at ἔσταν, per ε, pro ἔστησαν, *ſteterũt*: vt [24] ἀνάβαθι, pro ἀνάβηθι, *aſcẽde*: α pro η: [25] ἐστήκατε, ἔστατε, *permãſiſtis*: ἀφέστατε, *diſceſſiſtis*: [26] ἐλεύομεν, ἐλῶμεν, *lauabam*ꝰ: [27] ἐοικαμεν, ἔοικμεν, *videmur*: [28] δεδοίκαμεν, δέδοικμεν, *timemꝰ*. [29] ſed de ſyncope ſatis multa ſunt enumerata.

Syncope.
ἄνωχθι.
γ in χ.
κέκραχθι.
Aor. prim. med. facilè ſyncopen admittit.
ὀνάμην.
ὐράμην.
ἐπριάμην.
πρίω.
ἵστω.
γδνάθ.
ἐῆμεν pro εἰημεν:
οἶμεν pro οἰημεν:
φαῖμεν, φαῖεν.
δοῖμεν, δοῖεν.
ἤγερθεν.
ἐκόσμηθεν.
δέδεμηκα.
τέτμηκα.
κέκμηκα. ἦμεν.
ἐπεξῆμεν.
προσῆμεν.
ἦτε, ἐξῆτε.
ἦμεν, ἀπῆμεν.
ἀνῆμεν. ἦσμεν.
ἦτε, ἦσαν.
ἴδμεν.
ἔστασαν ſpiritu aſpero.
ἔστασαν ſpiritu tenui.
α pro η Doricè & Atticè.
ἔστατε: ἀφέστατε, ἐλᾶμεν. ἔοικμεν. δέδοικμεν.

ἐδδύσαι, αις, ε. δέϊσαι. δεδεῖσαι.

δέδιμεν, δέδιτε.

δείδια.

δείδικα. δείδιμεν.

ἐδείδιμεν.

δέδῐμεν.

γ in χ: ἐνώγηθι, ἄναχθι.

κ in χ: νύκτα ὄλλω, νύχθ' ὄλλω.

κεκράγηδι.

φθάρδι.

ὀνησαίμελω.

ὄναδαι.

ANNOTATIO.

1 [1] ΕΤ Futurum δείσω: vnde aoristus primus ἔδδυσα, & poëticè geminato δ (297,13.) ἐδδύσαι, ἐδδύσας, ἐδδύσεν: & reiecto augmento δέϊσαι, *veritus sum*: cum Ionica reduplicatione (172,17.) δεδέϊκα: vnde infin. δεδεισαι pro δεῖσαι, *timuisse*. Ab ἐδύσαι particip. δείσας, *timens*. [2] In 2
plurali δέδιμεν, δέδιτε, & syncope δέδιμεν, δέδιτε, *veremur, veremini*. pluſquamperfect. ἐδεδίειν, ἐδεδίεις, ἐδεδίει, *timebam, as, at*: tertia plur. ἐδεδίεισαν, & producta ſecunda ſyllaba, ac facta ſyncope, ἐδείδισαν, *timuerant*, vel *timebant*. nam imperfecti etiam ſignificationem habet, & perfectum præſentis. Pro δέδια poëtæ dicunt δείδια, ad ε aduocato ι, vt diphthongo producatur, 150,37. vt δείδιθι pro δέδιθι, cuius hîc CLENARDVS meminit. ſic δείδοικα pro δέδοικα, *timui*: atque δείδιμεν pro δέδιμεν, *timuimus*: quod ex δέδαμεν fieri modò diximus. ſic in prima plurali pluſquamperfecti ἐδείδιμεν pro ἐδεδίειμεν, *timebamus*: vbi itidem facta eſt ſyncope: infin. δειδιέναι, Ionicè δείδιμεν, (182,10.) & ſyncope δέδῐμεν, pro δεδιέναι, *timere*: particip.
3 δείδιος, ὄτος, pro δεδιὼς, *metuens*. [3] Ἀνώγειμι eſt primæ coniugationis verborum in μι, ab ἀνωγάω ῶ: vnde & imperfect. ἠνώγεον, ἠνώγεω, & ſine augmento ἀνώγεον, ἀνώγεις, ἀνώγει, *iubebam, as, at*: aoriſt. ſec. ἀνώγον, ſine augmẽto ἄνωγον, *iuſſi*: præteritũ med. ἄνωγα, *mandaui*. at aoriſtus primus actiuus eſt ἄνωξα, *iuſſi*, à Barytono ἀνώγω, ἀνώγεις, ἀνώγει, quod Atticè factũ eſt à circumflexo ἀνωγάω ῶ, 350, 26. Cæterùm ab ἀνώγειμι imperatiuus regularis eſſet ἀνώγεδι, vt πίθελι, 235,13. ſed Æolicè ſeruatur longa vocalis thematis ἀνώγειμι, 236, 30. 4 Nam media tantùm mediam, non autem aſpiratam poteſt præcedere: vt diximus 5, 8. atque ideo aduentante δ aſpirato, γ mutatum fuit in propriam aſpiratam χ. 5 Hîc κ muta tenuis, mutata fuit in propriam aſpiratam χ, aduenientepropter apoſtrophum aſpirata δ, 8,11.& 25. Nam muta tenuis non præcedit mutam, niſi alteram tenuem vel
6 propriam aſpiratam, 5, 7. [6] Eſt ſecundæ perſonæ ſingularis aoriſti ſecundi imperat. paſſ. vt τύπηδι, 193,19. ſic φθάρδι, *pereas*, pro φθάρηδι, eiuſdem temporis, à φθείρω, 7 *corrumpo*: aor. ſec. ἔφθαρον, 178,12. [7] Vt ἐτυψάμεν, 197,35. à themate ὀνάω ſeu ὄνημι, *iuuo, vtilitatem affero*: futur. med. ὀνήσομαι, ὀνήσῃ, & Ionicè (186,23.) ὀνήσεαι, *iuuaberis*. perfectum paſſ. ὄνημαι, pluſquamperfect. ὀνήμην ſunt qui dicant ὀνήμελω idem eſſe quod ὀνάμελω. ὀνησαίμελω eſt Optat. modi, vt τυψαίμεν, 200,20. infin. ὀνήσαδαι, & ſyncope ὄναδαι, *frui*. [ὄναδαι *præſentis potius quam aoriſti temporis eſſe cenſeo, à them.* ὄναμαι, *quod etiam* ὀνίναμαι *dici*

dicitur, reduplicatione in medio facta. ideoque primitiuum horum ὀνάω *ſtatuere malui quàm* ὀνέω. *à poſteriori eſt* ὀνίναδαι *apud Heſychium: à priori vero,* ὄναδαι *apud Syneſium, epiſt. 21.* ἐδεήθησαν ὄναδαί τι τῶν ἐμῶν γραμμάτων, petierunt iuuari nonnihil meis literis. *Diſertè hoc ipſum confirmat Etymologus in* ἀπόναδαι, *his verbis: ab* ὀνᾶ *(inquit) fit verbum in* μι, ὄνημι: *paſſiuum præſens* ὄναμαι, *vnde infinitiuum cum præpoſ.* ἀπὸ, ἀπόναδαι. *Idemque tradit de paſſ. imperf.* ὤνασθε ἐν ἀπώνασθε.] particip. ὀνησάμενος, & ὀνάμενος, *qui fructum percepit*. [8] Vt ἐτυψάμεν, 192, 35. & 8
εὑρεάμενος pro εὑρησάμενος, vt τυψάμενος, 201,17. ab εὑρέσκω, quaſi ab εὑρέω, vt poſtea dicetur in verbo εὑρέσκω. Pro εὑρέμεν, ω, αττο, Attici dicunt ηὑρέμεν, ἥυρον, ηὑρέθη, *inueni, iſti, it*, 286,35. Æolica dialecto lenem obtinuit ſpiritum, 118,38. [9] Malim ἐπειάμεν abſque vlla 9
ſyncope, eſſe imperfectum ſecundæ coniugationis verborum in μι, à πείαμαι: quod in ſolo præſenti & imperfecto vſitatum eſſe quidam aſſerunt, reliqua verò tempora ab ὠνέομαι mutuari. Hoc ipſum videtur ipſe CLENARDVS affirmare ſequentibus verbis, *Secunda perſona* ἐπείασο, &c. Nam hæc omnia conueniunt imperfecto paſſ. verborum in μι: quod ipſe comprobat dum ait, *Vt* ἴστω *pro* ἴσασο, quæ eſt ſecunda perſona imperfecti indicatiui vel imperatiui, vt habes 237,43. & 238,12. [10] Vide 10
in verbo γνοίειμι, 360,3. [11] A φημὶ, 328,32. cuius præſens 11
& aoriſtus ſecundus optatiui eſt φαίην, φαίης, φαίη, vt ἰσαίην & σαίην, 227, 2. ab σαίνω, plurale σαίημεν, σαίητε, σαίησαν, ſyncope σαῖμεν, σαῖτε, σαῖεν. Quia φημὶ caret reduplicatione, præſens à ſecundo aoriſto non differt in optatiuo, neque etiam in ſubiunctiuo, φῶ, φῇς, φῇ. [12] A 12
δίδωμι, 228,26. Sic in prima coniugatione verborum in μι, à κίχημι, *inuenio*: opt. κιχείην, in plurali κιχείημεν, κιχείητε, κιχείησαν: vnde κιχεῖμεν, κιχεῖτε, κιχεῖεν, *inueniremus, etis, ent*. & à ζῆμι ſecundæ, ζαῖεν, *vixiſſent*, pro ζαίησαν, vt à φημὶ, φαῖεν. [13] Ab ἀγείρω, *cõgrego*: vel ab ἐγείρω, *excito*: 13
fut. ἀγερῶ & ἐγερῶ, vt πτερῶ, 157,34. ab vtroque perfectum ἤγερκα: paſſ. ἤγερμαι, ρσαι, ρται: aoriſt. prim. ἠγέρθην: vnde ἠγέρθησαν, &c. ἠγέρθην remoto augmento ab ἐγείρω quidem ἐγέρθην, *ſum excitatus vel experrectus*: ab ἀγείρω verò, ἀγέρθην, ης, η, *congregatus ſum, es, eſt*: tertia pluralis ἄγερθεν pro ἠγέρθεν vel ἠγέρθησαν: hinc particip. ἀγερθεὶς, *collectus*. & futur. prim. ἀγερθήσομαι, *congregabor*. Huius aoriſtus ſec. act. ἄγρεσον, vt ἄφελον, 178,14. & ſine augmẽto ἄγρεσαν, *congregaui*: med. ἀγρέσμην: tertia pluralis ἀγρέσθην, *congregati ſunt*. Hoc loco aduertenda CLENARDI breui

ὀνάμενος.

εὑρησάμενος.

εὑρέσκω.

ἐπειάμενος.

πείαμαι ab ὠνέομαι.

ἐκλυνήσασθε.

φαίημεν.

σαῖμεν.

δοίημεν.

κιχεῖμεν.

ζαῖεν.

ἠγέρθησαν.

ἄγερθεν.

ἀγέσθην.

Universidad de Deusto
Biblioteca

breuiloquentia. nam ἤερθεν pro ἠέρθησαν, non ab ipso ἠέρθησαν, sed à prima plurali ἠέρθημεν per syncopen deducere voluit; veluti φᾶεν à φάημεν, non à tertia φάησαν. Atque hanc fuisse illius mentem, ipse contextus & locus ab eo citatus satis indicant. In aoristis pass. huiusmodi tertiam plural. à prima sing. formari diximus Bœotiè & Æol. mutando ω in ε. sed nihil refert Bœotisnúmne an syncopen agnoscas, modò tertiam personam in εν pro ησαν positam intelligas: quæ sanè apud poëtas sæpenumero est obuia: vnde illa, ἄερθεν, & reiecto augmento ἄειρθεν, pro ἠέρθησαν, *sublati sunt*, vel *euecti sunt*, ab ἀείρω, *attollo, eueho*: cuius aorist. prim. pass. ἠέρθην, & sine augmento ἀέρθω: vnde & subiunct. ἀερθῶ, *euectus fuero*: & part. ἀερθείς, ἐντος, *eleuatus*. αὐδεθεν, *veriti sunt*, pro ἠδέθησαν, depositio augmento, ab αἰδέομαι, *reuereor*, de quo 216,27. ἔκταθεν, *occisi sunt*, à κτείνω, *occido*, μ. κτνῶ: π. ἔκτακα & poëticè ἔκταγκα, 176,11. vnde perf. pass. ἐκτάμμαι, ἔκτασαι, ἔκταται: aor. pri. ἐκτάθην, &c. ἔκφανεν, *apparuerunt, visi sunt*, pro ἐξεφάνησαν, sublato augmento: est aoristi secundi pass. ab ἐκφαίνομαι, *eluceo*. tamen à simplici φαίνομαι, *conspicuus sum, appareo*, Pindarus dixit in eodem aoristo secundo pass. ἔφανεν, *apparuerunt*, pro ἔφανεν, vel ἐφάνησαν, à prima sing. ἐφάνην, *emersi, apparui*. ἔλιφθεν, *relicti sunt*, pro ἐλείφθησαν, detracto ε ex diphthongo ει, à λείπω, *relinquo*. ἐμιύνθεν, *indicati sunt*, pro ἐμεμύνθησαν, à μιύνω. ἔσταθεν pro ἐστάθησαν, *steterunt*, ab ἵστημι, 227,21. [14] Deposito augmento κατεμήνησαν, κόσμηθεν, à κοσμέω, *orno*, μ. ήσω. [15] A δέμω, *ædifico*, 175,17. Significat δεδμηκα etiam *domui & subiugauit*: sed tum ducitur à δμάω, *domo*: fut. δμήσω: perfect. δέδμηκα: pass. δέδμημαι, *domitus sum*: vel *extructus sum*, à δέμω: pluſquamperfect. ἐδεδμήμην, ἐδέδμησο, ἐδέδμητο, & detracto augmento δέδμητο, *extructus erat*, à δέμω, vel *domitus erat*, à δμάω: tertia plur. Ionica (190,15. & 33.) δεδμήατο, *domiti erant*, à δμάω. aoriſt. primus ἐδμήθην: imperat. δμήθητι, δμηθήτω, *domare, dometur*: part. δμηθείς, ἡ δμηθεῖσα, *subacta, compressa*. [16] A τέμνω, 157,27. [17] A κάμνω, *laboro, fabrico, operor*: fut. καμῶ, medium κάμοῦμαι, [17] κέκμηκα, 198,15. perfect. κεκάμηκα, 175,15. syncope κέκμηκα, Doricè (118,40.) κέκμακα: vnde & part. κεκμακώς pro κεκμηκώς, *defessus*: Ionicè κέκμηα: vnde part. κεκμηώς, τῶ κεκμηῶτος, τῷ κεκμηῶτι, *lasso, defesso*: penultima per ῶ circumflexum, vt ὑποπεπτηώς, ῶτος, 237,18. idque per poëticam epenthesim: nam regulariter dicendum esset κεκμηότος, ὁτι: vt à κεκτηώς (237,13.) dicitur κεκτηότος: vnde κεκτηότε, *iratum*: & in duali κεκτηότε, *irati*. A κάμνω (vt hoc obiter dicatur) aoriſt. sec. ἐκαμόν, ες, ε, 178,13. sine augmẽto, κάμον, κάμες, κάμε, & Homericè κάμομι, *feci*. subiunct. κάμω, κάμῃς, κάμῃ, & Ion. (228,33.) κάμησι: cum poëtica reduplicatione (172,16.) κεκάμω, ης, η, *laborauerim, is, it*: infin. καμεῖν, *laborasse, defecisse*: part. καμών, όντος, *mortuus*: καμόντες, *mortui*. aor. sec. med. ἐκαμόμην: tertia plur. ἐκάμοντο, *striuerunt*. [18] Pluſquamperfect. ab εἶμι, 317,39. sic ἐπεξῆμεν ab ἐπέξειμι, *erumpo, irruo*: quod componitur è præpositionibus ἐπί, ἐξ, & verbo εἶμι: sic à ἄγω & ἐξ, διέξειμι, *enarro*: vnde etiã in pluſquamperfecto διεξῆγμεν, & syncope διεξῆμεν, *enarrabamus*. eodem modo ἐπεσσύμην, quod ponitur in contextu, à ἐπέσσυμαι, *accedo*: atque ἐξῆτε ab ἔξειμι, *exeo*. ἤαμεν verò est perfecti med. ab eodẽ εἶμι, 317, 40. sic ἀπήμεν ab ἄπειμι, *abeo, proficiscor*. [19] Est aoristi primi ab ἀνίημι, *remitto*, quod componitur ex ἀνά, *re*, & ἵημι, *mitto*: cuius aor. pri. ἧκα, 302,8. & 319,28. [20] Pluſquamperfect. Atticũ ab οἶδα, vt suo loco dicetur. [21] In ἤειμεν & ἦτε, ε mutatum fuit in ο, sed in ἦσαν syncopatur. [22] Pro ἵσταμεν, ab ἵστημι, 326,32. [23] Vide 226,33. & 224,24. hinc cum ἀνά, ἀνίστασαν, *surrexerunt*. Sic à †κτῆμι, τὸ κέκτημαι, *possideo*, aor. sec. ἔκτην: tertia plur. ἔκτησαν syncope ἔκτᾶν, & rursus deposito augmento per aphæresim κτᾶν, *possederunt*. [*Sylburgius tamen mauult, sic: à κτῆμι τὸ κέκτημαι, occido: & v. præcedẽte κτᾶν, occiderunt: & v. 32. κτάμεν, occidamus. ita enim Etymol. in κτείνω, ἐκ τοῦ κτῶ τὸ φονεύω καὶ ἀναιρῶ, γίνεται κτῆμι. eodemque modo Hesych. ἔκτᾶν exp. ἔκτειναν, occiderunt, interemerũt.*] sic ἔβαν & βᾶν, de quibus 357, 4. Ab ἔκτην, cuius hîc meminimus, subiunctiuus κτῶ, & Ionicè (236,36.) κτέωμι: vnde prima plur. κτεώμεν, *possideamus*. ἐσσύθησαν autem spiritu aspero, est pluſquamperfectum act. ab ἵστημι, 226, 31. ἔστασαν verò siue ἔστησαν, spiritu tenui, est aoristi sec. Augmentum quippe ε consonantibus præpositum, semper leuigatur, nisi in perfecto & pluſquamperfecto verbi ἵστημι. [24] De hoc vide in βαίνω, 356,40. [25] Perfect. med. ab ἵστημι, 234,27. vel actiuum ab ἵστημι, 286,29. sic ἀφίστατε pro ἀφεστήκατε, ab ἀφίστημι, *amoueo*. [26] Imperfectum à λάω, *lauo*. videtur tamen fieri à λοέω verbo poëtico: imperfect. ἐλόεον ἐλόων, & Doricè (220,8.) ἐλόων, *lauabam*: prima plur. ἐλοέομεν ἐλοῶμεν, & rursus οᾶ in ω contractis ἐλῶμεν. eodem modo in præsenti pass. λοέομαι λοῶμαι, & rursus altera facta contractione λᾶμαι, *lauor*. infinitiuus verò est λᾶσθαι pro λάεσθαι per syncopen. [λᾶν *cum imperf.* ἐλῶμεν, *& pass.* λᾶμαι *cum infinit.* λᾶσθαι, *Atticorum sunt, non*

ἄειρθεν. αὐδεθεν. ἔκταθεν. ἔκφανεν. ἔφανεν. ἔλιφθεν. ἐμιύνθεν. ἔσταθεν. κατεμήνησαν. δεδέμηκα. δεδέμηκα à δμάω & δέμω. δεδμῆθαι. δεδμήατο. τετμήκαμεν. κεκάμηκα. κεκμακώς. κεκμηῶτι.

ANNOTATIO.

κεκτηότε. κεκτηότε. κάμες: κάμεμεν. κάμησι. κεκάμω. ἤειμεν. ἐπεξῆμεν. διεξῆμεν. ἀπεσσύμην. ἐξῆτε. ἤαμεν. ἀπῆμεν. ἀνῆκαμεν. ἤδειμεν. ἦσαν. ἴσμεν. ἔστασαν. ἔκτην: κτᾶν.

ANNOTATIO.

κτεώμεν. ἐσσύθησαν. *Augmenti ε spiritus.* ἀνάβαθι. ἔστηκατε. ἐλόεμεν. ἐλόων. λᾶσθαι. λᾶμαι.

Universidad de Deusto
Biblioteca

per crasin sed per syncopen facta ex λάϝω, ἐλάομεν, λάομεν, λάεαι: vel, si contractionem omnino velimus, ex λάεω, ἐλάομεν, λάομεν, λάοσαι, quorum thema λάω poëticum est, ab Homero vsurpatum Od. κ, Εἰς ὅ' ἀσαίμινθον ἔσειαι, λᾶε δὲ πρίποδος μεγάλοιο: dixit enim ibi λάε sine augmẽto pro ἔλοι, 5 lauabat. Mutuatur autem hoc sua tempora à λοίω, per dialysin nato è fut. 2. λοέω. inde enim Od. τ, λοίσαιμι πρὸς αὖ τε, lauare & vngere. Si quis vero λάε velit aoristum esse verbi λάω, λοίσαιμι per dialysin ex λᾶσαι factum censebimus, vt in λοισάμεν(ος) pramonstrat Erymologus.] Ab 10 hoc eodem poëtico λοίω, sit participium aoristi primi 27 medij λοισάμεν(ος), geminato σ, id est, *lotus*. 27 Præteritum medium Atticum habens significationẽ præsentis, ἐοίκαμεν. δεδοίκαμεν. *Præteritũ med. pro præsenti.* 28 ab εἴκω. Vide 298,13. & 299,30. 28 Vide in δείδω, 364,37. Hoc quoque vt ἔοικα habet significationem præsentis, 15 quamuis voce sit præteriti temporis: quod & multis aliis præteritis mediis accidit. Hic notandum, in ἐοίκαμεν & δεδοίκαμεν poni γ pro κ propter μ sequens, nam μ non *γ pro κ ante μ. De syncope appendix.* 29 facilè ponitur post κ. 29 Potes tamen & his adiicere sequentia: ἀγνήκαμεν, *ignorauimus*, pro ἠγνοήκαμεν. *quod* 20 *Hesychius Æolicum esse tradit.* vbi non solùm facta est syncope, sed & augmentum quoque reiectum est; & ν finale Doricè (119, 24.) mutatum est in ς. ducitur ab ἀγνοέω: futurum ἀγνοήσω: perfect. ἠγνόηκα: prima pluralis ἀγνήκαμεν. ἠγνοήκαμεν, pro qua ἀγνήκαμεν. ἀγερόμεν(ος). ἀθρόμεν(ος), *congregatus*, 25 *collectus*, pro ἀγηγερμέν(ος): participium præsens pass. ab ἀγείρω, *congrego*. ἀδηκότες. ἀοδηκότες. ἀδηκότες, & poëticè geminato δδ, ἀοδδηκότες, *labore confecti*, pro ἀηδηκότες: atque ἀηδηκότες pro ἠηδηκότες, reiecto augmento, est participium perfectum actiuum ab ἀηδέω, μ. ήσω, *fastidio, ægrè fero*. ἀκάχμεν(ος). ἀκαχήμεν(ος). 30 *anxius*, † acuta antepenultima, pro ἀκαχήμεν(ος), partic. præsens passiuum ab ἀκήχεμαι, *tristor*: de hoc ζῆτ. ἀκαχμένος verò penacutè, est *acutus*, per syncopen quoque pro ἀκαχημένος, participium perfecti passiui sine augmento, ab ἀκαχέω, *acuo*. ἄλμεν(ος). ἐπάλμεν(ος). ἀνεπάλμεν(ος). ἄλτο. pro ἄλλομαι, *salio*: compositum 35 cum ἐπί, ἐπάλμενος, *insiliens*, pro ἐφαλόμενος, Ionicè positio π pro φ, 118,30. rursus cum ἀνὰ, ἀνεπάλμεν(ος), *exiliẽs*. Ab ἄλλομαι aorist. secund. med. ἠλόμεν, ἅλτο, ἅλτο, & syncope, ac Æolico more (120,33.) aspero in tenuem, & η in α verso, ἄλτο, vt etiam nonnunquam ἄλμεν(ος). Quibusdam magis placet vt ἄλτο sit pluſquamperfectum passiuum, ab eodem ἄλλομαι: cuius perfectum ἧλμαι: pluſquamperfect. ἥλμην, ἧλτο, ἧλτο, & Doricè mutato η in α longum, & Æolicè mutato spiritu, ἄλτο, ἄλ-

ἄλτο, *salieram, as, at*. hinc cum ἐπί, ἔπαλτο, *insiliebat*: & rursus cum ἀνὰ, ἀνέπαλτο, *exiliebat*. [*Licet* ἔπαλτο & ἀνέπαλτο & *ad aliud etiam thema referre, πάλλομαι scilicet. nam* ἔπαλτο *huius verbi vel imperfectum est,* 5 *per syncopen ex* ἐπάλεσο *factum, vt* ἐπάλτο *ex* ἐπάλετο: *vel pluſquamperfectum, habens imperfecti duntaxat augmentum, vt* ἐδέκτο, ἔλεκτο, ἔχυτο: *quæ etiam sine omni augmento poëtis sunt,* δέκτο, λέκτο, χύτο, πάλτο, 301,6. *Similem ambiguitatẽ habet integrũ* ἀνεπάλεσο *apud Nonnum, Ioan. 11.* 10 *de Martha,* ἀνὰ δοῦ οἱ ἀνεπάλεσο πυρωῇ: *nam & palpitabat interpretari possumus (vt habet eiulgata versio) & exiliebat: quæ posterior expositio videtur esse verior, cum pro Nonni verbis apud Ioan. sit,* ἐγείρεται ταχὺ, excitatur (*seu* exsurgit) celeriter. *Apud Homerum quoque Il. θ,* ἀλγήσας 15 δ' ἀνεπάλτο, *de equo: & Il. υ,* ὡς εἰπὼν, ὡς ἀνεπάλτο, *de Achille, vel cum Eustathio interpretari possumus* ἀνεπήδησε, resiliit: *vel* succussus retroagebatur, *vt Hesychius* ἀνεπάλεσο *exponit* ἀνεκινήθη. *Apollonius certè Argon. 4, vers. 874.* ἐξ οὔνης ἀναπάλμεν(ος), *per syncopen dixit pro* 20 ἀναπαλόμενος, *ab* ἀναπάλλομαι. [*Sed obseruandum est, cum ex* ἄλλομαι *deducitur istud imperfectum, compositionem esse ex* ἀνὰ, ἐπὶ, & ἄλλομαι, *Ionicè retenta tenui ante aspiratam, vt* ἐπίκετο *pro* ἐφίκετο: *è πάλλω vero derivatum, duas tantum compositionis habet partes,* ἀνὰ & 25 πάλλω *in qua compositione* ἀνὰ *vel* sursum *est, vel* retro.] Similiter cum ἐς, ἐσσέλτο, pro ἐσήλατο *insiliit*, vel ἐσῆλθ *insilierat*. αὔων pro ἀύων, *expediens*: participium præsens verbi ἀύω. ἀπηλίτλω, *minati sunt illi duo*, pro ἠπειλησάτλω, detracto quoq; augmento, ab ἠπείλησα, ας, ται, aoristo 30 primo verbi ἀπειλέω, *minor*, μ. ήσω. sic σεῦτο, *firmabat*, *dicebat*, pro ἐσεύετο: & præsens σεύτω, *firmat, asseuerat*, pro σεύεται, à σεύομαι. ἀπερεόμεν(ος), *ablatus, priuatus*, pro ἀπερεσάμεν(ος): participium aor. primi medij ab ἀπερείζω pro ἀφορίζω, quod est *extermino, alieno*: vbi π pro 35 φ Ionicè positum est, 118,30. & ad ο aduocatum est ν, vt fieret ς, vt νόστος pro νόσος, *morbus*, 126,14. sic participium actiuum eiusdem temporis ἀπέρεις pro ἀπερείσας, *auferens, præripiens, priuans*. ἄρμεν(ος) pro ἁρόμεν(ος), *congruus*: participium præsens passiuum ab ἄρω, *apto, congruo*. 40 ἄρχμεν(ος), *subditus*, pro ἀρχόμεν(ος), ab ἄρχομαι, *sub imperio sum*: item *incipio*: vnde ἄρχμεν(ος) pro ὁ ἀρχόμεν(ος), *incipiens*, facta contractione ο & α in ω: at ἄρχμεν(ος), mutatione τὸ α in ω, vt ἄριστος pro ἄρεστος, *optimus*: ἑωυτὸν pro ἐαυτὸν, *seipsum*: quod Ionum est proprium. βαίνω, εο: perf. βέβηκα, à βῆμι siue βάω, 356,39. Ion. βέβαα, 236,12.

ἔπαλτο.
ἀνέπαλτο.
ANNOTATIO.
ἐσσέλτο.
ἄνων.
ἀπηλίτλω.
σεῦτο.
ἀπερεόμεν(ος).
ἄπερος.
ἄρμεν(ος).
ἄρχμεν(ος).
ἄρχμεν(ος).
ἄριστος.

Universidad de Deusto
Biblioteca

βείομεν.

βεῖομεν.

δεγμενῶ.

πολιδέγμενῶ.

ἔρρετο.

ἐρρόμην.

ἐρρόμενῶ.

ἐπίρρετο.

ἐρρηγόρθην.

ANNOTATIO de varia ἐρρήγορθαι formatione.

ἴκτλω.

ANNOTATIO.

ἔικτο.

ἔωλε.

πέλε, πέλεσκεν, ἐώλει, ἐώλεο, ἔωλον.

ἔωλεῖο, ὤλετο.

ἔδοντες, ηορ.

prima pluralis βεβάμεν, syncope βέβαμεν, iuimus: antepenultimam acuit. perfectum infinitiui βεβαέναι, Atticè & Doricè βεβαέμεναι, Ionicè βεβάμεν, 182,6. & syncope βεβάμεν, iuisse, acuta penultima. δέγμενῶ pro δεχόμενος, accipiens, à δέχομαι, accipio: vbi χ migrat in γ propter μ sequens. nam μ non facilè sequitur mutam χ. è δέγμενῶ cum præpositione Dorica ποτὶ pro πρὸς (249,35.) πολιδέγμενῶ pro προσδεχόμενῶ, expectans. ἐρρετο, excitabatur: est imperfectum passiuum sine augmento ab ἐγείρομαι, quod & per syncopen ἐρρόμην, excitor: vnde & participium ἐρρόμενῶ pro ἐγειρόμενῶ, excitatus. ab ἐρρέθω, cum ἐπί, ἐπίρρεθω, expergefiebat. ἐρρηγορθαι, suscitatū esse, pro ἐρρηγορέναι, pleonasmo τοῦ θ: est perfectum infinitiui medij; cuius indic. ἐρρήγορα, 286,6 & 213,34. ab act. ἐρρηγορέω, vigilo. [ἐρρήγορθαι quidam recentiores formant ex medio perfecto ἐρρηγόρεμαι, facta syncope, & epenthesi τοῦ θ: quidam ex passiuo ἐρρηγορῶχ, solam in eo syncopen statuentes. Eustathius etiam tertiam formationem affert: ex Attico prat. medio ἐρρήγορα fieri nouū thema ἐρρηγορῶ, perf. act. ἐρρήγορκα, pass. ἐρρήγορμαι, è quo infin. ἐρρηγορθαι communiter, Æolicè ἐρρήγορθαι: infinitiuos enim qui ante finalem γαι habeant ορ, Æolicos esse, Æolicóque more προπαροξυνόμενος, vt ἔφθορθαι, μίμορθαι, τέτορθαι. legitur autem infin. isthe Il. κ, Φθέγξεο δ' ἦκυν ἰηθα, & ἐρρήγορθαι ἄνωχθι, loquere autem quacunque obieris, & vigilare iube. Sed reperitur etiam imperf. ἐρρήγορθε pro ἐρρήγορτε, extrito σ, & τ in θ verso, vt vult Eustathius: vel regulari forma ex ἐρρήγορω, tempore quidem eodem, sed forma passiua. reperitur autē Il. ν ὄφρα, Καὶ φυλακὸς μενέοντε, καὶ ἐρρήγορθε ἕκαστοι, custodiæ memores estote, & vigilare singuli.] Ab εἰκω, id est, assimilor, similis sum: imperfectum ἤικτην: tertia persona dualis εἰκτην, & soluta diphthongo ἴκτην, similes erant. [Quod tamen vult Eustath. esse plusquamperfectum. vt scilicet ex εἴκω perfect. med. sit εἴκαμαι, plusquamperf. εἴκτην: tertia dualis εἰκτήτην, syncope εἰκτην, & dialysi ἴκτην.] Sic ἴκτο, videbatur, & similis erat, pro εἴκτο, in imperfecto passiuo: nisi malis esse plusquamperfect. pass. ἔωλε, erat, pro ἔπελε: est imperfectum à πέλω, sum, fio: pro ἔπελε remoto augmento dicitur πέλεν, & Ionicè (170,30.) πέλεσκεν, erat. imperfectum passiuum ἐπελόμην, ἐπλην, & Ionicè (186,23.) ἐπέλεο, syncope ἔωλε & ἔωλεο, ac Doricè (119,10.) ἔωλο, eras: tertia persona ἐπέλετο, syncope ἔωλετο, & detracto augmento ὤλετο, erat, fiebat, à πέλομαι, πέλη, πέλε). ἔδοντες, edentes, pro ἐδόντες, participium præsens ab ἔδω, edo. ἦνον, perfe-

ciebam, pro ἤνυον: imperfectum est ab ἀνύω. ἧσαν, iactasse, pro ἠλάσαν: est aoristus primus infinitiui actiui à ἠλάζω, μ. ἄσω. κέντσαν, stimulare, pro † κεντῆσαν, aoristus primus actiuus infinitiui modi, à κεντάω, siue κεντέω: vel pro κεντρίσαι à κεντρίζω, μ. σω. κιχήτλων, ceperunt illi duo, pro ἐκιχησάτλων: aoristus est primus act. à κιχέω, μ. ήσω, inuenio, consequor. κεκορυθμένῶ pro κεκορυθημένος, armatus: est participium perfecti pass. à κορυθέω, μ. ήσω, armo. [κεκορυθμένῶ Etymologus formar non solum à Circumflexo them. κορυθῶ, per syncopen: sed etiam ex barytono κορύσσω siue κορύθω armo, acuo, derivato à κόρυσσος galea: vt sit pro κεκορυσσμένῶ, Attica τροπῇ τοῦ σ εἰς θ, qualis est in verbalibus ἰσθὶς κλωθμὸς, ὀχθμὸς, & similibus. κίνημαι tamen pro κέκασμαι, à κάζω orno, Doricam habere τροπὴν dicitur.] λελακὼς, λελακυῖα, vociferans, pro λελαληκὼς, ῦῖα: est particip. perfectum actiuum à λαλέω, loquor, garrio, dicitur etiam λεληκὼς pro eodem, & præteritum λέληκα, locutus sum, potest tamen λελακὼς censeri particip. medium à λάκω, resono, clamo, do oraculum: vnde perfectum medium λέλακα, λέλακας, & aoristus secundus ἔλακον, ἔλακες, ἔλακε. [Porro λέλακα non est opus per syncopen ex λελάληκα deducere, quum habeat proprium thema λακέω, à quo non tantum est λακεῖν, Hesychio φωνῆσαι, sed etiam λακήσαι, quod idem exponit παῖσαι pulsasse. Dicitur etiam ληκέω, à quo apud eundem est præsens ληκεῖ, κοσμεῖ, βοᾷ: & aor. ληκῆσαι, παίσαι est ab eodem apud Hom. imperf. com. ἐπελήκεον pro ἐπικρότων, applaudebant.] Sic νένοε, cogitatus est, vel cogitauit, pro νενόηται, tertia perfecti passiui, à νοέω, cogito. & tertia singul. pluſquamperfecti ἐνένοητο pro ἐνενόητο, cogitarat: at tertia plur. ἐνένωντο, cogitauerant, Ionicè contracta est ex ἐνενόεατο, vt ἐνώατο ex ἐνόησαν, cogitarunt. [Sed pro νένοηται lubentius Fridericus Sylburgius legit νένωται: vt etiam ἐνένητο, ἐνένωτο: facta in his non Syncope, sed crasi τοῦ ο κατὰ ι in ω. vt enim βῶτον, & similia, contracta sunt ex βόατον & βοάσομαι, eodem Hesychio teste: sic ἐνώατο, νένωται, & consimilia, ex ἐνόησε & νενόηται). atq; ita Camerarius ex Herodoto affert, ἐνένωτο ἅμα τῷ ἦρι στρατεύειν, animum induxerat primo vere expeditionem facere: itidemq; à comp. ἐννοέω affert ἐννενώκασι animaduerterunt, & ἐννώσας quum intellexisset. Budæus vero properissimenos ex Polymnia, ἐννενῶσθαι ποιῆσαι: ἐν, ὅπερ ἐννενῶσθαι ποιῆσαι. quorum posterius esse dictum vult pro ἐννενέωντο, Ionico videlicet more, qui cum Doriis ω vertunt interdum in ω, vt ὧν pro ἐών. sed breuiore compendio contractum dices ex ἐννενόησθε, quem-

ἧσαν.

κέντσαν.

κιχήτλων.

κεκορυθμένῶ.

ANNOTATIO.

λελακὼς, ῦῖα.

λεληκὼς.

ANNOTATIO. de λέλακα.

νένοηται.

ἐνένητο. ἐνένωντο.

ANNOTATIO

Universidad de Deusto
Biblioteca

admodum in superioribus etiam ο & η in ω contracta sunt: vt sit plusquamperf. passiuum verbi ἀμανόω, non imperf. verbi διανοίω. Quod vero attinet ad accentus diuersitatem, ferri vterque potest: ὀνινῶῦ, si contractio facta sit ex ὀνινόωῦ, acuta & graui in circumflexam coëuntibus: ὀνίνωῦ autem, si è futuro contracto νάσω, simpliciter formetur perf. νένακα, pas. νένωμαι, & hinc tertia plusquamperf. ὀνίνωῦ: eodem modo quo ἠρὼς & ἠρῶς, λαῶς & λεὼς. Si quis tamen è syncopato præsente νάω deriuare malit, non refragabor, præsertim quum id quoque faciat Etymol. apud quem ex Anacr. habes ὑψηλὰ νενωμῶν. ex Hesiodo sanè citatur ἐεώδη σοφώτατος, prædicatus est sapientissimus, à βόω per syncopen facto ox βοάω.] ὁμωθῶμαι. similem factum fuisse, pro ὁμοιωθῶμαι: est aorist. prim. infin. pass. ab ὁμοιόομαι, μ. ώσομαι, similis fio. [ὁμωῆνας tamen regulariter duci potest ex ὁμάω, id autem ex ὁμός: quæ vocabula sunt poëtica.] ὀσφρώμενος, qui odoratur, pro ὀσφραινόμενος: participium est præsens pass. ab ὀσφραίνομαι: est etiam aoristi secundi medij ab ὀσφράω ῶ: aoristus sec. ὤσφρων: medius ὠσφρόμην: vnde participium ὀσφρόμενος. inuenitur enim ὀσφράω, vnde futur. med. ὀσφρήσομαι, ὀσφρήσῃ, ὀσφρήσεται, sentiam, es, et. παρέθρισαν, præciderunt, pro παρεθέρισαν: aorist. prim. indicatiui à παραθερίζω, μ. ίσω. A πεπάτωμαι, termino, desino, μ. ώσω: π. ακα: pass. πεπάτωμαι, πεπάτωσαι, πεπάται), syncope πέπτωται, fatum est, fato decretum est: part. πεπρωμένος pro πεπατωμένος, fato destinatus: ἡ πεπρωμένη & τὸ πεπρωμένον, fatum. περιπλόμενος perfectus, reuolutus, qui fit circulo, pro περιπελόμενος: participium est præsens pass. à περιπέλομαι. πέφνε, interemit, pro πέφονε, detracto augmento, aoristus secund. reduplicatus, à φονέω: hinc participium πέφνων, πέφνασα, πέφνον, pro πεφνὼν, πεφνῶσα, πεφνόν, retracto scilicet accentu ob syncopen: nisi malis esse particip. præsens à verbo poëtico πέφνω, occido. πεφυζότες, fugientes cum metu, pro πεφυζηκότες, part. perfectum à φυζέω, inusitato. [Melius Sylburgio deduci videtur. à φυζάω quam à φυζέω, quum infinit. φυζάειν apud Hesych. (quod exp. fugere & trepidare) satis euidenter exprimat Characteristicam secundæ coniugationis, & circumflexa, & in μι. ad hæc πεφυζῶς vel actiu. est syncopatum, 236, 3. vel medium regulare, vt δεδικῶς, μεμυκῶς, & similia 214, 2.] τετιμένος, honoratus, pro τετιμημένος: part. perfecti pass. à τιμάω, μ. ήσω: vel à τίω regulariter, μ. ίσω, honoro. τέτρηχα, turbatus sum. pro τέτραχα, Ionicè verso α in η, 118, 26. est perfectū medium à τραχύνω, μ. ξω, 197, 8. à τέτρηχα, pluſquamperfect. ἐτετρήχην, & detracto ε, τετρήχην, turbatus eram. In participio quoque perfecto actiuo fœminino dicitur eodē modo τετρηχυῖα, turbata, exasperata, pro τετραχυῖα. † ὥρμηνται, concitatus, pro ὥρμημένος: participium perfect. pass. retracto accentu ob syncopen, ab ὁρμάομαι. [Pro ὥρμηνται, quod Etymologus quoque in ἐγηγερμένος per syncopen ex ὡρμημένος esse factum tradit, reperitur etiam ὄρμενος, vt Il. λ, de Diomede & Vlysse, ὡς ὁλέσσαν Τρῶας πάλιν ὀρμένω, sic interemerunt Troianos cum impetu in illos reuersi. Idemque Etymologus, quum ex Il. φ citasset, ὄρμενον ἐξέφυγε, factum scribit vel ex ὠρμένος, perfecto verbi ὄρω, per systolen & remissionem accentus: vel ex præsenti ὀρόμενος, per syncopen.]

τετρήχην.

τετρηχυῖα. ὥρμηνται.

ANNOTATIO.

[1] Διδάσκω, doceo: Futurum, [2] διδάξω: Aoristus ἐδίδαξα, à διδάχω. 1, 2 διδάσκω à διδάχω.

[3] Διδράσκω, fugio: Futurum, διδράσω, à διδράω. sic ὑποδιδράσκω, aufugio: διαδιδράσκω, diffugio, dilabor. aoristus secundus, διέδραν, [4] ἀπέδραν, fugi, pro διέδρων, ἀπέδρων, ab [5] ἀποδράμαι, aufugio; διαδράμαι, diffugio: sed α pro η, vt [6] ἔσαλαν, pro ἔσηλαν. Participium, [7] ἀποδράς, ἀποδράντος: at [8] ἀπέδραν, διέδραν, fugerunt, syncope, pro ἀπέδρησαν, διέδρησαν. Infinitiuus, [9] δράναι, præsens. 3 διδράσκω à διδράω & δρῆμι. 4 διέδραν & ἀπέδραν prima persone singul. & tertiæ plur. 5 6 7, 8 9

[1] ΔΙΔΑΣΚΩ, Veluti & reliqua in σκω, (348, 14.) deriuatum est: ducitur autem non à διδάχω, sed à δαάω siue δάω, vnde interpositis literis σκ fit δάσκω, & cum reduplicatione διδάσκω. [2] Hinc medium διδάξομαι, docebo: & aoristus primus medius ἐδιδαξάμην, docui: in optat. διδαξαίμην, docuerim. 1 2

[3] Διδράσκω fit à δράω cum reduplicatione; quam in futuro contra aliorum analogiam seruat, διδράω: vnde ὑποδιδράσω, aufugiam: tamen tanquam à δράσω dicimus in aoristo primo ἔδρασα, & syncope ἔδρα, fugi: cum ὑπὸ, ἔδρασκ. ἔδρα. ἀπὸ δρα. ἀφ, dicitur in futuro medio ἀφδρήσομαι: tertia plur. ἀφδρήσονται, diffugient, dilabentur. hinc etiam aor. prim. medius, διεδρησάμην, vnde subiunctiuus ἀφδρήσομαι, ἀφδρήσῃ, ἀφδρήσηται, aufugero, is, it. [4] Hinc in prima plur. ἀπέδραμεν, aufugimus. [5] Verbo δρῆμι patrocinari videtur breuis characteristica in infinitiuis ἀποδρᾶναι & ἀφδρᾶναι. sed quum videam Hesychium ἀφδρᾶναι in- 3 ἔδρασκ. ἔδρα. ἀπέδρα. ἀφδρόσει. 4 ἀφδρήσηται. ἀπέδραμεν. 5

ANNOTATIO.

Universidad de Deusto
Biblioteca

terpretari per aorist. Ἀλαφυγεῖν, inueniam etiam φάναι similiter vſurpatum pro εἰπεῖν, *dixiſſe*: adducor vt credam aoriſti Characteriſticam η, verſam eſſe in Characteriſticam præſentis, α: ideoque malim thema δίδρημι, cum id regulare ſit, (221, 16.) & reduplicatio fiat in eiuſdem cognato διδράσκω. ſicut enim ex inuſitatis primitiuis πλάω, πτάω & τράω, duo ſunt deriuatorum genera, alterum in ω, πιπλάω, πιπτάω, πιτράω: alterum in μι, πίπλημι, πίπτημι, πίτημι, facta in vtriſq; reduplicatione: ſic etiam à δράω eſt primum διδράσκω, deinde δίδρημι.

ἔδραν. 6.7 6 De hoc paulò antè, 365, 32. 7 Sic Ἀλάδρας, *qui perfugit*, 8 *dilapſus*. 8 Sic ſimplex ἔδραν, *fugerunt*, pro ἔδρησαν vel ἔδρασαν, à δρῆμι: aoriſt. ſec. ἔδραν, ἔδρας, ἔδρα: ἔδραμεν, ἔδρατε, ἔδραν, pro ἔδραλον, ης, η, &c. Optat. δραίην, vt φαίην, 227, 2.

9 9 Cum Ἀλᾰ, Ἀλᾰδράναι, *diffugere*.

Appendix. δαίω vel δαΐω à δαΐω, δάζω, & δάημι.

4 Nomina quæ formatione quidem sunt pluralia, significatione verò dualia, vel singularia, non iunguntur verbis dualibus vel singularibus, sed pluralibus duntaxat: ἀθῆναι φιλοσοφίαν ἔτρεφον, non ἔτρεφε, *Athenæ philosophiam nutriebant.*

Genitiuus pro nominatiuo ante verbum.

Ante verbum ponitur nonnunquam Atticè Genitiuus loco Nominatiui, εἴθε μοι τούτου τοῦ ἀγαθοῦ γένοιτο νῦν, *vtinã illius boni mihi nunc fiat.* Quale illud Ciceronis: *Cùm illius temporis mihi venit in mentem.*

Verbũ resoluitur per cognatũ nomen vel per nominatiuũ vel per genitiuum.

Verbum quod ante se habet Nominatiuum, resolui potest quandoque quidem in cognatum nomen, idque vel per Nominatiuum, vel per Genitiuum: vt, λύκιοι συνεμάχουν τοῖς τρωσὶν, *Lycij auxiliabantur Troianis.* sic resoluitur, σύμμαχοι τοῖς τρωσὶν ἦσαν, vel sic, τῶν συμμάχων ἦσαν, *ex auxiliaribus erant.* Quandoque verò in participium itidem, [2] vel per Nominatiuum, vel per Genitiuum sic, συμμαχοῦντες ἦσαν, vel sic, συμμαχούντων ἦσαν. Semper enim loco Nominatiui, quem post se habet verbum substantiuum, licet ponere Genitiuum pluralem Atticè: vt, ἐκεῖνος ὑπάρχει δίκαιος, vel ἐκεῖνος ὑπάρχει τῶν δικαίων. ἔστιν εὐγενὴς, vel τῶν εὐγενῶν. 2

Synthesis quid.

[1] ENALLAGE frequens est ea, qua verbum singulare tribuitur nomini plurali neutro: more Attico. Aristo. vno eodemque in loco Atticam & communem structuram cõiunxit: Metaphy. 2. ἐξ οὗ τὰ ἄλλα ἤρτηται, καὶ δι' ὁ λέγονται: In priori enim commate Atticismum, in posteriore simplex loquendi genus vsurpauit. Contra verò Synthesis appellatur, cùm nomini singulari ob significationem multitudinis tribuitur verbum plurale: Hom. ὥς φάσαν ἡ πληθύς. Pausan. τὸ ἔθνος τὸ Αἰτωλικὸν ἀπέστελλαν. Sic etiam Virgil. *Turba ruunt* & Ouid. *Turba ruunt in me luxuriosa proci.* Porrò cum vni verbo tribuuntur plura singularia aut vnum collectiuum pro

pro plurali numeri anomalia frequens est: Pausan. πολλοὶ Ἠλεκτρα καὶ Κοῖτος ῥέωσι, pro *Electra & Cœtus fluuij ruunt.* Idem, τὸ πλῆθος ὥρμησεν ἀποκτενοῦντες τὸ μνῆμα: Illic enim à fronte anomalia est numeri: Hic à tergo anomalia est numeri & generis: significatum videlicet spectans, nó vocem. 2 sensus enim est, οἱ ὄχλοι ὥρμησεν ἀποκτενοῦντες. 2 De hac verbi periphrasi per verbum substantiuum dicetur infra in participio: vbi & de varia participiorum quæ verbis subnectuntur significatione fusius agetur.

Appendix.

1. In nominis & verbi conuenientia, quæ in numero ac persona consistit, varia est anomalia. Pro nomine ponitur interdum verbum infinitiuum aut infinitiua oratio cum articulo. Menander, πολλῶν τε μεῖόν ἐστι τὸ ζλῶ φεύγεδαν. ibi enim τὸ ζλῶ positum pro ἡ ζωή. Sic Cic. pro Mur. *Huic donis militaribus patris triumphum decorare, fugiendum fuit?*

2. Nomen, seu infinitiua oratio, interdum subaudiendum relinquitur. vt, εἴθέ μοι τότε τ' ἀγαθῷ χρῄσιο νῦν: pro τὸ λαλεῖν τότε τ' ἀγαθῷ: *vtinam mihi nunc bono isto frui (seu boni istius fruitio) daretur.* Sic φασὶ, μυθολογοῦσι: item εἰώθασι, φιλοῦσι, scilicet οἱ ἀνθρωποι. vt apud Latinos quoque *Aiunt, Ferunt, Solent.* Sic item ἐβρόντησε *tonuit*, πρήσῃ *fulgurauit*: οὐτω *pluat*, νιφέτω *ningat*, & similia.

3. Verbi quoque duplex anomalia incidit. Nam & ipsum vel omittitur, ac modo ex antecedentibus subaudiendum relinquitur, modo extrinsecus intelligendum est: vel diuerso numero ponitur, ἔλλειψις crebra est verbi substantiui. Menander. πλεονεξία, μέγιστον ἀνθρώποις κακόν. Aristot. Rhet. δεῖ τὴν λέξεως τὴν εἰλιγίζειν.

4. Verbum substantiuum, inter diuersi numeri nomina interiectum, sæpe non habita potioris ratione, respondet proximiori: eique interdum antecedenti: Paus. 144,36. τῇ πόλει ἐπὶν ὅμορος Κολωνίδες, pro *Colonides locus sunt vrbi confinis.* interdum sequenti: Arist. Rhet. 1. αἱ γὰρ πίστεις ἔντεχνόι εἰσι μόνον. Sic Dion. Hal. ἔτι ὁ χῶρος Μέκιοι λειμῶνες καλέονται. illic enim regula postulat plurale εἰσὶ, & hic singulare κατέχει: sicut Pausan. 144,41. ὄνομα δὲ αὐτοῖς Δρύοπες. Huc referri potest etiam hoc Aristot. Magn. moral. 61,18. νῦν μὲν δὴ, καθ' ὅσον λόγος, καὶ ἐπίσημα, παντελῶς ἀκριβῆ τί ἐοικεν εἶναι. ibi enim verbum, quod pluribus singularibus plurali numero respondere debuisset, relatum est ad proximum singulare.

5. Verbo postpositum adiectiuum, sæpe aduerbij vicem obtinet. Greg. Naz. εἰσελθὼν πρὸς δρομάδα, *cursim* seu *curriculo introibit.*

DE

DE CONSTRVCTIONE VERBORVM SVBSTANTIVORVM.

Verbum τυγχάνω[1] cùm sit substantiuum, vtrinq; habet Nominatiuum, meliùs tamen postponitur ei Nominatiuus participij verbi substantiui εἰμὶ, cum alio Nominatiuo, hoc modo: Σωκράτης τυγχάνῃ ὢν σοφὸς, *Socrates est existens sapiens.* 1

Quòd si ei postponatur participium verbi adiectiui, non opus erit præterea alio Nominatiuo. Perfectè enim dicimus, Σωκράτης τυγχάνῃ περιπατῶν, *Socrates est ambulans.* Σωκράτης τυγχάνῃ διαλεγόμενος, *Socrates est disputans*, omisso participio ὤν.

Construitur etiam quandoq; verbum substantiuum ἔστι cum articulo subiunctiuo, & in recto & in obliquo, tam singularis quàm pluralis numeri, hoc modo: ἔστιν οἵ τινες, hoc est, *aliqui.* οὐκ ἔστιν οἵ τινες παρέχωσι, *nulli currunt.* ἔστιν οἷς, *pro quibusdam.* φωνή τις ἐστὶν οἷς ἐξηκούετο, *vox quædam quibusdam exaudiebatur.* ἔστιν οὓς, *aliquos*, vt ἑώρων πολλοὺς μὲν ἐκ μάχης φεύγοντας, ἔστι δ' οὓς εἰς θάνατον πεσόντας, *vidi multos è conflictu fugientes, & aliquos in morte prostratos:* pro quo etiam dicunt, ἔστιν ὅς τινας. ἔστιν ὧν, *quorundam.* ἔστιν ὅς, *quidam.* ἔστιν ᾧ, *cuiusdam.* Et sic de aliis casibus.

Construitur etiam hoc modo, ἔστιν ὡς, pro, *quodammodo, quadamtenus*: vt, ἔστι μὲν ὡς καὶ ὕλη μέρος τινὸς λέγεται, ἔστι δ' ὡς οὔ, *quodammodo materia pars alicuius dicitur, & quodammodo non.*

Etiam ἔστ' ὅπως, significat *quodammodo*: ἔστιν οὐ τρόπον, pro *quodammodo, quadamtenus.* τοῦτο μὲν οὐκ ἔστιν ἔτως ἔχον, ἀλλ' ἔστιν οὐ τρόπον. *non planè ita est, sed quodammodo.* Quod quidem ita dicitur per ἔλλειψιν præpositionis κατὰ, articulo subiunctiuo τὸν accepto, pro hoc nomine infinito τινὰ: ita vt ἔστιν οὐ τρόπον, sit loco huius ἔστι κατά τινα τρόπον. ἔστιν ἐφ' ὅτῳ, *aliqua causa.*

Con

Universidad de Deusto Biblioteca

1 [1] Constructio verbi substantiui εἰμί cum sequentis articuli postpositiui comprehensione, diligenter animaduertenda. nam articulus ad sequentia respondet: vt apud Herodia. ἐστι δ' ὧν κ) πεῖρα μετέχον τὸ βασιλικωτ), ἡ δημοσιας ἐπιτροπιας ῥηθήσ@. Παιδείας β'. κ) ἔστιν οἱ ἐτύγχανον, κ) θεᾶσκαι, κ) κρέῤῥων, ὁ, ἢ κ) μηδὲ, ὃ κνημιδος, Thucyd. ἀ. τ' τε ἄλλης ἑλλάδος ἐστιν ἃ χωρία. Et postea, ὃ ἐστιν ἃ κ) πολίσματα εἶλεν. Ἐκλωικῶν δ'. κ) ἐκείνῳ τῷ ἐτῇ ἐστι μὲν ἃ τ' ἀθλῶν δὶς ἐνικήθη, ἐστι δ' ἃ δὶς οἱ αὐτοὶ ἐπεξῆλθον, *illo anno bina accidere quorundam certaminum victoriæ, & bina de iisdem præconia.* Thucyd. 8. etiam plurali verbo est vsus, εἰσὶ δ' αἱ τ' νεῶν, κ) ἐς σίγνον κατῆραν. Adiunguntur & aduerbia loci, ac temporis, similiter verbo substantiuo, ἔστιν ἡ, ἔσθ' ὅπε. Item, ὅτ@ ἔσθ' ὅπως, Thucyd. ἀ. ἐν γὰ θεμελίοι πᾶσιν λίθων ἐπόκειν), κ) ἀξυνεπιχασιδήλων ἐστὶ ἡ, *fundamenta enim varia saxa habent congesta, & ne quadrata quidem alicubi cernere est.* Electra, ἀ γὰ ἔσθ' ὅπως ὁ δ' ὅτ@ Ὀρέστης ἐστ, *profecto enim Orestes hic est.* Herod. δ'. εἴτε διηκόζοιτο τὸ εὐωλίᾳ ἐφοῤῥοιπο ἐπ' ὀλίγῳ τ' διηκοσμένων ἔσθ' ὅπε. Et mox, ἔσθ' ὅπη κ) ξυλίνοις ξοάνοισι τισὶ θεσπεσίη, *nonnunquam.* Ac paulò post, ἔσθ' ὅπε ἡ κ) χαλκᾶς εἰδώλ@ ἀξίας εἰκόνας, *nonnullas etiam videmus ridicula simulachra.* Item cum casu apposito ad præpositionem, Thucyd. ἀ. ὡχυρὸι τ ἐσὶ περὶ οἷς μεγάλοι κ) ἀπ' αὐτῶν κ) λιμοὶ ξυνέβησαν. Iungitur cum verbo τυγχάνω, participium verbis εἰμί. Isocr. Archid. ᾧ ἡ δυσπραξία ταχέως καθαφυεῖς ποιῆσιν, οἷοιπερ ἐκεῖνοι τυγχάνουσιν ὄντες, cum aliis participiis. Electra, αἰχμὸς πάντων ἔρχα δρῶσα τυγχάνεις. Similiter & apud Poëtas, κυρῶ, εὖ κυρεῖ. τῶν ποτ' ἂν κυρεῖς. Ibidem & Trachiniis, ὧν γ' ἂν ἐξεισδὺς κυρῶ, & ἐπιπλαγχθὴ κυρῶ. Adiunxere autem frequenter participiis aliorum verborum substantiua planè περιφραστικῶς, vbi Latini verbis modò vtentur, Herodot. κρηνὴν τοῦτον εἶη Γ' ὠναξ ἐξειργασμένη@. Plato Epitaphio, ἅπα πολλὰ κ) μακρὰ χρὴ καθεδεδιλαιμένη ἐν ἡ Πρωτέως δρχῇ, hoc est, domuerat, κατεδεδάμνη. Et Plato, ὁ δὲ πολὺ μᾶλλον σώτας ἐστὶν ἐξολωλεκώς, id est, ἀπώλεσε, *perdidit.* Huius figuræ sunt illa, ἐν λίγων, ἐν πατὴρ, κεκλήμεν@. Huc pertinent & illæ περιφράσεις cum verbo γίνομαι, ἐγένε ἐπὶ Σκύθας αὐτὸς Δαρεῖος ἔλασις, Μελπομένη Sed in his nonnunquam est quædam ἔμφασις, vt cùm Latinè dicitur, *Non is erat, qui virtuti nervos incideret.* Herod. Σαρδάπις γὰ ἦτος, κ) ὁ τ' πάλεμον ἐν σωάψας. Et mox, ἔτ@ τῆς νυκτὸς ἐπ μαχόμενο@ ἐγένετο ἡ ἡμέρη ἐγένετο, *hic ille est, qui dimicauit cum Lydis, quo tempore interdiu obtenebrauit commisso prælio.* Verbum substantiuum in modo infinitiuo, & Accusatiuum proprium illius modi casum admittit, & alium respondentem ad vocabum finitum, vt πρεῖον αὐτὸ βασιλέα γενέσθ, *cùm Regem esse potestas illi fieret.* Plato Epitaphio, κ) ἡμῖ μ' ἐδὲν θαυμαστὸν εἶναι εἰπεῖ.

Verbum substãtiuum cum aduerbiis loci.

Verbum substãtiuũ cum casu apposito ad præpositionem.

Cum participiis aliorum verborum.

In modo infinitiui accusatiuũ admittit.

GENITIVVS POST VERBVM.

Verba sensus significantia.

5 VERBA sensuum significatiua gaudent Genitiuis, velut ἀἰσθάνομαι, ἀκούω, ἅπτομαι, γεύομαι, ὀσφραίνομαι: vt, ἀἰσθάνομαι τ τῆ λόγων ἡδύτητος, *sentio sermonis suauitatem.* μὴ γεύεσθαι μελανούρων, *ne gusta ex iis, quibus nigra est cauda.*

Videndi verba exigunt accusatiuum.

Excipiuntur ea quæ visum significant, veluti 10 ὁρῶ, ὁρῶμαι, θεῶμαι, βλέπω, & similia, quæ exigunt Accusatiuum, quòd visus cæteris sensibus sit certior & penetrabilior. Verùm Attici omnia sentiendi verba construunt cum Accusatiuo.

Atticismus.

ἀἰσθάνομαι cum nominatiuo & accusatiuo.

Cæterùm verbum ἀἰσθάνομαι quandoque signi- 15 ficat *intelligo*, & tum si referatur ad eandem personam, construitur cum participio Nominatiui casus. ἀἰσθάνομαι καλῶς ποιῶν, *intelligo quòd bene faciã.* ἀἰσθάνῃ καλῶς ἀναγινώσκων, *intelligis te rectè legere.* Sin verò ad aliam personam, construitur Accusatiuo 20 ἀἰσθάνομαι σε ποιοῦντα τόδε. *intelligo te hoc facere.*

ἀκούω vtrinque nominatiuo.

Item, ἀκούω capitur nonnunquam pro vocor, & tunc habet vtrinque Nominatiuum, more * Vocatiuorum. Sic Gregorius de Seruatore ait, Σαμαρίτης ἀκούῃ, *vocatur Samaritanus.*

** Latinorum.*

Affectionẽ animi significantia.

25 2 ITEM verba quæ animi affectionem significant. ἐρᾶν Θέτιδός τε κ) γαλατείας ἃ δύναται, *non potes Thetidem simul & Galateam amare.* 2 ὀπθυμῶ σε τ φίλα μι, *desidero te amicum meum.* πάντα ἀγαθ τιν@ ἐφίεσθαι δοκεῖ, *omnia bonum aliquod appetere videntur.* 3

2

3

Affectionem significantia cum infinitiuis.

30 Construuntur etiam hęc verba cum infinitiuis, additis articulis Genitiui casus, ἐφίεμαι τ ἀναγινώσκειν, *desidero legere.* ὀπθυμῶ τ μανθάνειν, *cupio discere.* φιλῶ, ἀγαπῶ, ἐλεῶ, οἰκτείρω, & similia.

Curandi.

3 QVIBVS iunguntur verba curandi: 4 φροντίζω, 35 ὀπιμέλομαι, μέμνημαι.

4

Universidad de Deusto Biblioteca

Participandi. 4 ADDVNTVR Genitiuis etiam verba participandi, κοινωνῶ σοι τῆς δόξης, *sum tecum particeps gloriæ.* μετέχω σοι τῶν πάθεων, *particeps tecum sum afflictionis.* quod etiam per accusatiuum dicitur, μετέχω σοι τὸ πάθος. Vnde & illud Comici, ἃ γὰρ μετεῖχες τὰς σὰς ἴσας πληγὰς ἐμοὶ, *non enim participabas pares plagas mecum.*

Imperandi. 5 VERBA imperandi Genitiuis gaudent, ἄρχω μηδενὸς, *nulli impero.* βασιλεύω, κυριεύω πάντων, *dominor omnibus.* τυραννῶ κρατῶ τῆς ἑσπερίων, *dominor Occidentalibus.* Ad hanc formam legimus Matth. 20. *Principes Gentium dominantur eorum*, pro *dominantur eis.*

Atticismus. Græcè enim est, κατακυριεύουσιν αὐτῶν. Atticè additur his verbis Datiuus.

βασιλεύω cum accusatiuo. Construuntur etiam cum Accusatiuo. βασιλεύω σε, δεσπόζω σε, κυριεύω σε, verùm tunc significant βασιλέα σε ποιῶ, *Regem te facio.* δεσπότην σε ποιῶ, *dominum te facio.* Et ita in aliis.

Priuandi & erroris. 4 6 PRIVANDI verba & erroris σφάλλομαι τούτων, ἁμαρτάνει τῆς ὁδοῦ ὅλης, *errat tota via.* ἐλαττῶ σε ἑταίρου. 4

Differendi. Distandi. *Assequendi. Frustrandi.* 5 7 QVIN & verbis differendi, aut distandi apponitur Genitiuus. διαφέρει πάντων, *differt ab omnibus.* χωρίζομαι, ἀπέχω, διίστημι, διέχω. Et verbis assequēdi & frustrandi. 5 ἀτυχῶ, ἀτυχῶ, ἀποτυχῶ, & similia: ἐπηγγελμένων τυχεῖν ἀγαθῶν, *assequi bona promissa.* Similiter verbis concedendi, συγχωρῶ, ὑπείκω: Prohibendi, κωλύω. 6

Concedendi. Prohibendi. 6

Plenitudinis. Copiæ. Inopiæ seu implendi & vacuandi. 8 GENITIVO gaudent verba plenitudinis, copiæ, aut inopiæ. γυμνῶ σε ἀγαθῶν, *nudo te bonis.* κενῶ σε πραγμάτων, *euacuo te rebus.* πληρῶ σε ἀγαθῶν, *impleo te bonis.* πληθύειν τὴν πόλιν ἀνδρῶν, *ciuitatem plenam esse viris.* γεμίζω φιαλὴν ὕδατος, *impleo phialam aqua.* Matth. 22. ἐπλήσθη ὁ γάμος ἀνακειμένων, *nuptiæ impletæ sunt discumbentibus.* 7

Licitandi, quæ appretiatiua dicuntur. 9 APPRETIATIVA verba admittunt Genitiuum significantem pretium, ὠνοῦμαι πέντε δραχμῶν, *emi*

quinque drachmis. πολλοῦ πωλεῖς, *magno vendis.* δέκα ταλάντων τιμῶμαι, *decem talentis æstimo.* τιμῶμαί μοι θανάτου, *meipsum morte dignum censeo.* Quod etiam quandoque dicitur præcedente præpositione πρὸς, vel ἀντὶ, aut simili. τὸν βίον πρὸς μικρὰ κέρδη καταλλάττων, *modicis lucris vitam commutans.* ἀντὶ θνητοῦ σώματος ἀθάνατον δόξαν ἀντικαταλλάξασθαι, *pro morti obnoxio corpore gloriam comparare immortalem.*

ἐλλειπτικῶς *constructa, vtpote deficiente ἕνεκα.*

10 CREBRÒ regunt verba Genitiuum ἐλλειπτικῶς, *deficiente*, ἕνεκα: vt, ἀποδέχομαί σε τῆς προαιρέσεως, hoc est, ἕνεκα τῆς προαιρέσεως, *suscipio* siue *approbo te, quod ad voluntatem attinet.* δαιμονίζω σε τῆς τύχης, hoc est, ἕνεκα τῆς τύχης, *beatum te prædico propter fortunam,* aut quod ad fortunam attinet: vtrumque enim significat ἕνεκα. Huius schematis est etiam quod dicitur, εὖ ἔχει φρενῶν, pro φρόνιμός ἐστιν, εὖ ἔχει παιδείας, *eruditus est.* Quem morem Latini imitantur nonnunquam in huiusmodi orationibus, *Populi seruandi laborat, Reipublicæ defendendæ periclitatur, in quibus deest, causâ.*

ἐλλειπτικῶς *desiderata præpositione.*

11 QVANDOQVE deficiente alia quauis præpositione, quæ postulat Genitiuum. λύω σε τῆς δεσμάτων, pro ἀπὸ τῶν δεσμάτων. διώκω σε τῆς οἰκίας, pro ἐκ τῆς οἰκίας. παύω σε τοῦ κακοῦ. παύω σε τοῦ παίζειν. κωφίζω σε τοῦ χρέους, pro ἀπὸ τοῦ χρέους. ἁρπάζω σε τοῦ πυρὸς, pro ἐκ τοῦ πυρός.

Accusandi. Damnandi. Absoluendi.

12 VERBA accusandi, damnandi, absoluendi, & consimilia, Genitiuum adsciscunt, qui significet crimen: quod nonnunquam etiam effertur per Accusatiuum. Per Genitiuum quidē: vt, διώκω σε φόνου, *accuso te cædis.* αἰτιῶμαί σε τοῦδε, *criminosè hoc tibi obijcio.* ἁλίσκω σε τούτου τῆς ἀδικήματος, *conuinco te huius iniuriæ.* ἑάλω κλοπῆς, *damnatus est furti.*

Quod etiam licet sic dicere, ἑάλω κλέπτων, vel sic ἑάλω ὅτι κλοπῆ, & ita in aliis similibus, διώκω σε πληγῶν, ἐγκαλῶ σοι πληγῶν, *ago tecum iniuriarum ob*

Universidad de Deusto Biblioteca

verbera. φάγω δ' αλείας, *causam dico super statu controuersia.* φάγων φόνε, *postulatus cædis.* φάγων ὕβρεως, *postulatus iniuriæ.* φάγων ἀνθρωποφονίας, *reus homicidij.* καταγινώσκω σε φόνε, *damno te cædis.*

Per Accusatiuum, καταγινώσκω σὲ τόδε, hoc de te iudico & æstimo. καταγινώσκω σὲ ἀμαθίαν, *iudico te imperitum.*

Pœna condemnationis etiã per accusatiuum.

13 EFFERTVR etiam per Accusatiuum, quod pœnam significat condemnationis. καταγινώσκω σὲ θάνατον, *mulcto te morte.* καταγινώσκω σὲ θάνατον, *damno te ad mortem.* Quod etiam passiuè dicitur per Nominatiuum, κατέγνωσαί σε θάνατος, καταγέγνεταί σε θάνατος, *rei capitalis damnatus es, & vltimo supplicio.* Vel per Accusatiuum, καταγίνομαι θάνατον, καταγινώσκομαι θάνατον, *damnor ad mortem.*

Passiua cum genitiuo.

14 VERBA passiua exigunt Genitiuum intercedente præpositione ὑπὸ, vel παρὰ, aut simili: sicut Latinis Ablatiuum intercedẽte præpositione à vel ab. τύπτομαι ὑπὸ σοῦ, *verberor abs te*, loco cuius quandoque ponunt Datiuum, πεπόμπταί μοι, pro ὑπ' ἐμοῦ. λέλειπταί σοι, pro ὑπὸ σοῦ. διδάσκομαί σοι ῥητορικὴν, pro διδάσκομαί ὑπὸ σοῦ, *doceor abs te Rhetoricam.*

Datiuus pro Genitiuo cum præpos.

Quædam genitiuum, &c.

15 QVÆDAM verba regunt Genitiuum, quia resoluuntur in nomen, cui iungitur Genitiuus. ἀξιῶ σε τιμῆς, pro ἠγοῦμαί σε ἄξιον τῆς τιμῆς. γυμνῶ σε ἐνδυμάτων, pro καθιστῶ σε γυμνὸν τῶν ἐνδυμάτων. Ad Hebræos 3. πλείονος δόξης ἔτος παρὰ Μοϋσῆν ἠξίωται, *ampliori gloria præ Moyse dignus habitus est.*

Species temporis.

16 QVIBVSLIBET verbis apponitur Genitiuus significans speciem temporis, hoc est, cùm interrogatio fit per quando: vt, ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ἐργάζεται; *noctu diuq; operatur.* ἑσπέρας ἥκει, *venit vesperi.* χειμῶνος ἔαρος αἱ κοιλίαι θερμαί εἰσιν, *hyeme & vere sunt ventres calidi.*

Spatium temporis.

17 SIMPLICITER spatium temporis, hoc est, cùm interrogatio fit per quãdiu, ponitur in Genitiuo, quan

quando tempus præteritum significatur negatiuè. οὐκ εἶπον χρόνε πολλοῦ, *non dixit multo tempore.*

Per breue tempus.

Aut quando per breue tempus aliquid accidisse declaratur: μικροῦ παρῆλθεν, *paululum præteriit.*

Tempus continuatum.

In aliis ponitur spatium temporis in Accusatiuo: ὅλην τὴν ἡμέραν εἰργασάμην, *tota die operatus sum.* Ioan. 15. τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμὶ, *tanto tempore vobiscum sum.* εἰμὶ ἐνταῦτα πάντα τὸν πόλεμον, *sum hic toto tempore belli.* ἔζη πᾶσαν τὴν τοῦ Τραϊανοῦ βασιλείαν, *vixit toto tempore regni Traiani.* Quod & per Dati-

Tempus continuatum in Datiuo.

uum effertur, εἴκοσιν ὅλοις ἔτεσιν ἀπεδημήκας, *viginti totis annis peregrinatus.* Dicũt & per Nominatiuum sic, ἐξῆλθε ἤδη ἔτος τρίτον, *annum ab hinc tertium.* τοῦτο μὴν ἔτος ἤδη τρίτον ἐξήκει μὴ τὸ ἀπεδάζειν ἐμὲ, *iam triennium est à quo studere desij.*

Et in Nominatiuo.

Materia.

18 QVOD materiam significat, in Genitiuo ponitur. ἐποίησε λίθου, *fecit è lapide.* Cui quandoque additur præpositio ἐξ: vt, ἐποίησε ἐξ λίθου.

Pars.

19 SIMILITER & id quod significat partem: κρεμῶ σε τοῦ ποδὸς, *suspendo te pede.* πίνω τοῦ ὕδατος, *bibo de aqua.* δρέπομαι τῶν ἀνθῶν, *carpo de floribus.* Si totum significent, vtuntur Accusatiuo: πίνω τὸ ὕδωρ, *bibo aquam.*

Totum in Accusatiuo.

Subſtantiuum verbũ, cum quo ita subauditur.

20 VERBVM substantiuum adscisci nonnunquam Genitiuum, τούτων ἐστὶν ὁ Πλάτων, *horum, aut de numero horum est Plato.* Quod verbum quandoque omittitur, οὐδὲ τῶν ἀδικούντων ἐγὼ, *neque ego sum de numero nocentium.*

1 ISOCRATES τῆς ψυχῆς οὐδὲν φροντίζοντες, *nihil curantes animum.* Cum περὶ quoque iunctum inuenitur apud Xenoph. περὶ τοῦ τοιοῦδε φροντίζειν. Item cum περὶ sequente genitiuo, Apud Demosth. Philip. 4. ὃ μόνον οὐδὲν φροντίζει περὶ αὐτῶν ἀλλ' οὐδὲ μέμνηται. Alteri item præpositioni reperitur iunctum, nempe ὑπὲρ apud eundem Demosth. vt Olynt. 1. εἰ ὑπὲρ σωτηρίας αὐτῶν φροντίζετε. Denique iungitur etiã accusatiuo, vt in hoc Aristoph. loco, μὴ νυν τοῦτό γε φροντίζετε, *ne hoc curetis.* Porrò aliam interpretationem passa vbiq; inuenitur iuncta accusatiuo, nimirum pro studeo, operam

impendo,&c. de quo dicetur inferius. Nec raro etiam inuenitur iunctum particulis ὡς, vel ὅπως vel εἰ. Isocrat. *φεῦγε ὅπως μηδὲν ἀνάξιον τῆς πρώτης ταύτης ποιήσῃ. Da operam ne quid isto honore indignum facias.* Plato. lib. 1. de Repub. ἔοικας ἡμῶν ὀλίγον κηδεσθῆναι, ὀλίγου φροντίζειν εἴτε χείρων, εἴτε βελτίων βιωσόμεθα, & cum Participio iungit etiam Demosth. in Mid.

2 [2] Demosth. ἀρχῆς ἐπιθυμήσαι, *imperium concupiscere.* Dionys.

3 Halic. ἐρῶντες δυνάστειας, *potentiam appetentes.* [3] His adde, apprehendendi Pind. φθόνος ἅπτεται τῶν ἐσλῶν, *inuidia arripit & tangit bonos.* Dionys. Hal. ἐπιλημψόμενοι τοῦ ἀνδρὸς *virum arrepturi.* Sic contra, abstinendi & dimittendi: Aristoph.

4 οἴνου τοῦ ἀπέχειν καὶ γυμνασίων, *abstinere vino & exercitiis:* Idem τούτου μὴ μεθήσεσθαι, *hunc non dimittere.* [4] Sic contra communi-

5 candi. Xenoph. μεταδιδόναι τοῦ βάρους, *communicare onus.* [5] Plato, τοῦ σκοποῦ τυγχάνοντος, *scopum assecuturus.* Polyb. πτοήσεως

15 φωλεὸς, *nacti otium.* Herodot. ψευσθεὶς ἐλπίδος, *spe frustratus.*

6 [6] Dionys. Halac. εἶργον τοῦ μεταξὺ ἰέναι, *prohibebant transitu.* Xen.

7 κωλύειν καὶ κωλύειν, *impedire quominus irant.* [7] Sic Demosth. τοσαύτης παρανομίας καὶ μανίας ἀνεπλήσθησαν, *tanta iniquitate ac iniquitate impleuit miseros.* Aristot. prob. κακῷ

20 φιλοῦντες καὶ πάθει, *malo leuatus.*

Appendix. GENITIVVM quoque adsciscunt verba fruendi:

1. Isocr. ἀπήλαυε τῶν παρόντων, *fruebatur præsentibus.* Huc per-
2. tinent illa φαγόντες ἐχίδνας, *cùm de vipera comedissent:* πιόντες οἴνου, *cum de vino bibissent:* apud Aristo. & alibi. Item libe-

25 randi: Philo, δεσποίνης χαλεπῆς ἐλευθερωθεὶς, *domina difficili liberatus.* Isocr. ἀπηλλάγησαν δουλείας, *liberati sunt seruitute.*

3. Incipiendi & desinendi: Thucid. μάχης ἄρχειν. Isocr. λήγειν
4. τῶν πόνων. Æsop. παῦσαι καὶ κλαίειν. Sic etiam Horat. *Desine*
5. *mollium querelarum.* Admirandi: Isocr. θαυμάζω τῶν πρεσβυ-

30 6. τέρων, *miror autem seniores.* Dolendi: Euripid. Ἑλλάδος τῶν παλαιτέρων στένω, *Græciam miseram deploro.* Arist. πολὺ ἀλλήλων διεστῶτα, *longè à se inuicem distantia.* Sic excellendi & contra.

7. Isocr. περιεῖναι τῶν ἄλλων, *cæteros antevellere.* Item superandi: Xenoph. κρατεῖν τῶν ἡδονῶν, *superare voluptates.* Greg. πεπλῆσθαι

35 τοῦ γλυκέως, *à gustu superatus est.* Esse in significatione possessionis, pertinentiæ, causæ, Heliodo. μὴ τῆς ὀργῆς χάριν ὅλον. *Ne prorsus iræ succumbe:* Basil. σεαυτὸν ἡμῖν πάλιν. *Rursus tui fieri compotem.* Aristophan. ὥστε οὐκ ἔστιν ὑβρίζειν, *Diuitiarum est insolescere.* Esse in ortus significatione. Homer. ἄμφω

40 ἐσθλοῦ γενεήν, *Bono sanguine ortus es.* Esse in adiunctæ laudis aut vitij significatione. Arist. Histor. animal. τὸ μὲν ἀκίνητον μᾶλλον καὶ ἄφρον καὶ ἐλεύθερον τροφῆς ἐστι, *& pauciores cibi est.* Denique multa genitiuum regunt vi præpositionis cum qua sunt composita. Lucia. ἀπωθεῖν τοῦ συμποσίου *expellere à*

conuiuio. Aristoph. ἐκβαλῶ σε οἰκίας *ejiciam domo.* Idem ταυτὶ κεφαλῆς σου, *Hæc in te effundo.* Horum quoque multa vel ellipsin aliquam habent, vel alium casum alio respectu adsciscunt.

5 DATIVVS POST VERBVM.

VERBA sequendi exigunt datiuum, ἕπομαι τοῖς παλαιοῖς, *sequor veteres.* ἀκολούθει μοι, *sequere me.* Hom. ὄφρα τοι αὐτὸς ἕπωμαι, *vt ipse te sequar.* *Sequendi.*

2 SIMILITER verba certandi, μάχεσθαι κυσὶν ἐν *Certandi.*
10 φρέατι, *in puteo cum canibus pugnare.* τοῖς θεοῖς μάχεσθαι, *pugnare cum diis.* φιλονεικῶ σοι, *contendo aduersum te.* πολεμῶ τοῖς πολλοῖς, *luctor aduersus multos.* παυροτέροις πολεμεῖν, *aduersus pauciores belligerare.* Sic Virg.

Placidóne etiam pugnabis amori?

15 Quibus nonnunquam additur Genitiuus, ἀμφισβητῶ σοι τούτου, vel περὶ τούτου, *certo tecum de hac re.* *Quibus additur genitiuus.*

3 QVODVIS verbum admittit Datiuum significantem qualecunque instrumentum, [1] aut modum actionis. πολεμίζειν γλώττῃ, *bellare lingua.* *Instrumentum.* 1

20 χρεὼ δ' ἐστὶ σπείρειν, ἀλλὰ μὴ ὅλῳ θυλάκῳ, *manu serere oportet, non toto thylaco.* τίνι τρόπῳ γράφεις; *quo modo scribis?* His finitima sunt, quæ causam significant. [2] φθόνῳ τοῦτο ποιεῖ, *inuidiâ hæc facit.* *Causa.* 2

4 NONNVNQVAM & pretium ponitur in *Pretium.*
25 Datiuo: Chrysostomus, ἰδίῳ θανάτῳ τὸ ποίμνιον φθείρων, *propria morte gregem emens.*

5 VERBIS significantibus motum ad locum additur sæpe Datiuus loco Accusatiui, cum præpositione: vt, ὁρμᾷ δι' τοῦ ἀέρος τῇ πόλει, pro εἰς πόλιν. *Quæ significant motum ad locũ.*

30 6 CVM verba regunt Datiuum pronominis αὐτὸς, sæpenumerò intelligitur præpositio σὺν, vt ἀποτέμνω αὐτοῖς ὠλένας τὰς χεῖρας, hoc est, σὺν αὐτοῖς ὠλένας. αὐτοῖς ὅπλοις ἔλαβεν ἄνδρας, hoc est, σὺν αὐτοῖς ὅπλοις, *vnà cum armis accepit viros.* [3] *Cum datiuo pro nominis αὐτὸς, σὺν subauditur.*

35 7 ἜΧΩ pro habeo gaudet Datiuo, sicut apud Latinos. οὐκ ἔχω μοι ἀργύριον, *non habeo argentum.* Et *ἔχω pro habeo.* 3

Universidad de Deusto Biblioteca

familiariter adsciſcit ſibi duos Datiuos, βελομένῳ, ἀχθομένῳ, & ſimiles, οἷς βελομένοις ἐῶ, ſuo arbitratu. ἐπ' ἐῶ βελομένῳ μοι ταῦτα, hæc non placuerunt mihi. ὅτῳ μὴ ἀχθομένῳ εἴη ταῦτα, quo non inuito hæc eſſent.

Χρῶμαι datiuo conſtruitur.

8 Χρῶμαι & χρῆσθαι, & ſimilia, conſtruuntur Datiuo. χρῶμαι τοῖς φίλοις, vtor amicis. καλῶς ἑαυτῷ χρῆσθαι, honeſtè ſe habere.

Datiuo verbi Χρῶμαι additur τι, vel ὅ, τι.

Et huic Datiuo additur nonnunquam Accuſatiuus τὶ, vel ὅ, τι: vt, οὐκ ἔχω, ὅ, τι χρήσομαι ἐμαυτῷ, incertus ſum quid agam. οὐκ ἔχω τι χρήσωμαι τούτῳ, neſcio quomodo eo vti debeam.

Datiuus in Accuſatiuum mutatur.

Mutatur etiam hic Datiuus nonnunquam in Accuſatiuum. χρῶμαι τοῖς σοῖς, vel χρῶμαι τὰ σὰ, vtor rebus tuis.

Quæ genitiuo & datiuo gaudent.

9 Hæc autem Genitiuo & Datiuo, φθονῶ, μεμ-φομαι, κοινωνῶ, συγγινώσκω: vt, φθονῶ σοι τούτου, inuideo tibi hanc rem. φθονῶ σοι τῆς πόλεως, inuideo tibi diuitias. μέλει μοι τούτου, huius rei tecum particeps ſum.

10 Item hæc impersonalia, δεῖ, μέτεστι, μέλει, μεταμέλει, διαφέρει, προσήκει: vt, μέλει μοι τούτου, vel περὶ τούτου, huius mihi cura eſt. διαφέρει μοι τούτου, vel περὶ τούτου, huius mea refert. προσήκει μοι τούτου, vel περὶ τούτου, huius me decet. δεῖ μοι τούτου, opus eſt mihi hac re.

11 Loco Datiui licet quandoque ponere Genitiuum, antecedente præpoſitione. ἐπέχω τὸν γνώμην τούτῳ, & ἐπέχω τῆς γνώμης περὶ τούτου. ἐφίστημι τῆς γνώμης τούτῳ, & περὶ τούτου, adhibeo animum huic rei.

12 Ἀμύνομαι, τιμωρῶ, ἐκδικῶ σοι, vel ὑπὲρ σοῦ, vlciſcor iniuriam tibi illatam.

Cum accuſatiuo verò ſignificant hæc verba, crucio, vindico, ἑαυτὸν τιμωρούμενος, ſeipſum crucians. ἀμύνομαι, vel ἐκδικῶ σε, vindico te.

1 [1] Instrvmentvm vt Ariſto. Oecon. ἡθμοῦ ὠτιλεῖν colo haurire. Modum: Ariſtoph. ῥᾴμην πεφεύγειν, γνώμην βεβουλεῦσθαι, *Animo & mente deliberare, viribus exequi.* Demoſth. κρατῆσαι τοῦ πολέμου, *bello victi.* [2] Ariſto. χαίρειν καὶ λυπεῖσθαι οἷς δεῖ, *gaudio & mœrore ob quæ affici oportet.* Ariſtoph τοῦτοις ἀχθῇ

ἀχθῇ, *His offendère, ſeu hæc ægrè feres.* Xenoph. ἡδεῖν τοῖς τοιούτοις, *talibus delectetur.* Sic Homer. ἀλκὴ πεποιθὼς, *viribus fretus.* Inſigne exemplum eſt hic Pauſan. 132, 39. ἀνανδρίᾳ δὲ καὶ ὑπὸ δειλίας, καὶ ὑπὲρ κακίαν ὀδεμίαν, φυγεῖν αὐτόν. Ibi enim datiuus cauſalis mox effertur per præpoſitiones cauſales ὑπὸ præ & ἀμφὶ, *propter.* [3] Imo licet nulla interueniat mentio pronominis αὐτὸς, multa verba adſciſcũt Datiuum vi præpoſitionis ἐν vel σὺν. Thucyd. ἐμμένειν ταῖς σπονδαῖς, *manere in pactis*, id eſt, *ſeruare pacta.* Plato in Epiſt. ξυγχωρῶν & ἄλλοις, *cum aliis verſans.* Sic etiam pleraque compoſita cum præpoſitione ἀντὶ, ἐπὶ, παρὰ, πρὸς, in repugnandi, occurrendi, vel certandi ſignificatione aliiſve ſimilibus. Xenoph. τούτοις ἀντιλέγων, *his contradicens.* Plutarch. ἐπιχειρεῖν τῷ ἔργῳ, *opus adgredi.* Sophocl. Τούτῳ παρέστης, *huic adſtitiſti*, ſeu *aſſuiſti.* Gregor. Nazianz. προστρέχειν τῷ δωρήματι, *accurrere ad donum.*

1 3 3 3

Universidad de Deusto Biblioteca

pandi, Obiurgandi. Isocr. τοῖς ἀμφεσβωμβροις ἐπιτολήσει, delicta reprehendere. Occurrendi, Incidendi. Sophocl. ὡστήσας σοι, obuiam tibi factus. Aristot. Eth. αὖ πεμπαμικαῖς τύχαις ἐπέσῃ, si in Primicas calamitates inciderit. Conuemendi seu

12 *Occurrendi.*

13 *Congruendi.*

14 *Decendi.*

seu Congruendi. Dionys. Halicarnass. ὡς ἥκιστ' ἐμοὶ ζῆν, vt mihi conueniebat viuere. Sic Decendi. Arist. ἃ πρέπει ἐλευθερίοις, quæ liberos decent. Sufficiendi. Plato, εἰ αὐτοῖ μὴ ἀπαρκέσει ταῦτα, si hæc ei non suffecerint. Plutarch. δεχεσθεὶς τούτοις, his contentus. Placendi, & Displicendi. Thucyd. εἰ τοῖς πολίταις ἀρέσκοντες ἐσμεν, τοῖς δ' αὖ μηδεὶς ἐκ δικαίως ἀπαρέσκοιμεν, si cum pluribus placemus, his solis haud iure displicuerimus. Xenop.

15 *Temporis notatio.*

οἷς ἀπήχθετο, quibus exosus erat. Temporis quoque notatio fit hoc casu vt εἰκοσιν ὅλοις ἔτεσιν ἀποδημήσας, totis viginti annis peregrinatus. Plato χρόνῳ δ' ὀλίγῳ πᾶσα μετέπεσε, intra tempus non longum. Dionys. Halicarnass. χρόνῳ δ' ὕστερον, aliquanto post tempore, vel temporis progressu.

ACCVSATIVVS POST VERBVM.

ACCVSATIVVM admittit quoduis verbũ a nominis ab eo deducti. μάχομαι μάχῳ, pugno pugnam. ζῶ ζωὴν, viuo vitam. δουλεύω δουλείαν, seruio seruitutem. [1] Sic Terentius:

1

Cantilenam eandem canis.

Aut nominis relatiuum: ἡ ἀδικία ἣν ἀδικῶ σε, iniuria qua te afficio.

2 QVODVIS verbum construitur etiam Accusatiuo, si subaudiatur κατά. γέγραφε τὴν εἰρημένον τρόπον, pro κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον, scripsit dicto modo. ἐποίησε ἀκριβείαν τὴν ἐνοῦσαν τρόπον, id est, κατὰ τὴν ἐνοῦσαν τρόπον, quàm fieri potuit maximè. Sic ad Philip. 4. ἀντιβάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν, pro κατὰ τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν,

2

reuiguistis in sentiendo de me. [2]

Verba adorãdi.

Miserandi.

Supplicandi.

3 ACCVSATIVO gaudent verba adorandi, τιμῶ, σέβομαι, κολακεύομαι, θωπεύω, αἰχυνόμαι. Miserandi: ἐλεῶ, οἰκτίρω, κλαίω, θρηνῶ. & Supplicandi: ἱκετεύω, λιταίνω, ἀντιβολῶ, ἐκλιπαρῶ.

Accusatiuo per synecdochen vtuntur.

4 GRÆCI passim vtuntur etiam in oratione soluta Accusatiuis per Synecdochen. πλήττομαι τὸν πόδα, percutior pedem. ἀλγῶ τὴν κεφαλὴν, doleo caput.

5 ATTI

5 ATTICI vsurpant Accusatiuum loco Datiui, vbi significant bene aut malè fieri cuipiam. οἷά με ποιεῖς, pro ἐμοὶ, *qualia facis mihi.* Matthæi 27. τί οὖν ποιήσω Ιησοῦν, τὸν λεγόμενον Χειστὸν, *quid igitur faciam Iesu, qui dicitur Christus?* ποιῶ σε ἀγαθὸν, pro ποιῶ σοι ἀγαθὸν. δρῶ σε τόδε, pro δρῶ σοι τόδε. Sic passiuè: vt enim dicunt, εὖ ποιῶ σε, sic etiam passiuè, σὺ εὖ ποιοῦμαι παρ' ἐμοῦ, pro *tibi bene fiet à me.* Sic & Actuum 12. dicitur, τί ἄρα ἐγένετο ὁ Πέτρος; *quidnam factus est Petrus?* pro *quidnam factum est Petro?* Sic item Matth. 11. πτωχοὶ εὐαγγελίζονται, *pauperes annuntiantur Euangelium*, pro *pauperibus annuntiatur Euangelium.*

Accusatiuus loco Datiui, vt placet autori. Rectius autem dixeris verba faciẽdi construi cum duobus accusatiuis.

Nota benedicere & maledicere cum Accusatiuo pro modo loquendi nõ Latinorũ, sed Græcorum.

Hinc fit, quòd ad imitationem Græcorum passim legitur in sacris literis, *benedicere, & maledicere,* cum Accusatiuo significante eum, de quo quis bene & malè loquitur, qui & ipse benedici & maledici dicitur.

6 PASSIVA insuper adsciscunt Accusatiuum cum, quem verbum actiuum habet post Datiuum acquisitiuum: vt, ἐπιτρέπεις ἐμοὶ τὴν δίκαιαν, *defers mihi arbitrium.*

Passiua habent accusatiuũ sui actiui.

Sic passiuè, ἐγὼ ἐπιτρέπομαι τὴν δίκαιαν, *ego deferor arbitrium*, pro *arbitrium mihi delatum est.* Sic 1. Timoth. 1. κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον ὃ ἐπιστεύθην ἐγὼ, *secundum Euangelium, quod concreditus sum ego*, pro *secundum Euangelium, quod mihi concreditum est.*

7 ATTICÈ ponitur Accusatiuus pro Genitiuo, ἀπορεῖ σε τὰ χρήματα, pro τοῦ χρημάτων, *prius te pecuniis.* Et conuersò, Genitiuus pro Accusatiuo: τοῦ ἅλματος ἀποψῶσα, pro τὸ ἅλμα ἀποψῶσα. Quod plerunque fit, subaudiẽdo alium casum, quem poscit oratio: vt, μὴ ἔχειν χρημάτων, id est, χρήματα. ponitur enim pro μηδὲν ἔχειν χρημάτων.

Accusatiuus loco genitiui Atticè.

Genitiuus loco accusatiui, sed ἐλλειπτικῶς.

8 GRÆCIS sunt plurima verba composita, quæ tametsi casum suum includere videantur, tamen insuper constrauntur Accusatiuo, & tum

Nota. Composita pro simplicibus sumendi.

capiun

Universidad de Deusto
Biblioteca

capiuntur pro simplicibus: οἶνον ἀνοχοεῖν, *fundere vinum*. παῖδα παιδαγωγῶ, *puerum guberno*.

Nota. Accusatiuus cũ verbis loco Aduerbij.

9 ADDITVR etiam verbis Accusatiuus nonnunquam loco aduerbiorum: ὀξὺ γράφῃς, pro ὀξέως γράφεις. καλὸν ποιεῖς, pro καλῶς ποιεῖς. καλὰ ἐβουλεύσω, pro καλῶς ἐβουλεύσω, βλέπειν μανικόν, pro μανικῶς βλέπειν. βλέπειν βλοσυρόν τι. pro βλέπειν βλοσυρῶς.

Tempus continuatum.

10 ACCVSATIVO ponitur insuper cõtinuitas temporis, vt dictum est suprà. Cæterùm nullum verbum est Græcis quantumuis intransitiuum, quod non admittat interdum Accusatiuum alicuius actionis significatiuum. ὅσα ὑβρίσθην, *in quantis affectus sum contumelia*. ὅσα ἠδικήθην, *in quantis affectus sum contumelia*. ὅσα ἠδικήθητε, *in quantis affectis estis iniuria*. πάντα ἐξηπατημένοι, *in omnibus decepti*. γεραίρομέν αὐτὸν τὰ εἰκότα, *honoramus eum, vt par est*, vel *pro dignitate*. ἀτυχῶ πολλά, ὧν δέον μαρτύρομαι, μεγάλα εὖ ἔπαθον, ἔπαινῶ σε τούτῳ, ὧν κἀγὼ τὰ τοιαῦτα ἐγκωμιάζωσι τὴν δικαιοσύνην. [3] Sic Terent. *Id operam dare*,

Nota.

Verba substantiua cũ Accusatiuo construũtur, vel κατὰ subaudiendum est.

11 ETIAM substantiuis verbis hoc pacto apponunt Accusatiuum: τοῖς παροῦσι σώζειμι τὰ εἰκότα, *cum præsentibus conuersor, vt par est, & pro dignitate*.

Verba cõstructa cum duobus Accusatiuis.

12 SVNT quæ geminum admittunt Accusatiuũ. αἰτιῶμαί σε τοιαῦτα, *obijcit contra te talia*. διώκω σε γραφὴν ταύτην, *reum te criminis huius facio*. τοιαύτας δίκας τοῦτον ἀπέφυγον παρὼν τὰ, *talibus causis hoc præsente absolutus sum*. ἐκλέγω τὰ τέλη τῶν παραπλεόντων, *exigo vectigalia à prætereuntibus nauigiis*. ἀφαιροῦμαί σε τὰ χρήματα, *auferò tibi res*. αἰσχύνομαι τοῦτον τὸν μεθύοντα, *fœdum vt hunc pudeat mutatum videri*. προκαλοῦνται ἡμᾶς φορὰν κλησιν, διδάσκει μαθητὰς ποιητικὰ, παιδεύω σε παιδείαν, ἁμαρτάνω σε ἁμαρτίαν, κλέπτω σε τὸ ἔνδυμα, ζημιῶ σε χρυσίον, κρύπτω σε τὰ ἐμὰ, δέομαί σε χρήματος, vel χρήματα, ἀφαιρῶ σε τὰ βιβλία, vel βιβλίων, ἐνδύω σε τὸ ἱμάτιον, μύω σε τὰ μυστήρια, εἰσπράττω σε χρήματα, ἀπαιτῶ σε τὰ χρήματα. Horum passiua regũt vnum Accusatiuum, vt apud Latinos.

Inter

Quæ mutãt Datiuum in Accusatiuum, & Accus. in datiuũ.

Inter ea quæ construuntur Datiuo & Accusatiuo, sũnt quę mutant Datiuum in Accusatiuum, & Accusatiuũ in Datiuum. δωρεῖταί σοι βιβλίον, δωρεῖταί σε βιβλίῳ, χαρίζομαί σοι τοῦτο, χαρίζομαί σε τούτῳ.

Hactenus de Accusatiuo.

1 SIC Herod. τίνα λέγεις λόγον. Idem ἔπεισε τὸν πρέσβυν, Barth. 2. ἰδόντες τὸν ἀστέρα, ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην, *Videntes autem stellam gauisi sunt gaudio magno valde*. Sic Latini quoque, *Suum gaudere gaudium, Duram seruire seruitutem*, & similia. Apud Aristot. in Polit. est non tantum ἀρχὴν δεσποτικὴν δέχεσθαι, *herili imperio regere*: Sed etiam passiuum ἄρχεσθαι δουλικὴν ἀρχὴν, *seruili imperio regi*. In quibus vt Pleonasmi quædam species est, ita in illis quę cum nomine aliquo sunt composita. Homer. νέκταρ ἐπινοεῖ: Isocrat. οἰκονομεῖν τὸν βίον: Sed quemadmodum in superiorum pleriſque, ita etiam in his dici potest emphasis quædam esse: Nam νέκταρ ἐπινοεῖ, significat *infundebat nectar vt pincerna qui vinum infundit*; & οἰκονομεῖν τὸν βίον, est, *vitam ita instituere, vt peritus œconomus res domesticas*. Sic 1. Corinth. 6. ἢ οὐκ οἴδατε ὅτι ἄδικοι βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι, *An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt?* id est, *regnum Dei velut hæreditatem adibunt*. At Iliad. ε, ἐχ ὅτε ἄνδρ' ἄφατον θεὸς πάντα μαίνεται, significat vel *per furorem hæc agit*, vel *in his insanit ac furit*. 2 Similis ellipsis statui potest in temporis expressione. Demosth. μεμνῆσθαι τὸν πάντα χρόνον, scilicet κατὰ *per omne vitæ tempus meminisse*. Idem, χρόνον τινὰ παρέσχεν ἑαυτὸν, *per aliquod tempus sese præbuit*. Sunt etiam multa verba quæ Accusatiuum ascisc unt per ellipsin aliarum præpositionum vt ἀφὲ apud Alex. Aphrod. ἰσχύσι τοὺς μαχάλας pro περὶ τοὺς μαχάλας. Aristo. πάντα νῦν καὶ τὸ σῶμα διαφθαρέντες, *vitiati & animo & corpore*. Sic Euripides τἄλλα δ' εὖ σεῖν χρεών, Vt & Latini quoque, *Cætera pietatem cole*, pro *in cæteris*. Et præpositionis εἰς in isto Aristopha. μηδὲν εἰπῇς φλαῦρον ἄνδρας δεξίους, Nisi quis malit Atticam esse enallagen; ij enim sæpè accusatiuum vsurpant pro Datiuo, vt Plato ἅπερ αὐτὸν δοίησαν, *quæ ipsi placeant*. Idem Epist. 7. πολλὰ κακὰ δρᾶν τοὺς ἄλλους, *multa mala cæteris facere*. In isto verò apud Pausan. 179, 23. σύνηθες τοῖσιν παῖδας, *pueros vincebat in stadio*: Ellipsis quædam clarius agnoscitur. 3 Sic Aristot. τὸν θάλατταν ἐργάζεσθαι, *mare tractare*. Sic item ἐσθίειν κρέα, οἶνον πίνειν, *carnes comedere, vinum videre*, & similia. Porrò accusatiuus interdum tribuitur verbo finito qui iure ad infinitiuum pertinebat, vt fusius infra in Infinitiuorum Syntaxi docebitur.

Atticissimus.

VOCA

VOCATIVVS POST VERBVM.

Verba imperatiui modi.

VOCATIVVM asciscunt verba imperatiui modi, & similia. vt, Hesiod. ἐργάζου νήπιε Πέρσα, *labora stolide Persa.* Atticè hîc nonnunquam nominatiuus vsurpatur. vt Marci 5. ἔξελθε τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον ἐκ τοῦ ἀνθρώπε, *exi spiritus impure.* & Sic Virg. *Adsis latitia Bacchus dator.* & Lucanus, *Degener & populus.* At in isto apud Stobæum, ἀκούετε λεώς, est præterea etiam numeri ac personæ anomalia.

DE VERBIS CONSTRVCTIS *cum diuersis casibus.*

NIHIL vetat, quò minùs eidem verbo diuersi casus apponantur diuersæ rationis.

Approbandi & reprobandi verba.

Vnde approbandi & reprobandi verbo addi potest Accusatiuus cum Genitiuo ἐλλειπτικῶς, subaudiendo ἕνεκεν, vel Genitiuus cum Accusatiuo ἐλλειπτικῶς, similiter subaudiendo κατὰ. δοκοῦσέ μοι σὺ τοῦ σοφοῦ, vel δοκοῦμαί σε τοῦ σοφοῦ. καταγινώσκω σε φόνου, vel καταγινώσκω σε φόνε. μακαρίζω σε τῆς θέας, vel μακαρίζω σε τὴν θέαν. ζηλῶ, δαιμονίζω, & similia.

Ἀγαπῶ.

Item, ἀγαπῶ construitur Accusatiuo: quia actiuum. ἀγαπήσεις κύριον τὸν θεόν σε, *diliges Dominum Deum tuum.*

Nota de ἀγαπῶ.

Et Datiuo, quando significat, boni consulo, contentus sum, ἀγαπῶ τοῖς δεδιητημένοις, *contentus sum, siue acquiesco arbitrorum sententiæ.* Quo significatu construitur Atticis etiam cum Accusatiuo ἀγαπῶ τὴν κρίσιν, *iudicio contentus nolo prouocare.* Similem constructionem habet verbum

στέργω, ἔχω.

στέργω, & ἔχω, dum est actiuum, habet Accusatiuum, ἔχω ἀργύριον, *habeo argẽtum.* Dum significat possum, exigit infinitiuum. Luc. 7. οὐκ ἐχόντων αὐτῶν ἀποδοῦναι, ἀμφοτέροις ἐχαρίσατο, *non valentibus reddere donauit vtrisque.*

ἔχω nota.

Cùm significat affectum esse erga aliquem, postulat Datiuum, ἔχω σοι, *tibi affectus sum.* Vel Genitiuum cum aduerbio, οὕτως γνώμης ἔχω, *huius sum sententiæ.* καλῶς ἔχω τοῦ σώματος, *corpore rectè valeo.* ἀπαδῶς ἔχω τῶν γραμμάτων, *rudis sum literarum.*

Nota ἄχθομαι, &c.

Dicimus etiam ἄχθομαι, χαίρω, ἥδομαι τούτοις, vel τοῦτο. πάσχω κακὰ, vel πάσχω κακοῖς. βόσκομαι τόδε, & βόσκομαι τῷδε. ἄρχομαι λόγου, & ἄρχομαι λόγε. ἐξάρχω ᾠδῆς, vel ᾠδῇ. χορεύω σε ἄρτῳ. & χορεύω σε ἄρτου. φθονῶ σοι τὸν πλοῦτον, vel τοῦ πλούτε.

QVONIAM hanc partem Syntaxeos Grammatici, vel leui tantum brachio attigerunt (facilius eam assidua authorum lectione quam præceptis vllis addiscì posse arbitrati) vel si qui fusius persecuti sunt, magno exemplorum chao indigestam molem reliquerunt: libuit totam ea qua est à nostri temporis subtili Grammatico pertractata methodo hic attexere. Cuius ferè hæc sunt verba. Verba casu variãte, significatione quoque variant vt plurimum. Herod. πατρὶ τῆς πρωρέων, *patris iniuriam vindicans*; seu, *iniuriam patri illatam vlciscens*: at Act. Apost. 26. πρωρέων αὐτοὺς, *persequens & puniens eos.* Sic Thucyd. ἀμυνόμενοι σφίσιν αὐτοὺς, *defendunt seipsos*: at Plut. ἀμυνόμενοι τοὺς πολεμίους, *propulsabat hostes.* Rursus, τὸ τῆς θερμότητος κοινωνήσαντα apud Plat. significic. actiua, *quæ se ad calorem applicarunt*: at mixta significic. Isocr. ἐκοινώνησε συμφορῶν, *calamitatum fuit particeps.* Item ἀφέξει αὐτῆς, *ab eo differt*: at ἀφέξει αὐτῷ, *eius interest, eius refert*, Thucyd. Sunt tamen quæ eadem aut certè non multum diuersa significatione casum regunt diuersum; respectu s. diuerso.

Genitiuũ & datiuum regentia manente eadem significatione.

Genitiuum & datiuum: vt Homer. Il. α, Τενέδοιο ἀνάσσεις, *Tenedum regis*; seu, *Tenedi regnum tenes*: & mox ibidem, Μυρμιδόνεσσιν ἄνασσε, *Myrmidonas rege*; seu, *Myrmidonibus impera.* Eurip. πείθομαι σέθεν, *obsequor tibi*: Plato, πειθεὶς τῷ νόμῳ, *legi obsequens.* Item Genitiuum & datiuum instrumentalem seu modalem. Nonnus, χάριτος πέπληθε, *plenus fuit gratia.* Diodor. γῆν παντοδαποῖς καρποῖς πεπλῆσθαι, *terram omnis generis fructibus abundantem.*

Genitiuum & accusatiuum.

Genitiuum & accusatiuum. Aristot. αἰσθάνεσθαι τοῦ ὀσμῶν, *sentit odores.* Idem, αἰσθάνεσθαι τὰ παρόντα, *sentiunt præsentia.* Luc. ἀκούσας τοῦ μύθου, *cùm sermonem istum audisset.* Idem, ἀκούσεσθε τὰ μὲν πρῶτα, *audietis sequentia.* Aristoph. ὄζω μύρου, *oleo vnguentum.* Dioscor. ὄζουσι γεώδες, *terreum quiddam olens.* Plut. ἐξάρχων ἐπινικίου παιᾶνος, *incipiens pæana victoria.* Xen. ἐξῆρχε παιᾶνα τοῦ νομιζομένου, *incepit solennem pæana.* Sic Isocr. τοῦ φιλίας τοῦ πατρικῆς κληρονομεῖν: at Matth. 19. ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει. Eius generis sunt etiam μιμνῄσκεσθαι *meminisse*, ἐπιλανθάνεσθαι *obliuisci*: item θαυμάζειν *mirari*, καταφρονεῖν *cõtemnere*: μεταδοῦναι *communicare*, μετέχειν *commune habere*, ἀπολαύειν *frui*

frui seu *fructum percipere*, & similia.

Genitiuum, datiuum & accusatiuum.

Genitiuum, datiuum, & accusatiuum admittere dicuntur θαυμάζειν *mirari*, ἀπολαύειν *frui*. itidemque affertur πάσχω τῶν κακῶν, πάσχω τοῖς κακοῖς, & πάσχομαι τὰ κακά. Sed eorum pars suspecta est, pars vt structuram, ita & signif. habet diuersam. Vt enim de postremo tantum agam, δεινὰ πάσχειν est *atrocia pati*: at κακῶς πάσχειν τοῖς χρήμασι, *mulctari pecuniis*. Aptius exemplũ petemus à verbo μέμφεσθαι. cum genit. enim Thuc. dicit, ὧν οὐδεὶς ἐμέμψατο, *quos nemo vituperauit*. cum accus. Plato, τὰ τοιαῦτα μεμφεσθαι, *talia reprehendere*. cum dat. & to accus. idem, τοῦτο αὐτοῖς ἄξιον μέμφεσθαι, *in hoc merito incusantur*. Temporis quoque notatio triplici casu fit; vt in superioribus expositum: sed significatio tamen plerumque diuersa.

Datiuum & genitiuum.

Datiuum & genitiuum. Herodot. πείθομαι τῇ γυναικί, *obsequens mulieri*: vt etiam Plato, πείσει τῆ παρρησίᾳ. at Eurip. πείθομαι σέθεν: sicut etiam Agathon, ὡς ἡδύ, τὸ φυσαντων πείθεσθαι τέκνα, *quàm iucundum est natos obsequi parentibus!* Huc referri queant etiã ista; Homer. νήσων ἡγήσασθαι ἐς Ἴλιον: vt Aristoph. Pluto, τοῖς τύφλοις ἡγεμεύειν: at Xenoph. τῶ πόλεως ἡγεῖσθαι, vt Homer. quoque Παφλαγόνων ἡγεῖτο. Sed ibi structuræ diuersitas nasci videtur potius è diuersitate significationis. nam ἡγεῖσθαι cum datiuo significat *Praire*, *Ducere*, cum genitiuo autem, *Praesse*.

ἡγεῖσθαι cũ genitiuo & datiuo.

Datiuum & accusatiuum.

Datiuum & accusatiuum: Matth. 15. ἐκέλευσε τοῖς ὄχλοις ἀναπεσεῖν: & cap. 14. κελεύσας τοὺς ὄχλους ἀνακλιθῆναι, *iubens turbam vt recumberent*. Aristoph. λοιδορήσαι τοὺς πονηρούς: Xenoph. ὁ θεῖος αὐτῷ ἐλοιδορεῖτο, *conuitiis eum incessebat, conuitia ei dicebat*. Sic Plato ἐμποδίζειν τὴν θήραν, *impedire venationem seu inuestigationem*: at Aristot. ἐμποδίζειν ἀλλήλοις, *impedient se mutuo*. His adde ista; Ioan. 3. χαρᾷ χαίρει: & Matth. 2. ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην. vt apud Latinos quoque *Gaudere gaudium*, & *Gaudere gaudio*. Sic apud Aristot. τῇ αὐτῇ κινήσει κινεῖσθαι, & κινεῖσθαι τὴν αὐτὴν κίνησιν: item βιαίᾳ φορᾷ φέρεσθαι, & φέρεσθαι φορὰν βιαίαν: aliaque consimilia; quæ apud Latinos etiam vtroque modo efferri solent.

VERBA CVM DVPLICI CASV.

DVPLICEM etiam casum ascisc unt verba permultra; ac plerumque alterum personæ, alterum rei; nonnunquam tamen vtrumque personæ, vel vtrumque rei; sed ita vt alter tantum actionis passionisve regimen obtineat.

Genitiuum cum datiuo.

Genitiuum cum datiuo: Isocr. προτρέχεις τῷ ἄλλων τῇ φρονήσει, *antecelles ceteros prudentia*. Dionys. Halicarnass. λειπόμενος ἀρετῆς οὐδενός, *nulli virtute inferior*. Plutarch. ὑστέρησαν τῇ μάχῃ ἡμέρᾳ μιᾷ, *vno die tardius venerunt quàm committitur est prælium*; seu, *venerunt postridie prælij*.

Genitiuum

Genitiuum cum accusatiuo.

Genitiuum cum accus. Aristoph. βύρσης κάκιστον ὄζων, *pessimum corij odorem referens*. Idem, δέομαί σε τοῦτο, *hoc abs te peto*. Xenoph. πολλῶν τοῦτο ἀκηκόειν ἔφη, *è multis se hoc audire dixit*. Aristoph. ἀπέλαυσ' αὐτοῦ ἀγαθὸν οὐδέν, *nihil ex eo percepi boni*. Diog. L. μῶν τι σε κατέλησται; *num quid in te effudit?* At in isto, τὸ φαῦλον διαφέρειν οὐδέν, *nihil à malis differre*, ellipsis dici potest præpos. κατὰ. sensus enim est ἐν οὐδενὶ, *nulla in re*.

Datiuum cum genitiuo.

Datiuum cum genitiuo: Anacr. οὐ μοι μέλει Γύγαο, *non est mihi curæ Gyges*; seu, *nõ curo Gygem, nec Gygis opes*. Sic verba participandi, communicandi, inuidendi, irascendi, ignoscẽdi, & similia: præsertim in quibus subaudiri potest μέρος, *pars*, aut περὶ seu ὑπὲρ, *de, ob*. Plato, κοινωνεῖν αὐτῷ τοῦ βίου παντὸς, *tota vita cum eo consuescere*. Xen. μεταδιδόναι τοῖς φίλοις τοῦ βάρους, *amicis dare partem oneris*. Phocyl. μὴ φθονήσῃς ἀγαθῶν ὑποθήσις, *ne inuideas socijs bona*. Isocr. ἀμφισβητῶ σοι τοῦ χωρίου, *contendo tecum de prædio*. Plutarch. ἐξισάζομεν αὐτῷ τῆς ἡγεμονίας, *cedens illi imperio*. Sic μεμφεσθαι, συγχωρεῖν, παραχωρεῖν & similia.

Datiuum cum accusatiuo.

Datiuum cum accusatiuo: Xenoph. συνειδὼς αὐτῷ πολλὰ καὶ πονηρά, *conscius sibi multorum malorum*. Aristoph. τῷ γὰρ λοξίᾳ μεμφὼν δικαίαν μέμφομαι τούτῳ, *Apollinem in hoc iure possum incusare*. Isocr. ἃ τοῖς παισὶ τοῖς ἑαυτῶν αὐ συμβουλεύσας, *quæ tuis ipsius liberis consulueris*. Hesiod. οἳ αὐτῷ κακὰ τεύχει ἔοικε, ἄλλῳ κακὰ τεύχων, *sibi ipsi mala struit, qui alij mala struit*. Xenoph. τοῖς φίλοις τὰ δίκαια βοηθεῖν, *amicis opem ferre in rebus iustis*. Plato, εἰ πείθομαί σοι ταῦτα, *non credo tibi hac*: seu *in his*. potest enim in his duobus posterioribus ellipsis dici præpositionis ἐς, κτ, vel consimilis.

Accusatiuum cum genitiuo.

Accusatiuum cum genitiuo. Aristot. οὐδ' αὐτὸν τὸ κάλλιστον ἀπηξίωσε, *nec eam dedignatus est pulcherrimis*. Chrysost. πολλῆς τιμῶμεν τὴν ἡμετέραν τιμώμενοι φιλίαν, *magni amicitiam nostram æstimans*. Aristoph. γράφομαί σε παρανόμων, *accuso te iniuriæ*. Sic verba Damnandi & Absoluendi: item Liberandi, Prohibendi seu Arcendi, Eiiciendi, Priuandi; & contra: Implendi, Satiandi: præterea Permutandi, Emendi, Vendendi, & similia. His adde in quibus est partis significatio, subaudita præpositione ἐκ. Aristoph. Pluto, τὸ ὀρχεῶν κρεμῶμεν τὸ Λαερτιάδε, *Laërtiadem suspendemus è testiculis*. Item in quibus est ellipsis quædam causalis aduerbij ἕνεκα: vt ζηλῶ σε τὸ σύνεσθαι: δύσδαιμονίζω σε τὸ τύχης, *beatum te iudico ista fortuna*; id est, *ob istam fortunam*.

Accusatiuum cum datiuo.

Accusatiuum cum datiuo. Plutarch. διαλλάττει τὰς πόλεις ἀλλήλαις, *ciuitates inter se conciliat & consociat*. Aristot. διαφέρειν αὐτοὺς ἀλλήλοις, *alterum apud alterum traducere* seu *ca-*

lumniari. Plutarch. ἐπεῖχε τὸν γνώμονα τῷ πολέμῳ, *intendebat animum bello.* Libanius, κώνωπα ἐλέφαντι παραβάλλειν, *culicem elephanto conferre*, id est, *cum elephanto comparare.* & similia infinita. Item cum datiuo instrumentali seu modali. Plutarch. ἐφιέναι χάριτας τοῖς ἀδικίας ἀνθρώπων, *hominum iniurias condonare*, vel *cohibituros esse litteris*; id est *per litteras.* Luc. οἶνῳ ἰσχνὸν μεθύσκειν, *cùm se inebriasset vino.*

Idem casus geminatus.

Geminari etiam idem casus solet nonnunquam, vel rei, vel personæ, vel alterutrius.

Genitiuus geminus.

Genitiuus geminus. Æschines, κατηγορῶ σε ἁπάντων τῶν πεπραγμένων, *accuso te de omnibus quatuor.* Phalaris, κατηγορῶ μου τῆς ἀναλγησίας, *accuso me indolentiæ*, in quibus est ellipsis præpos. ὑπὲρ seu περὶ: vt declarat istud Demosth. περὶ ὧν μου κατηγόρουν, *de quibus* (seu, *ob quæ*) *me accusabant.*

Datiuus geminus.

Datiuus geminus. Demosth. σαυτῷ σαυτὸν ἀδικοῦντι, *conscius tibi eras iniuriæ*; seu, *conscius tibi eras te iniustè facere.* Idem, τούτῳ μοι προσέχετε τὸν νοῦν, *huic mihi mentem attendite*: id est, *huic quæso animum aduertite.* Sed est hîc alter datiuus interdum instrumentalis seu modalis. Aristot. Rhet. Alex. Συρακουσίοις τιμήσειν σύνεια βοηθήσαντες, *Syracusanis honorem tribuerunt ob opitulati.*

Accusatiuus geminus.

Accusatiuus geminus. Xenoph. διδάσκειν τοὺς πολίτας τὰ συμφέροντα, *docere ciues quæ conducunt seu prosunt.* Lysias, τὴν θυγατέρα ἐκρυπτε τὸ θῆλυ τοῦ ἀνδρός, *filiam celabat mortẽ viri.* Sic verba Postulandi, Exigendi. Aristoph. ἀπαιτῶν μου χρήματα, *pecunias me postulans.* Æschines, τὰ τέλη τῶν παραπλεόντων ἐξελογᾶτο, *vectigalia exigebant à prætereuntibus.* Hac structura efferũtur præterea verba Rogandi, Interrogandi, Accusandi & Euadendi, Impertiendi & Implendi; & contra Adimendi ac Priuandi; Induendi & Exuendi; Arcendi & Prohibendi; denique Faciendi seu Afficiendi. Accus. geminus cum datiuo. Demosth. παράδειγμα ποιησάμενοι τοῦτον τοῖς ἄλλοις, *hunc ceteris statuentes exemplum*; id est, *pro exemplo.*

Accusatiuus geminus cum datiuo.

Verba casus geminantia secũdum casum variè elatum patiuntur.

In his posterior casus variè interdum effertur. Genitiuo & accusatiuo: vt Demosth. ἐγκαλεῖν αὐτῷ μισθώσεως, *incusare illum elocationis nomine.* Plutarch. ἐνεκάλουν αὐτῷ προδοσίαν, *accusabant eum proditionis.* Sic ἀμφισβητεῖν, & similia contendendi atque accusandi verba. Item verba participandi & communicandi. Thucyd. μεταδιδόναι τῶν κινδύνων τοῖς πολίταις, *pericula cum multitudine communicare*: at Herod. μεταδιδόναι Εὐρυβιάδῃ πάλαιζε πέντε, *impertit Eurybiadi quinque talenta.* Rursum Plato, μετέχοι τῶν πραγμάτων αὐτοῖς: at Aristoph. ὁ χρὴ μετέχειν τοῖς ἴσοις πολίταις ἐμοί. Cum verò Demosth. dicit κοινωνεῖ σοι ὧδέ, ellipsis videri potest præpositionis κατὰ: quæ in aliis quoque frequens est. Eandem structuram sequuntur etiam

etiam verba significationis contrariæ, Inuidendi, & similia. Item ea quę præter accusatiuum personæ, habent rei modo genitiuum, modo accusatiuum: vt sunt verba Accusandi, Implendi, Priuandi, & similia. vt δίκαιόν σε φόνου: & δίκαιόν σε τοῦτων τῶν χρεῶν. Sic Plutarch. δῆλος ἐγένετο πρὸς ἐλαύνοντας: at Eurip. βάλῃ σε γόμου μέρη; *vis vt tibi vinum gustandum præbeam?* Rursum Xenoph. ἀδένα ἀγαθῶν ἀποτέρηται: at Aristot. αὐτὸν ἀποτερεῖ τῶν παρακαταθήκων, *priuat seu fraudat eum depósito.* Genitiuo & datiuo: vt Chrysostom. ὁ μὴ χρημάτων, μηδὲ ἄλλου τινὸς τοιούτου, ἀλλ' ἰδίῳ θανάτῳ τὸ πρόβατον περιαιρούμενος, *qui non pecuniis, nec alio huiusmodi pretio, sed sua morte gregem redemit.* Sic etiam verba Implendi, & similia. Datiuo & accusatiuo: vt, πίμπλημί σε γάλακτι, & πίμπλημί σε γάλα. itidem σίτιζω, χορτάζω, & huius generis alia. Sic Psalmo 50. ῥαντιεῖς με ὑσσώπῳ: at Numer. 8. περιῤῥαντεῖν αὐτοὺς ὕδατι. Quædam triplici casu. Genitiuo enim Isocr. dicit, γεμίσαι τοὺς νεὼς σίτου: datiuo Eustathius, μύθοις μεμυημένος: accusatiuo autem Psal. 147. σῖτον πυρὸς ἐμπιπλῶν σε, *implens te adipe frumenti.* Interdum pro posteriore casu ponitur verbum infinitiuum, aut præpositio cum suo casu. Chrysost. τὸν ἱερωσύνην αἰτιᾶσθαι τούτων τῶν κακῶν, *sacerdotium accusare horum malorum.* Idem, εἰς ὑπερφανίαν αἰτιώμενος τοῦτον, *superbiæ hunc accusans.* Æschines, αἰτιώμενός τινας ἐμποδίζειν, *incusans quosdam sibi obstare.*

Personæ quoque casus variatur interdum. In quo genere verbum auferendi triplicem habet structuram. Simplici enim ratione Homerus dicit, σῖτον ἀφ' σφιν ἀφεῖλε: Ratione præpositionis Xenophon, τῶν ἄλλων ἀφαιρούμενος χρήματα: Atticè Galenus, τὸν ζωὸν ἀφελέσθαι τὸν ἄνθρωπον. De præpositionum in verbis regimine, deque earundem transpositione & ellipsi, dicetur infra.

Verbi auferẽdi triplex structura.

Reciproca etiam in quibusdam structura est. Aristot. enim dicit περιβάλλειν τῇ πόλει τεῖχος: at Dionys. Halicarnass. & Pausan. τὴν πόλιν περιβάλλειν τείχει καὶ πύργοις. vt Latini quoq; *Vrbi murum circumdare*, & *Vrbem circumdare muro.* Sic Xenoph. τῷ Ὑρκανίῳ ἵππον ἐδωρήσατο, *Hyrcanio equum donauit*: at Dionys. Halicarnass. δωρεῖται τὴν κόρην ἵππῳ πολεμιστῇ, *donat virginem equo bellatore.* Sic Thucyd. ποιεῖσθαί τινι ὀργήν: at Demosth. ποιεῖσθαί σε ὧν ὀργῆς, *irascor tibi.* Rursum personaliter, μέλει μοι τούτου, *hoc mihi curæ est*; & impersonaliter, μέλει μοι τούτου, *est mihi cura huius*: nulla significationis differentia.

Structura reciproca.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE CONSTRVCTIONE VERBORVM IVXTA GENERUM diuersitatem.

Actiua passiuè significantia.

PLVRIMA verba actiua sortiuntur Græcis significationem [1] passiuorum, quare & eorundem obtinent constructionem. ἀπαλλάτλω, pro ἀπαλλάτζομαι, *defungor, liberor.* ἀπαλλάτλω ὑπὸ σοῦ, *liberor abs te.* τελῶ, *censeor, contribuorq;.* τελῶ εἰς ἄνδρα, *censeor inter viros.* ἀναλαμβάνω, *recreor.* ἀνακάμπλω, *reflector.* ἐπανακάμπλω, *idem,* ὑπανακάμπλω, *flector.* ὑπαναστρέφω, *reflector.* ἀνταποδίδωμι, *vicissim reddor.* ἀποδίδωμι, *reddor.* ἐξαλλάτλω, συναλλάτλω, συνάπλω, *coniungor.* ἀνιστρέφω, *retrorsum agor.* ὑπλιάζω, pro ὑπλιάζομαι, pro ἐξυπλιάζομαι, ἐπέχω, *retineor, sistor.* ῥίπλω, *iactor.* ἀσκῶ, *exerceor.* κρύπλω, *occultor.*

Nota actiua passiuè significantia, gratia breuioris sermonis absolutè posita.

Quandoque etiam compendio sermonis sortiuntur absolutorum constructionem. μεταλλάτλω, pro *morior*, seu *migror* dicunt, subaudientes τὸν βίον μεταλλαχὼς, *defunctus.* καταστρέφω, quod significat *finem facio*, pro *desino* dicunt, & pro *morior.* ἀποτείνω, pro *longam operationem habeo.* καταλύω, pro *morior.* hoc est, καταλύω τὸν βίον. Quomodò & Latini hoc verbum, *verto*, absolutè accipiunt pro *euenio*, quemadmodum apud Terent.

Quæ res tibi malè vertat.

Passiua actiuè significantia.

QVEMADMODVM actiua, vt dictum est, sortiuntur nonnunquam passiuorũ constructionem, sic & econtrariò passiua sortiuntur Atticis quandoque constructionem Actiuorum, [2] κολάζομαι, pro κολάζειν. τοῖς χρήμασι ἐγκαλεῖσθαι, pro ἐγκαλεῖν. τὸν εἰς τὰς δεινοτάτας ἀτυχίας ἐμβεβληκότα τὴν πόλιν, pro ἐμβεβληκότα τὴν πόλιν, *qui ciuitatem in grauissima infortunia coniecit.* ὡς εἰς τὰς ἀκροπόλεις παρεῖνθ', pro παρείκασι, *quos in arces admiserunt.* σωίς ανθ' ἱς ἑς, pro σωις ᾶσι. ἀντεῖλε, pro ἀνεῖ. αι. παρεπᾶτο, pro παρέπατα, *insultabat.*

VERBIS

Neutra passiuè significantia.

VERBIS neutris, quamuis absolutis, vtuntur pro passiuis, eandémque cum illis constructionẽ eis tribuunt. ἀποθνήσκειν ὑπὸ τῆς δικασῶν, τελευτήσας ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, συμπέπλωκεν ὑπὸ τούτου τοσαύτης συμφορᾶς.

Media cũ constructione actiuorum, & passiuorum, quia tam actiuè, quàm passiuè significant.

Media habent constructionem actiuorum & passiuorum, quia tam actiuè, quàm passiuè significant. βιάζομαι τὸν φίλον, *violo amicum.* & βιάζομαι ὑπὸ τοῦ φίλου, *violor ab amico.* ἄγομαί σε, *duco te.* ἄγομαι ὑπὸ σοῦ, *ducor abs te.*

Datiuus post verb. passiuum sine præpos.

[1] PASSIVORVM proprius casus (vt supra, in verbis quæ genitiuum regunt diximus) est genitiuus cum præpositione ὑπὸ, παρὰ, πρὸς. Dionys. Halicarnass. τὰ ὑπὸ ἐμοῦ γραφόμενα, *eorum quæ à me scribuntur.* Idem, τὰ παρὰ τῆς βουλῆς ὁμολογηθέντα, *ea quæ à Senatu promissa seu concessa erãt.* Idem, ἀγνοοῦνται πρὸς Ἑλλήνων, *ignorantur à Græcis.* Interdum datiuus sine præpositione. Demosth. τὰ ἐμοὶ πεπραγμένα, ἃ μεμνῆσθαι, *eorum quæ à me acta sunt.* Sic Virg.

Nulla tuarum audita mihi, neque visa sororum.

Priorem structuram retinent interdum etiam verbalia passiua. Aristot. De gen. & corr. ποιητικὰ ἀλλήλων, καὶ παθητικὰ ἀλλήλων, *& à se inuicem patiuntur*, seu *afficiuntur.*

Quæ in actiua diathesi duplicem accusatiuum habuerũt, personę & rei, ea rei accusatiuum in passiua forma retinent. Paus. 94. 34. διδάσκονται τὴν ἄλωσιν τὴν Σπάρτης, *Sparta capiendæ rationem edocentur.* Plutarch. ἀπαιτούμενοι τὰ ἐνέχυρα, *cum reposcuntur ab eis pignora deposita.* Dionys. Hal. ἃ ἀφῃρέθημεν ὑπὸ αὐτῶν, *quæ nobis ab illis impacta sunt calumniæ.* Hanc structuram imitantur etiam ea interdum, quę in actiua diathesi cum rei accusatiuo habent datiuum personæ. Luc. ὡς ὁ Ἄρης ἐπιτραπῇ τὴν δίκην, *si Marti permittatur arbitrium.* Dionys. Hal. κομισθῆναι Ταρκυίνιον τὰς πελέκεις, *allatas esse Tarquinio secures.* Aristoph. ἐξεκόπην τὸν ὀφθαλμὸν λίθῳ, *excussus mihi est oculus lapide.* [2] Passiua, cum actiuorum & neutrorum significationem induunt, structuram quoque illorum sequuntur. Xenoph. ποιεῖσθαι ἑαυτῷ φίλον, *amicum sibi facere.* Luc. 20. ἐφοβήθησαν τὸν λαὸν, *metuerunt populum.* Plutarch. ἐκπλαγεὶς τὸν πλῆθος, *nauium multitudinem reformidans*; vel etiam, *nauium multitudine perterritus.* At ἐκπλαγεὶς πνίαν apud Dionys. Halicarnass. partim hac regula potest excusari, partim ellipsi infinitiui verbi φέρειν, aut alius consimilis. Quintilianus quoque sic dicit, *Quæ si quos grauabitur.*

IMPERSONALIVM SYNTAXIS.

IMPERSONALIA personalium structuram sequuntur. Demosth. δεῖ γὰρ χρημάτων, *opus est enim pecuniis.* Horum etiã quædam diuersum casum admittunt, respectu diuersi. cum enim dicitur συμφέρει ὑμῖν ποιεῖν, *conuenit vobis facere,* impersonale respicit nomen: cùm vero dicitur συμφέρει ὑμῶς ποιεῖν, *conuenit vos facere,* impersonale respicit verbum infinitiuum. Quædam & impersonaliter efferuntur, & personaliter. vt, δεῖ μοι χρημάτων, *opus est mihi pecuniis*: &, δέομαι χρημάτων, *opus habeo pecuniis.* sic μεταμέλει μοι τούτου, *pœnitet me huius rei*: & μεταμέλομαι ἐπὶ τούτῳ, *pœnitentia ob hoc ducor.*

DE CONSTRVCTIONE MODORVM.

Indicatiuus pro Optatiuo.

INDICATIVO vtuntur nonnunquam loco Optatiui. Gregor. ἄδηλον ὂν, εἰ προσήσει, *incertum erat, si admissurus erat,* προσήσει dixit, pro προσήσοι.

Indicatiui Græcorum pro Subiunctiuo Latinorum.

Per Indicatiuum etiam multa dicunt, quæ Latini efferunt per Coniunctiuum. οὐδ' ἐποίησα οὐδέν, ἐφ' ᾧ ἠσχύνθη, *neque feci quicquam, ob quod erubuerit, vel erubescere debuerit.* Χριστιανῶν οὐδείς ἐστιν, ὃς τις μὴ ἐβαπτίσθη, *nullus est Christianus, qui non sit baptizatus.* Quod etiam per Optatiuum dici potest, addito ἄν, ὡσπερεί, hoc modo, Χριστιανῶν οὐδείς ἐστιν, ὃς τις μὴ βαπτισθείη ἄν.

Optatiuus cum ἄν vocula significante potentiã futur. tempus connotat.

PLERVMQVE etiam verbum Optatiuũ constructum cum particula potentiali ἄν, habet sensum futuri, ὅ, τι ἂν ποιήσειε, *quod facere possit, vel poterit.* Sine ἄν verò, quandoque capitur pro præterito, ἃ δέοι, *quæ opportuna erant.*

Quandoque verò propriè, hoc est, Optatiuè, & ei vel additur εἴθε, vel subauditur. εἴθε γράψειεν, *vtinam scriberet.* μὴ σύγε τοιούτῳ κειτῆ τύχοις, *absit vt in huiusmodi iudicem incidas.*

Optatiuus pro indicatiuo.

Optatiuus præterea sæpe ponitur pro indicatiuo. Plat. in Prot. ἔλεγες γὰρ, ὅτι ὁ ζεὺς ἢ δικαιοσύνῃ, καὶ τῷ αἰδῶ πέμψειε τοῖς ἀνθρώποις: πέμψειε dixit, pro ἔπεμψε.

Hoc

Optatiuus post ὅτι, &c.

Hoc fit plerunque, vbi Optatiuus construitur post ὅτι, & ὥσπερ, & ὡς, & ὅσοι, & ὅτι, & ὅτε, & ὥς: vt, ὃς τοὺς ἄνδρας κατακρημνήσειε. id est, κατακεκρημνήκοι, *qui præcipitauerat.* Id autem adeò valet apud Græcos, vt

Nota.

etiam futuro Optatiuo vtantur de præterito loquentes. Xenophon: οἱ δ' ἀπεκρίναντο ὅτι καὶ αὔριον ἔφθειν, εἰ παραδοῖντο καταληφόντες, id est, *cõprehensuri essent.*

Optatiuus pro Subiunctiuo.

Accipitur etiam Atticis pro Coniunctiuo: vt, ἐὰν ἔλθοις, pro ἔλθῃς.

Subiunctiuus etiam sub voce præsenti futurũ connotat.

MODVS Coniunctiuus sæpe accommodatur futuro, etiã in voce præsenti: ὁπόσα βούλῃ, *quæcunque volueris,* ὅς ἂν ἐθέλῃς, *quoscunque volueris.* ὅσῳ ἂν πλεονάκις εἰσίῃς εἰς ἐμέ, id est, *ingressus fueris, vel adieris.*

Cum subiunctiuis subauditur ἵνα, &c.

In verbis Coniunctiuis sæpe subauditur ἵνα, vel aliud quidpiam simile. Chrysost. concione 2. de Fato, ἑτέρως λυμαίνῃ τὸ πεῖθειν ὁπηχειρῶν, vt *alio pacto noceat, persuadere conatur.*

Interrogatiua cũ subiunctiuo.

Coniunctiuis construuntur interrogatiua dubitatiuè accepta. πότερον σιωπῶ; *an sileam?* τί λέγω; *quid dicam?*

Et in vniuersum, omnis interrogatio admittit verbum coniunctiuum. βούλει εἴπω; *vis dicam.*

Præteriti Subiunctiui varius vsus.

Coniunctiuo præteriti perfecti vocis actiuæ rarò vtuntur Græci, & loco eius plerumque ponunt participium, vt latiùs patebit.

Infinitiui constructio duplex, primum τελικῶς cõstruitur, &c.

INFINITIVVS cõstruitur Græcis dupliciter: Primùm τελικῶς, quãdo scilicet infinitiuus potest resolui per ἵνα, id est, vt, quia finem denotat. διδάσκω σε διαλεγέσθαι, *doceo te disputare,* id est, *vt disputes.* δέομαί σε βοηθῆσαι, *precor te iuuare,* id est, *vt iuues.* δίδωμί σοι ἀργύριον, πρίασθαι ὧν ἂν δέῃ, *do tibi pecuniam, emere quibus indiges,* id est, *vt emas ea quorum indiges.* κοινωνῶ σοι ἀγαθῶν, μὴ φθονερὸς εἶ δοκεῖν, *communico tibi bona, ne inuidus esse videar.* Sic Matthæi cap. 7. βλέψεις ἐκβαλεῖν τὸ κάρφος, *videbis eycere festucam,* hoc est, *videbis vt eycias festucam.* Latinis verò vi-

Universidad de Deusto Biblioteca

Infinitiuis additur ὡς vel ὥστε, vel articulus τοῦ ἐλλειπτικῶς desiderato ἕνεκα, vel præpositio cum articulo.

det eiicere, qui videt eiicientem. Quandoque tamen maioris declarationis causa addendum ὡς vel ὥστε, vel articulus Genitiuus τοῦ, ἐλλειπτικῶς, deficiente ἕνεκα, vel præpositio vnà cum articulo, prout vsus exegerit. παρακαλῶ σε ὡς τυχεῖν, vel παρακαλῶ σε τοῦ τυχεῖν, vel παρακαλῶ σε ἐφ' ᾧ τυχεῖν τιμῆς καὶ δόξης, *hortor te, vt assequaris honorem & gloriam.*

Infinitiuus secundò construitur εἰδικῶς.

Secundò construuntur εἰδικῶς, quando scilicet potest infinitiuus resolui per ὅτι, *quòd.* λέγω Σωκράτη γεγονέναι σοφὸν, *dico Socratem fuisse sapientem*, hoc est, *dico quòd Socrates fuerit sapiens.* Hoc secundo modo construuntur infinitiuis verba προαιρετικὰ, hoc est, electionis & voluntatis expressiua: vt sunt θέλω, βούλομαι, προαιροῦμαι. Et verba ἐφετικὰ, hoc est, desideratiua: vt sunt, ἐφίεμαι, ὀπτιθυμῶ, ἱμείρομαι, ὀρέγομαι, γλίχομαι, ἔλδομαι.

Nota.

προαιρετικὰ & ἐφετικὰ verba cum infinitiuis.

ἐφετικὰ verba cõstruuntur infinitiuo cui præfigatur articul⁹ genitiui casus:

προαιρετικὰ cum infinitiuo, cuius nullus sit antisites articulus.

προαιρετικὰ & ἐφετικὰ cũ infinitiuis præsentibus & aoristis.

Inter quæ hoc interest, quòd hæc quidem iungantur Infinitiuo præfixo articulo Genitiuo τοῦ. ἐφίεμαι τοῦ ἀναγινώσκειν, ὀπτιθυμῶ τοῦ ἰατρεύειν. Illa verò sine articulo, θέλω γράφειν, βούλομαι λέγειν.

Cæterùm προαιρετικὰ verba, & ἐφετικὰ construuntur Infinitiuis præsentibus & præteritis. προαιροῦμαι φιλοσοφεῖν, βούλομαι ἐᾶν, βούλομαι ἐλθεῖν, θέλω, ὀπτιθυμῶ, κελεύω, ἀξιῶ, ὁρμῶ, & similia.

Quæ polliceri & expectare significant, cũ futuro construuntur.

Quæ verò significant pollicitationem aut expectationem, construuntur cum Futuro, ἐπαγγέλλομαι ποιήσειν, ἐλπίζω γνώσεσθαι, προσδοκῶ ἔσεσθαι. In quibus cùm ἂν particula potentialis additur, præteritum Infinitiuum futuri locum obtinet, vt infrà dicetur, vbi de huius particulæ constructione loquemur. ἐλπίζω σφόδρ' ἄν σε ἐργάτην ἀγαθὸν γνῶναι, id est, γνώσεσθαι.

Nota naturam potentialis particulæ ἂν.

Verùm προσδοκῶ & ἐλπίζω, vbi quidem secundum se manent, construuntur cum Futuro, vt dictum est, & cum præsenti. προσδοκῶ ἐλθεῖσθαι, vel ἔρχεσθαι, ἐλπίζω ἐλθεῖσθαι, vel ἔρχεσθαι. Vbi verò resoluun

soluuntur, cõstruuntur cum Futuro* & Præterito προσδοκίαν ἔχουσι σωθήσεσθαι, vel σωθῆναι. ἐλπὶς ἔστιν αὐτὸς ὕτω φοβηθώσιν, vel φοβηθήσεσθαι. ἐλπὶς ἦν βέλτιος γνῶναι, vel γνώσεσθαι.

* *Et ἀορίστῳ dicendum erat.*

Εὔχομαι, δέομαι, ζητῶ, construuntur cum * Præteritis. δέομαι συγκαταγεῖν ὑμᾶς, ζητῶ κατελθεῖν.

* *Vel potius τῷ aoristῷ.*

Impersonalium constructio.

Impersonalia construuntur Infinitiuis præsentibus, vel aoristis, sed nunquam futuris, etiamsi de futuro fiat sermo: vt, δεῖ φάναι, *oportet dicere.* χρὴ λαβεῖν, *oportet accipere.* ἐνδέχεται εἶναι, *licet esse.* φιλεῖ γνῶναι, *solet fieri.*

μέλλω cum infinitiuis præsentibus & futuris & aliquãdo cũ aoristis, cũ perfectis nunquã.

Verbum μέλλω construitur etiã infinitiuis præsentibus & futuris. μέλλω δρᾶν, vel μέλλω δράσειν, *sum facturus.* Interdum etiam cum Aoristo: μέλλω γνῶναι, *ero.* Sed cum perfecto nunquam.

Nota φημὶ, &c.

φημὶ, ὀμνύω, ὅρκω, cùm de præterito fit sermo cum præterito construuntur. ὀμνύω δεδωκέναι, *iuro dedisse.* Cùm verò de futuro fit sermo, construuntur cum futuro, ὀμνύω δώσειν, *iuro me daturum.*

Et in reliquis similiter, quorum significatio nec in præteritum, nec in futurum per se spectat, tam præteritis, quàm futuris vti licet. Futuris quidem vbi res in futurum confertur, nisi ἂν potentialis addatur, vt infrà patebit. ὑπεσχόμην χορηγήσειν, *promisi me daturum.* ἔφη δώσειν ἀργύριον, *dixit daturum se argentum.* προσποιεῖται & πράξειν τι, *simulans se aliquid moliturum.* Vbi verò res non refertur in futurum, vtendum erit præteritis aut præsentibus: οὐκ ἐτόλμησε παρακαταβαλεῖν, *non ausus est sponsionem facere.* δεινὸς ψεύσασθαι, καὶ εἰπεῖν, *fallacissimus & facundissimus.* δεινὸς φαγεῖν, *voracissimus.* οἱ νόμοι παραχάραξαν δεδώκασι, *leges excipere permittunt.* In quibus interdũ præsenti vtuntur pro præterito, διδάσκων αὐτὸς ἔφη, *docuisse se dixit.* ἔφη αὐτὸς ἀκούειν, *dixit se audiuisse.*

Infinitiuus cum verbis motus ad locum.

Infinitiuus construitur verbis motus ad locum. Matthæi 5. οὐκ ἦλθον καταλύσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι τὸν

νόμου, non veni ad ſoluendum, ſed ad implendum legem. Ioan. cap. 14. πορεύομαι ἑτοιμάσαι ὑμῖν τόπον, vado paratum vobis locum. Cui quandoque additur præpoſitio, πρὸς, cum articulo neutro. ἔρχομαι πρὸς τὸ παρακαλεῖν, vado oratum.

Infinitiuus cum infinitiuo.

Conſtruitur etiam Infinitiuus cum altero infinitiuo, ὁρῶ σε μελετᾶν ἀναγινώσκειν, video te meditari vt legas.

Relatiua cum infinitiuis.

Nomina relatiua iunguntur Infinitiuis. οἷος δ' ἀφράναι, pro οἷος ἀφράνειν, vel pro οἷος ἀφρανεῖν δύναται ἀν, quale poſſit afficere gaudio. οἱ θεοί εἰσιν οἷοι μὴ μεταβάλλειν, dij ſunt, qui non mutentur. τοιοῦτός ἐστιν, οἷος μὴ ἥδεσθαι, talis eſt, vt non delectetur. οἷος καθεύδειν, pronus ad dormiendum. οἷος ποιεῖν, potens ad faciendum. οὐδὲν οἷός προσθεῖναι, nihil vetat, quo minùs addamus. ὅσα κἀμὲ ὁρᾶν, quantum ego cernere queam. Et nomina adiectiua: καλὸς ἰδεῖν, pulcher viſu. ἀνδρεῖος μάχεσθαι, fortis ad pugnã. Lucian. in Luctu, βαθεῖα τε περᾶσαι τοῖς ποσὶ, καὶ διαννῆξαι πολλὴ, id eſt, profundior quàm vt pedibus tranſiri poſſit: & ſpatioſior, quàm vt tranari queat. Sic Virg.

Adiectiua cum infinitiuis.

Cur non Mopſe boni, quoniam conuenimus ambo,
Tu calamos inflare leues, ego dicere verſus.

Accuſatiuꝰ ante infinitiuũ vbi fit tranſitus perſonarum.

pro, boni ad calamos inflandos, & ad dicendos verſus.

Vbi nullus eſt tranſitus perſonarũ, poteſt deſiderari eiuſmodi accuſatiuus.

Quando infinitiuus & verbum præcedens pertinent ad diuerſas perſonas, opus eſt Accuſatiuo ante Infinitiuum λέγω σε εἰδέναι ταῦτα, dico te ſcire hæc.

Vbi nullus eſt tranſitus perſonarum, ſuppoſitũ infinitiui eiuſdem caſus erit cũ ſuppoſito verbi finiti modi, à quo pendet infinitiuus.

Sin autem pertineant ad eandem perſonam, non eſt opus accuſatiuo. ἔφη ποιήσειν, dixit factiurum, nempe ſe. Sic Terentius:

Pollicitus ſum ſuſcepturum.

Infinitiuus non tam Accuſatiuum habet ante ſe, quàm Nominatiuum. φησὶν αὐτὸς αὑτὸν γενέσθαι, dicit ſe autorem fuiſſe. ὥστε πάντα εἰδὼς μηδὲν εἰδέναι οἴεσθαι, tam alienus eſt ab ſi arrogantia, vt cùm omnia norit, tamen ſe nihil ſcire putet. Id

Id autem fit, ſi caſus verbi finiti præcedens trahat ad ſe caſum Infinitiui.

Superiores caſus attrahunt ad ſe inferiores.

Hoc pacto etiam trahitur ante Infinitiuum Genitiuus à Genitiuo, Datiuus à Datiuo, δέομαί σου τοῦ φίλου, ὡς εἰς βοήθειαν προθυμοῦντος γενέσθαι, ἱκετεύω σε τοῦ φίλου μου, ὡς εἰς βοήθειαν προθυμοῦντός γενέσθαι.

εἶναι & γενέσθαι cum quibuſlibet caſibus cõſtruuntur.

Hinc etiam fit, quòd Infinitiui εἶναι & γενέσθαι, admittant poſt ſe quoſuis caſus.

Nominatiuum, οὐδὲ τοῖς βασιλεῦσιν ἄξιόν ἐστι φίλοις, neque dignum cenſent regibus eſſe amici. Genitiuum, σοφῶν ἐστι ἀνθρώπων, eſſe è numero ſapientiſſimorum. Datiuum, ᾧ πρῶτον μὲν ὑπάρχει ἰατρῷ, ἔπειτα ἀγαθῷ ἰατρῷ, cui primùm contigit eſſe medico, deinde bono medico. Accuſatiuum, λέγω σε καλὸν εἶναι φίλον, dico te bonum eſſe amicum.

Plerumque etiam poſtponunt infinitiuo eum Accuſatiuum, qui tamen à parte anteriori regitur: χρὴ μὴ προμελῆσαι τὰ δοσεβείας ἐνθυμουμένους ὅπως ἂν διατελέσειαν, oportet eos non negligere pietatem, qui animo reuoluunt, quomodò perficiant.

Nota ἐν καλῷ.

His orationibus, ἐν καλῷ, id eſt, honeſtum, commodum: ἐν καλλίστῳ, honeſtiſſimum, commodiſſimum. Rectè additur Infinitiuus, intercedente articulo Genitiuo τοῦ: ἐν καλῷ τοῦ ποιεῖν, commodè ad faciendum. ἐν καλλίστῳ τοῦ ποιεῖν, commodiſſimè ad faciendum. Cæterùm quomodo Infinitiuus conſtruatur articulis, infrà dicetur.

Infinitiuo figuratè vtuntur.

Vtuntur & figuratè infinitiuo: ὡς ἰδεῖν τὸν ἄνθρωπον, pro ὡς εἶδεν ὁ ἄνθρωπος: ὡς ἀκοῦσαι τοὺς παρόντας, pro ὡς ἤκουσαν οἱ παρόντες. τοῦτ' ἀκοῦσαι τέτον, pro τοῦτ' ἤκουσεν ἕκαστος. τοῦτ' ἂν γενέσθαι, pro τοῦτ' ἂν ἐγένετο. In quibus τοῦτ' tantum valet, quantum μὴ τὸ, vt ſit ſenſus, μὴ τὸ γενέσθαι.

ἐπιδὴ pro μὴ τὸ.

Nota. Infinitiuus pro participio impersonalium.

Ponitur etiam infinitiuus nonnunquam loco participiorum impersonalium: ἐμοὶ δοκεῖν, pro ἐμοὶ δοκοῦντι, cùm mihi viſum eſſet. δεῖν, pro δέον, cùm oporteret.

Sic

Sic etiam in simili voce πλεῖν, pro πλέον, *plus.*

Formula quib⁹ Græci explicant id quod Latini dicunt, vt vno verbo absoluã.

Quod Latini dicunt, *Vt vno verbo absoluam*, id Græci plerumque efferunt per Infinitiuum expressum, vel subauditum, his modis: σωτελόνλι ὃ εἰπεῖν, ἑνὶ λόγῳ ὃ εἰπεῖν, ἑνὶ λόγῳ, σωτελόνλι ὃ φάναι, ἢ σωτελόνζαι ὃ φάναι, σωτελόνλι ὃ, καθόλα μὴ ἂν εἰπεῖν, quod etiam fit per Optatiuum sic, σωτελῶν ὃ φαίλω ἀν.

Hactenus de Infinitiui constructione.

Appendix de Infinitiuis.

Infinitiuis pro supinis.

INFINITIVA sæpe vsurpantur pro Latinorum Gerundiis, & Supinis. Pro priore supino, vt Matthæi, 20. ὁμοία γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τῶ οὐρανῶν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις ἐξῆλθεν ἅμα πρωῒ μισθώσασθαι ἐργάτας εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ, *Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias qui exiit primo manè conductum operarios*, seu *ad conducendum operarios*, id est, *vt conduceret operarios, in vineam suam.* Pro supino posteriore. Plato, ἡδὺ καὶ εὔπετες κλήσασθαι, *suaue ac comparatu facilè.* Sic ἀδυνάτα ἁπλᾶ, *factu impossibilia, quæ fieri non possunt.* Cuius generis alia suprà in adiectiuorum regimine notata sunt.

Infinitiuus pro Gerundio in DI.

Pro Gerundiis in DI. vt, ὥρα ἐρᾶν, ὥρα ὃ γαμεῖν, ὥρα ὃ πεπῶσθαι, *tempus est amandi, tempus ducendi vxorem, tempus requiescendi.* Sic Xenoph. ὥρα πορεύεσθαι ἐπὶ, *tempus est proficiscendi.* Itidemque Propert. lib. 3. *Non datur ad musas currere lata via*, pro *via currendi.*

Pro Gerundio in DVM.

Pro Gerundio in DVM. vt Homer. δῶκε φέρειν, *dedit ferendum.* Sic δίδωμι χρήσασθαι, *do vtendum*, & similia. vt Virg. quoque, *magnum dat ferre talentum.* Sed

Notio.

hîc præponitur sæpe articulus, perspicuitatis gratia. Demosth. τὸ καιρὸν ὃ λέγειν, *tempus dicendi.* Aristot. Eth. ὃ παίζειν χάριν, *ludendi gratia.* Sic alteris gerundiis in DO & DVM, suus apponitur articulus. Arist. τὸ πλουτεῖν ἐστι οὐ τῷ κρεῖττον ἢ οὐ τῷ κεκτῆσθαι, *diuitem esse, positum est magis in vtendo quam in possidendo.* Polyb. τῷ πεφυκὼς πρὸς τὸ διδασκαλεύειν, *natura factus ad deducendum.* Menand. ὀξὺς εἰς τὸ πάντ' ὁρᾶν, *acer ad perspiciendum omnia.* Sic Lucr. *ad sedare sitim fontes fluuiiq; vocabant*, pro *ad sedandam sitim.* In horum vtrisque videtur interdum ellipsis committi; vt cùm Homer. dicit,

Ellipsis in Infinitiuis pro Gerundiis.

θέειν ἀϋτμῆσιν ὁμοῖοι, pro οὐ τῷ θεῖν, *similes ventis in currendo.* & Orpheus in Argon. ὑμὰς ἐποτρυνῶ λέξαι, pro εἰς τὸ λέγειν, *instigat ad dicendum.* quod Ouidius imitatus initio Metamorph. dixit, *animus fert dicere.* Sicut autem in his posteriora supina & gerundia ponuntur pro nominibus, ita alibi quoque sæpe Infinitiua pro Nominibus vsurpantur; sed

Infinitiua pro nominibus præmisso articulo.

præmisso articulo. Plutarch. τὸ λίαν φιλεῖν, ὃ μὴ φιλεῖν αὖπαν, *nimius amor, amorẽ sæpe exstinguit.* Idem, ἀρχὴ ὃ καλῶς βιῶναι, τὸ

κακῶς ἀκοῦσαι, *malè audire, initium est honestè viuendi.* id est, *calumniæ ac probra, viam nobis patefaciunt ad vitam honestam; monent nos vitæ honestæ.* Antiphanes, ἐπισκοτεῖ γὰρ τῷ φρονεῖν τὸ λαμβάνειν, *sumptio* (munerum scilicet) *tenebras offundit menti & prudentiæ.* In quibus vides casus variè trajectos esse. Concisius adhuc idem Plutarch. ὃ φιλοσοφεῖν τὸ ζητεῖν, scilicet ἐστὶ, *philosophiæ est inquisitio*, id est, *ad philosophiam pertinet indagatio & perscrutatio veritatis.* Sic Cicero in Academ. q. *Docto homini & erudito, cogitare est viuere.*

Et sine articulo.

Item sine articulo: vt δοῦναι φαγεῖν καὶ πιεῖν, pro δοῦναι βρῶμα καὶ πόμα. quo modo & Terentius, *iussi ei dare bibere*, pro *dare potum, dare quod biberet.* itemque διδάσκω σε διαλέγεσθαι, *doceo te rationem disserendi.* Vsurpatur infinitiuus modus etiam pro imperatiuo. Pausan. 132, 21. σὺ ὃ σώζειν με Μεσσηνίους, καὶ σωφρονεῖν ὃ καὶ σωφρόνειν, *tu vero & Messenios tutare, & te quoque conserua.* Phocyl. μηδ' ἀλογίστως σωτὸν ἔχειν, *neque inconsiderate te habe.* In quibus ellipsis esse videtur imperatiui μίμνησο *memento*, θέλε *velis*, aut alius consimilis. Pro cæteris

Infinitiuus pro imperatiuo.

Infinitiuus pro finitis modis cũ coniunctione ὡς.

etiam finitiuis modis vsurpatur infinitiuus, præmissa coniunctione ὡς. Herodian. in Seuero, ὡς μηδένα οἴεσθαι τὸ ἔργον σωθῆναι, ἀνὴρ ὃ λίθε πᾶν πεποιῆσθαι, pro ὥστε ἀθεὶς ὠφεῖν, *ita vt nemo putaret compositum esse opus, sed ex vno lapide factum esse.* Hesiod. Ergon 1. ῥηϊδίως γάρ κεν καὶ ἐπ' ἦμαρ ἐργάσαιο, ὥστε σε καὶ εἰς ἐνιαυτὸν ἔχειν καὶ ἀεργὸν ἐόντα, pro ὥστε seu ἵνα ἔχῃς, *vt etiam in annum habeas vnde viuas, etiamsi ab opere vaces.* Sic Horat. 1. Carm. Oda 11. dixisse putatur, *vt melius, quidquid erit, pati*, pro *vt melius patiare quidquid acciderit.* Huc pertinent etiam ista: Thucyd. ἔφθασε τοσοῦτον ὅσον Πάχητα ἀναχωκέναι, *pro dum Paches legeret.* Aristoph. ἐκ, ὅσον γε μὴ εἰδέναι, *non, quod quidem ego sciam.* In quibus omissum videtur verbum συμβαίνῃ, vel aliud simile. Sic cum Arist. de Anima dicit, δύναμίς ἐστιν οἷα σώζειν τὸ ἔχον αὐτὸ, omissum videtur πίφυκε, aut tale quid; *talis est vis quæ tueri queat id quod ea præditum est.*

De casu infinitiui appendix.

CASVM porro infinitiuus adsciscit accusatiuũ; qui mutata structura in nominatiuũ vertitur præmissa ὅτι, ὡς, ὅπως, aut alia consimili particula. Thucyd. ἐλπὶς γὰρ μᾶλιστα αὐτοὺς ἔτι φοβηθῆναι, *spes enim est eis sic maximè incussum esse metum.* Finitiuè Act. Apost. c. 14. ἐλπίζων ὅτι χρήματα δοθήσεται αὐτῷ, pro ἐλπίζων δοθήσεσθαι αὐτῷ χρήματα, *sperans sibi datum iri pecunias.* Sic quod ad Hebr. 6. dicitur, οὐ οἷς ἀδυνάτον ψεύσασθαι Θεὸν, Latinè mutato modo & casu vertes, *in quibus fieri non potest vt Deus mentiatur*; & breuius, *in quibus Deus non potest mentiri.* In hac resolutione accusatiuus infinitiuo debitus Atticè tribuitur verbo finitiuo. Dionys. Hal. συγγνώμην ἔχω

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

τ' ἀνθρώπινον βίον ὡς ἐπὶ μικρᾶς αἰωρεῖται ῥοπῆς. communis enim ſtructura eſt, σκηνωμένη τ' ἀνθρώπινον βίον αἰωρεῖσθαι λέγει μικρᾶς ῥοπῆς: vel, ſoluta oratione infinitiua, σκηνωμένη ὡς ὁ ἀνθρώπινος βίος αἰωρεῖται λέγει μικρᾶς ῥοπῆς: Latinè, *cogitans vitam humanam dependere à leui momento.* Idem, ἐδὲ σαυτὸν ἢ ἐξ ὧν ἔφυς ἐπιμέμνησαι, *nec amplius recordaris ex quibus natus ſis.* Et Theophr. in Charact. ἡ τοὺς ξένους ἢ εἰπεῖν ὡς δημοτικωτέρα λέγει τῶν πολιτῶν, *atque adeo dicere peregrinos iuſtiora dicere quàm ciues.* id eſt, *atque adeo dicere iuſtiores eſſe peregrinorũ rationes quam ciuium.* Sic item Soph. Electra, Καίτοι πολλὰ γ' οἶδα κἀμαυτῇ ὅτι Αλγῶ πὶ τοῖς παροῦσι: pro, *tantum ſcio, me dolere præſenti rerum ſtatu.* quo ferè modo etiã Terent. in Eun. *ego illum neſcio qui fuerit.* Infinitiui caſus à tergo, reſpondet ei qui eſt à fronte. Nominatiuus: vt, Ariſtot. Metaphyſ. 9. τὰ ἢ, ſcilicet ἐναντία λέγεται, τῷ λείψεις εἶναι καὶ ἀπολαύειν τούτων, *alia vero contraria dicuntur eo, quod defectus ſint horum & amiſſiones.* Genitiuus: vt Ariſtot. Metaphyſ. 3. περὶ τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι ὑγιοῦς, *de eo quod futurum eſt ſanum.* Datiuus: vt Ariſtot. Metaphyſ. 1. ἀληθέστερον τὸ τοῖς ὑστέροις αἴτιον εἶναι ἀληθείαν εἶναι, *verißimum eſt, quod poſterioribus cauſſa eſt vt ipſa ſint vera.* Accuſatiuus: Ariſtot. Metaphyſ. 4. τὸ ἓν καὶ τὸν στιγμὴν δοκεῖς τινὰ δοκεῖ εἶναι, *videtur quibuſdam, vnum & punctum eſſe principia.* vt Cicero Leg. 1. *Ego me cupio non mendacem putari.* pro, *cupio haberi non mendax.* Nam poſtremum hoc genus finite quoque mutato caſu efferri poteſt; vt, τὸ ἓν καὶ ἡ στιγμὴ, δοκεῖ τισιν εἶναι φαίνονται, *vnum, & punctum, videntur quibuſdam eſſe principia.* In hoc eodem genere cùm finitiuum & infinitiuum verbum ad eandem perſonam referuntur, antecedens caſus omittitur. Demoſth. ὅταν φῇ δημοτικὸς εἶναι, pro, *cum dixerit ſe popularem eſſe.* Plutarch. ὑπέσχετο βοηθήσειν, *pollicitus eſt ſe opem laturum.* Hæc quoque Latini imitantur nonnunquam. Lucanus, *tutúmque putauit iam bonus eſſe ſocer.* Catullus, *Phaſelus hic ait fuiſſe nauium celerrimus.* Terentius, *Pollicitus ſum facturum*, ſcilicet me. Interdum tamen poſterior caſus infinitiuum verbum reſpicit, non caſum antecedentem. Pauſ. τοῖς εὐτυχῶσι παρεκελεύοντο ἄνδρας ἀγαθοὺς εἶναι, *obuios quoſque cohortabantur vt ſtrenuos ſe præſtarẽt viros.* Apud Ariſtot. poſterior caſus etiam dandi forma effertur. vt Rhet. 1, 26, 24. τοῦτο γὰρ μᾶλλον τὸ μεῖζον ποιητικὸν εἶναι, pro ποιητικὸν εἶναι, *id enim erat maioris efficiendi vim habere.* Sic alibi ſæpe. Relatiuum quoque hic interdum non infinitiuum verbum reſpicit, ſed infinitiuum extrinſecus ſubauditum. Pauſ. 175, 18. τὸν αὐτὸν σφίσι Ἡρακλέα, ὃν καὶ Τύριοι, σέβεσθαι, *colere ipſos Herculem eundem quem & Thaſij*, ſcilicet colunt.

Infinitiui caſus à tergo.

APPENDIX I.

Verba omittuntur ornatus gratia.

VERBA in oratione ſæpe omittuntur ornatus gratia: ὡς λόγος, *vt fama eſt.*

Sic, ἀπόδειξις ἦ, σημεῖον ἦ, τεκμήριον ἦ, inſeruntur orationibus in modum parentheſeos, pro, *cuius rei demonſtratio eſt, cuius rei indicium eſt,* & ſubauditur, ἔστω, vel εἴη, ἄν.

Vſus verborum poſitorũ loco totius orationis.

Et econtrariò quibuſdam verbis vtuntur ſolis loco totius orationis, ſic γίνομαι capitur pro ſeruum eſſe: αὐτὸς γλυκόμυθος, hoc eſt, *ipſius ſeruus.* Et ἦν, pro, *eſſe filium.* λέγουσιν τοῦτον ἦν ἐκείνου, *dicunt hunc eſſe filium illius.*

APPENDIX II.

Quæ planè vacãt in oratione.

QVÆDAM etiam quandoq; ponuntur quidem in oratione, ſed planè abundant, & prorſus nihil conferunt ad ſententiam: cuiuſmodi ſunt φέρω, ἔχω, εἰμὶ, φάναι, εἰπεῖν, & ſimilia. φέρω, vt Gregor. τῷ μέντοι κλήρῳ φέροντες ἑαυτὸς ἐγκατέλεξαν, *nomina inter clericos dare cœperunt.* Chryſoſtom. de fato, concione prima: οἱ ὃ καθάπερ ἐν ἀκροπόλει τῇ κεφαλῇ φέρων ὀφθαλμοὺς ἐγκατέθηκεν, *tibi autem in capite velut in arce oculos impoſuit.* Hinc ſi tollas φέροντες & φέρω, eadem manebit ſententia. Ἔχω: vt μαθὼν ἔχω, pro ἔμαθον: συλλαβὼν ἔχω, pro συνέλαβον. Εἰμὶ: vt ἐν τῷ νεῷ ἦν, pro ἐν τῷ νεῷ, *in præſentiarum.* ἑκὼν ἦν, pro ἑκὼν, *voluntarius.* ἑκόντες ἦσαν, pro ἑκόντες, *voluntarij.*

φέρω.

Εἰμὶ.

Φάναι & εἰπεῖν, paſſim vacant.

Φάναι & εἰπεῖν, vt ἔφη φάναι, ἔφη εἰπεῖν, pro ἔφη, quaſi Latinè dicas, infit dicere. φθάνω: vt, ἔφθασε ποιήσας, pro ἐποίησε: φθάνει ἀναλισκόμενος, pro ἀναλίσκεται. ἐφθάκειν πυθόμενος, *audieram.* τυγχάνω: vt, τυγχάνω ὤν, pro εἰμὶ. διατελῶ; vt, διατελῶ ποιῶν, pro ποιῶ.

φθάνω.

τυγχάνω.

Διατελῶ.

Οἶμαι Græcis abundat, quemadmodum Latinis, credo. τοιαῦτα ζηλωτά ἐστιν, οἶμαι, καὶ λαμπρὰ, *huiuſmodi admiranda ſunt, credo, & præclara.* Οἴει: vt, οὐκ οἴει ἀναγκασθήσεσθαι, *nonne cogetur, an non tandem cogetur?*

Οἶμαι vacat.

APPENDIX III.

Attici loco pluralium verborũ abutuntur singularibus.

Verbis singularibus abutuntur Attici loco pluralium. ἐὰν ὑπονεάσῃ, pro ὑπονεάσωσ. ὥπως ἐμέτῃ, pro ἐμέσωσ. vtuntur Græci frequenter implicita orationis structura: ἐμὲ μηδὲν ἔχεις, ἐφ' ὅτῳ τοῦτο ποιήσεις, pro μηδὲν ἔχεις ἐφ' ὅτῳ με τοῦτο ποιήσεις, nihil habes, quamobrem hoc mihi facias. εὖ δεῖς ἔκων ὑπομένῃ τὴν ἐλεύθερον τὼ τοιούτῳ ἀρχὼ, pro εὖ δεῖς τὴν ἐλεύθερον ἔκων ὑπομένῃ, &c. nemo liber volens perfert huiusmodi principatum. ὅταν μὴ εἰδότες βαδίζωμεν, pro μὴ εἰδότες ὅταν βαδίζωμεν, ignorantes quò imus.

Implicita structura orationis.

SYNTAXIS PARTICIPIORVM.

Participiũ construitur cũ casu sui verbi, ni ponatur loco nominis per ἀλλοίωσιν.

PARTICIPIVM sortitur constructionem sui verbi, quemadmodũ apud Latinos. Cæterùm illud, τόξων εὖ εἰδὼς, arcuum bene sciens, poëticum est, per antimeriam: [1] ac si dicamus, τόξων εἰδήμων, arcuum peritus, hoc est, peritus sagittandi.

1

Participij genitiuus absolutus.

Participij Genitiuus absolutè ponitur, quemadmodũ Latinis Ablatiuus: [2] ἐμοῦ διδάσκοντος, me docente.

2

Participium solum.

Quandoque participium solum, intelligendo casum rei conuenientis: ἐλθόντων ἦ, vbi aute venissent.

Accusatiuus pro genitiuo Atticè.

Atticè pro hoc Genitiuo est Accusatiuus, & fermè cum ὡς & ὥσπερ: ὡς τ' ἄνδρα τοῦτο ποιήσαντα, pro τ' ἀνδρὸς τοῦτο ποιήσαντος, viro hoc faciente.

Nota.

Et est istud frequentissimum in participiis impersonalium per omnia tempora. ἀκουσθὲν αὐτῷ, pro ἀκούσαντος αὐτῷ, vbi ipse audiuisset. δόξαν ἐμοὶ γράψαι, vbi statutum esset mihi scribere. ἄδηλον ὄν, cùm incertum sit. δέον ἕτερα, pro δεόντων ἑτέρων, cùm aliæ res conuenirẽt. ἐξὸν αὐτῷ ποιῆσαι, cùm permissum esset ipsi facere. ὡς μηδὲν αὐτῷ διαφέρον, tanquam nihil eius interſit. ἐνὸν, προσῆκον, παρὸν, ἀνδεχόμενον.

QVOD

QVOD GRÆCIS PARTICIPIORVM VSVS SIT latior quàm Latinis.

Participia loco Subiunctiui Latinorũ cum aduerbio Cum.

MVLTÒ latior est vsus participiorũ Græcis, quàm Latinis. Quod enim dicimus per Coniunctiuum, præcedente aduerbio, *Cùm*, hoc illi plerumque elegantiùs efferunt per participium. ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν, οὐ συῆκεν, homo cùm in honore esset, non intellexit. οὐκ οἶδας τοῦτο ὁ τηλικοῦτος ὤν; tu hæc ignoras, cùm sis tantus?

Vsus participiorum pro verbis apud Atticos.

Consueuerunt etiam Attici loco verborum vti participiis: οὗτός ἐστιν ὁ διοικῶν πάντα τοῦτο, hic est qui omnia administrabat. τίς ὁ φενακίσας τοῦτο; quis est, qui hanc fraudem commentus est? ἔδεισκον ἐδαμῶς ἂν ἄλλως διαπραξάμενος τοῦτο, reperiebam nulla alia ratione posse hæc me perficere.

Participiũ coniunctum nomini substantiuo exprimitur casu obliquo, loco verbi & nominatiui.

Fit etiam nonnunquam, vt participium coniunctum nomini substantiuo, in obliquo ponatur loco verbi & Nominatiui, idque propter alium obliquum præcedentem: νομίζω σε, ὡς φίλον με γενόμενον, pro ὡς φίλος με ἐγένου, puto quòd sis factus amicus meus. πιστεύω ἡμᾶς ὡς ἕξοντας τὴν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν, pro ὡς ἕξομεν τὴν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν, credo habituros nos regnum cœlorum. ἡ γραφὴ λέγει περὶ τοῦ γυναικὸς, ὡς αἰτίας γενομένης τοῦ ἁμαρτημάτων, pro ὡς αἰτία ἐγένετο τοῦ ἁμαρτημάτων. τοῦτ' ἔστιν τοῦ ἀνθρώπων, ἵππων καὶ ὄνων γενομένων, pro οἱ ἵπποι καὶ ὄνοι ἐγένοντο. σώοιδα ἐμαυτῷ, μὴ προσποιημένῳ, pro σώοιδα ἐμαυτῷ, ὅτι μὴ προσποιοῦμαι, conscius sum mihi, quòd non dissimulem.

Præteriti perfecti actiui modi Subiũctiui loco vtuntur sæpius participiis præteriti temporis eiusdem verbi, quibus superaddit verbum

Et loco Coniunctiui præteriti perfecti actiui plerumque vtuntur Græci participiis, ἐὰν ἠδικηκὼς τυγχάνῃ, si iniuriam fecerit. ἐὰν τύχῃ τεθηλακὼς, si lactauerit. ὅταν ὦσι βεβληκότες τὰς ὀδόντας, quando eiecerint dentes.

Quod etiam fit nonnunquam in Optatiuis: συμβεβηκὸς ἂν εἴη, contigisse videatur. γεγονότες ἂν εἶεν,

substantiū modi subiunctiui. Regula proximè antecedens locū habet nonnunquam in optatiuis, & in futuris indicatiui modi.

Apud Atticos idem fit in omnibus temporibus & modis, verbis τυγχάνω, εἰμὶ, ὑπάρχω adiunctis.

3 *Participia loco infinitiui Latinorū ponuntur, & potissimum post verba perseuerādi & desistendi.*

Et post verba animi affectionē significantia.

facti esse videantur. Et in Futuris indicatiui, ἀδίκητυχηκὼς ἔσῃ, pro ἐφιτάξῃ. κεχαρισμένος ἔσῃ, pro χαρίσῃ. Et Atticis idem fit in omnibus temporibus ac modis, adiunctis his verbis, τυγχάνω, εἰμὶ, ὑπάρχω, τίς σὺ τυγχάνεις ὤν; *quis tu es?* ἀπεκτακώς ἐστι τὸν ἄνδρα-5 πον, *interfecit hominem.* ἀνηρηκὼς ἔσῃμαι, *sustulero.* ἆρ' ἐχθρός γε ὑπῆρξεν ὤν, *non erat quidem inimicus.* ἔσεσθε ἐψυσισμένοι, *censueritis.*

Ponitur præterea participium nonnunquam vice verbi infinitiui. Matth. 1. εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἐχούσα, pro ἔχειν, *reperta est habere in vtero.* hoc est, *reperta est esse grauida.* [3] Id quod plerumque fit cum verbis perseuerandi: ἀγαπῶν με διατελῇ, id est, ἀγαπᾷν με διατελῇ, *perseuera me amare.* Matth. 11. ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς διατάσσων, pro διατάσσειν, *cùm consummasset Iesus præcipere, & præcipiendi fecisset finem.*

Et in verbis desistendi, ἐ παύσομαι φιλῶν, pro φιλεῖν, *non cessabo amare.*

Et in verbis significantibus affectionē animi, idque variè: nempe in Nominatiuo, aut in Accusatiuo. μέμνημαι ἰδών, vel μέμνημαι ἰδόντα, pro μέμνημαι ἰδεῖν, *memini vidisse.* ἐ σωίεται μάτην πονοῦντες, vel πονοῦντας, pro ἐ σωίεται μάτην πονεῖν, *non intellexerunt se frustrà laborare.* συνοίδα ἐμαυτῷ ἀδικῶν, vel συνοίδα ἐμαυτῷ ἀδικοῦντα, pro συνοίδα ἐμαυτῷ ἀδικεῖν, *conscius sum mihi iniuriæ.* [4] Aut etiam in alio quouis casu, cuius est substantiuum, aut Pronomen illi adiunctum: vt συνοίδα ἐμαυτῷ ἀδικοῦντι, *conscius sum mihi iniuriæ.* Sic Virgilius:

Sensit medios delapsus in hostes.

1 [1] ELLIPSIN hic esse contendit Sylburg. accusatiui τεχνῶν, τόξων εὖ εἰδώς, *artem mittendarum sagittarum bene sciens.* Sicut apud eundem Homerum διδασκόμενος πολέμοιο, scilicet ἔργα: & ἐπιζάμενος πέρ ὀδοῖο, scilicet ἄβη: esse autem in postremo, satis declarat hoc eiusdem poëtæ: Il. γ. 35

2 διέπρησσον πεδίοιο, *properabant per campum.* [2] Elegans est vsus participiorum apud Græcos, sed præcipuè eorum, quæ abso-

absolutè ponuntur. δέον, δέξαν, ἐξὸν, μεῖον, παρὸν, τυχόν. Lucian. Λαπίθας, ὅτῳ οἷμαι τυχόν. Herodot. 1. εἰ παρὸν αὐτῷ βασιλέα ἦσαν, *cùm potestas illi fieret.* Thucyd. ά. ὡς ἐ μεῖον αὐτοῖς Ἐπιδάμνῳ. Sophoc. Electra. νῦν δ' ἐξὸν πάντος πάντων ἀρίστου παῖδα καλεῖσθαι, *cùm tibi concedatur.* δέξαν δέ σφι ἐποίευν τοιόνδε, *cùm placuisset.* Lucia. Rhetorum, διδασκάλω, τοσαῦτα καμόντι, ἐδὲν δέον. Tale est & μέλον. Lucianus, Τόξασο, ὥσπερ ἐ πάνυ σοι μέλον εἰ ἀπολωθείης τὴν γλῶσσαν, *quasi parum solicitus sis, ne lingua tibi victo præcidatur.* Item ὄν. Thucyd. ά. ἄδηλον ὂν ὁπότε τις ἐπελθὼν, καὶ ἅμα ἀτείχιστον ὄντων, ἄλλῳ ἁρωρήσει, *cùm esset inexploratum.* Et mox, ὡς βεβαίῳ ὄν, *tanquam loco tuto:* quod tamen accipi potest, vt sit Atticè positum participium in significatione verbali: vt Oedipo Tyran. οἷσθ' ὡς ποιήσων, *seu quid facias.* φρόνει βεβὼς ὡ νῦν ἐπ' ξυνοῦ τύχης, *scito te constitisse:* estque hoc frequentissimum. Est & peculiaris Græcis vsus infinitiui substantiui talis. Herod. Εὐτέρπη, μεγάλα ἐπήρατο χρήματα ὡς ὡ εἶναι ῥοδῶπιν, *vt quæ quidem Rhodopis esset,* & Κλειοῖ, ὦ ἀδελφὴ λόγῳ ποιησάμενος τὴν πρώτην εἶναι. Παιδείας β'. ἀδὲ μὲν φίλοις γε, ἀδὲ ξένοις ἐκὼν εἶναι γελᾶσθαι παρέχει. Herodian. ἐ. ἀδὲν ἂν εἶναι αὐτῷ ἐλαφρὸν τῶν Ἀντωνίνῳ βελευομένων, *nihil igitur illam eò loci constitutam fugiebat,* &c. Huc referātur & hæc, ὂν τῷ νῦν εἶναι, *in præsentia.* & ἀλλόγως ὁ, τί ἰῶ εἶναι. Participium verbi substantiui adverbialiter affirmatiuum est, ὄντως, *reuerà*, quod & τῷ ὄντι dicitur & veritatem notat. Plat. Epitaph. καὶ τῷ ὄντι τὸ παρεὸν ἀνεθρέψατο. Μελησόμεθα, εἰ δὴ τῷ ὄντι γε Ὅμηρος τῶνδε τε ἄπειρα ἐπίσταται. & Κλειοῖ, καὶ τὸ ἐὸν ἔμμεναι δίκαιος ἀποφαίνειν, *iustas ferre sententias.* [3] Vt Xenoph. οἱ Πέρσαι λέγονται ἐσθίοντες κάρδαμον καὶ πίνοντες ὕδωρ, *Persæ dicuntur edere nasturcium, & bibere aquam.* Demosth. οὓς ἂν αὐτοὶ δοίησθε δωροδοκοῦντας, *quos sentirent munera capere.* [4] In hoc genere crebra & elegās est ellipsis nominatiui pro accusatiuo reciproci. Demosth. δείξω πεποιηκὼς, pro δείξω αὐτὸς πεποιηκὼς, *ostendam me feciisse.* Xenoph. Pæd. συνοίδα ἐμαυτῷ μὴ προσποιουμένῳ, *conscius sum mihi me non simulare seu fingere.* Aristoph. λέληθας δρῶν, *latuit te seruire.* at Aristot. λανθάνῃ πράττων, *latet alios eum hoc facere;* seu, *nō animaduertitur hoc facere.* Lucian. αἰσθάνομαι φερόμενος ἔξω τοῦ καιροῦ, *sentio me ferri extra tēporis limites.* Sic accipi & illud potest, οἶδα ἰδών, *scio me vidisse*: & apud Demosth. οἶδα ἀκούων ὅτι, *scio me audisse quod.* sed reddi posset etiam per relatiuum; *Scio, vt qui viderim; Scio, vt qui audierim:* sicut apud Eurip. οὓ δ' ἐποίησας μαλὼν, *rectè feci qui veneris.* Accipi etiam non raro solet participium. Pro Supino priore. Apollon. Argon. 3. βαῖνον ἐποψόμενοι, *ibant inspectatū.* Ilocr. ἦκον ἀμυνοῦντες, *veniebant opitulatum.* Pro Gerundio

in DO. Aristot. Hist. Anim. ὁ ἡττηθεὶς μαχόμενος, *qui victus est pugnando:* & aliquanto post, ζῇ γὰρ ἐχθυοφαγοῦσι, *viuit enim comedendo pisces.* quæ breuius etiam & aptius per nomen reddideris; illic, *victus pugna*; hic, *viuit esu piscium*, seu *estatione piscium.* Pro Gerundio in DVM: vt μεταξὺ λουόμενος, *inter lauandum*: μεταξὺ ὀπτώμενα, *inter assandum*; seu, *interea dum assantur.* Nam etiam pro aduerbio quandoque participium ponitur. vt apud Aristot. ὡς εἶπον δεχόμενος, pro ἀπ' ἀρχῆς γὰρ λόγος, *sicut dixi ab initio huius tractatus.* Cum autem participio præmittitur verbũ φθάνω aut ἀφαιρέω, verba ista per aduerbium exprimuntur commodius, & participiũ per verbum. Plutarch. ἔφθασαν ἀναλώσαντες αὐτὰς ἢ τυχόντες ὧν ἤλπισαν, *prius eos absumpserunt quàm assecuti sunt quæ sperabant.* Philo, ἄφθαρτος ὢν ἀφαιρεῖ, *perpetuo est incorruptus.* Sic etiam λανθάνω ἐκπίπτουσα reddi potest, *latenter excidit.* Sicut autem contrahendæ orationi seruiunt interdum participia, ita nonnunquam seruiunt eidem dilatandę: quæ periphrases apud Atticos sunt vsitatissimæ per participium & verbum substantiuum, εἰμὶ, τυγχάνω, νόμος, aut aliud eiusmodi. In actiua forma: Soph. ἐ σιωπήσας ἔσῃ; pro ἐ σιωπήσεις; *annon tacebis?* Sic Dionys. Halicarnass. ὡς αὐτῷ κεκτημένῳς ἃς ἐτύγχανε, *quas ei quidem attulerat.* Psal. 129. γενηθήτω τὰ ὦτα σου προσέχοντα, *attendant aures tuæ.* Rursum Aristot. ὅσοι φαύλως ἔχοντες προϋπάρχουσι, *qui iam ante malè habent.* In passiua diathesi: Dionys. Halicarnass. 36, 2. ἦσαν οἰκούμενοι, pro ᾤκουν το, *habitabantur.* Aristot. Analyt. 129, 15. καθ' ὧν τυγχάνει λεγόμενον, *de quibus dicitur.* Idem Topic. 397, 10. ἀνηρημένῳ ὑπάρχει, *sublatus est*: & mox v. 20. ἀνασκευαζόμενον γίνεται, *refutatur*: vt in Problem. 32, 12. ἐκλελυμένον γίνεται, *exsoluitur.* Esse autem hunc periphraseon istarum sensum, docent hæc eiusdem Aristot. Metaphys. 80, 5. ἐδὲν δὲ ἀφέξει τ' ἄνθρωπος ὑγιαίνων εἶναι, ἢ τὸ, ἄνθρωπος ὑγιαίνει, *nihil enim est discriminis cum dico, Homo est valens, vel cum dico, Homo valet.* Apud Latinos in passiua quidem diathesi frequens est hæc periphrasis; sed rarior in actiua: vt apud Cic. De Oratore; *Est, vt scis, quasi in extrema pagina Phædri, his ipsis verbis loquens Socrates.* Similes periphrases per verbum ἔχω & ἥκω. At cum Dion. Hal. ad imitationem Herodoti dicit, περὶ ὧν ἔρχομαι λέξων, non tantum reddere possumus, *de quibus dicam*; sed etiã, *de quib. dicere aggrediar.* Eiusdem generis est & ista periphrasis Attica apud Thuc. τῷ πλήθει δ' βελομένῳ ἦν, pro τὸ πλῆθος οὐκ ἐβούλετο, *plebs nolebat.* Eam periphrasin apud Latinos imitati sunt Salustius, Tacitus, Macrobius; vt docet Paulus Leopardus Emendationũ lib. 4. c. 23. De pleonasmo participiorũ ὤν, ἔχων, φέρων, & similium, pag. seq. ver. s.

APPEN

APPENDIX.

Participia fiunt nomina.

PARTICIPIA transeunt quandoque in nomina, & illorum more construuntur, non vt participia: τὸ καθῆκόν σε, *officium tuum.*

Vacant aliquãdo participia.

Et quandoque superuacuè ponuntur, sic vt ipsis substractis eadem maneat sententia: ᾠχόμην ἀπιών, pro ᾠχόμην. ὄιχεται ἀπιών, pro ὄιχεται. παίζεις ἔχων, pro παίζεις. φλυαρεῖς ἔχων, pro φλυαρεῖς. ληρεῖς ἔχων, pro ληρεῖς. τονιῶ ἔχων, pro τονιῶ, *nunc.*

DE GERVNDIORVM SYNTAXI.

Appendix.

GERVNDIA & ipsa verborum suorum structuram imitantur. Isocr. ἀφεκτέον ἐ συμβουλεύειν, *abstinendum à consulendo.* Aristot. δεικτέον αὐτοῖς, καὶ πιστέον αὐτὸς, *ostendendum eis est & persuadendum.* Quod Latini (licet rarius) imitati. Plaut. *Aliqua consilia reperiendum*, potius autem & sæpius dicitur per Gerundiua, *Consilia reperienda.* Gerundiis additur interdum datiuus, Isocra. θάνατον ἡμῖν αἱρετέον ἐστὶ, *mortem nobis eligendum est.* Aliquando accusatiuus duplicatur. Aristot. ἐποκεπτέον ἕν τε μὲν αὐτὸν, τὴν δὲ τὴν γυναῖκα, *Considerandum igitur alia quidem ipsum: alia verò vxorem*, id est, alia debet ipse considerare, vxor alia: Imo aliquando absq; casu ἰστέον ὅτι, *sciendum quod*, sic λαθητέον, ποιητέον, *latendum faciendum.* Quin & cum nominatiuo reperiuntur gerundia nonnunquam apud Aristotelem: vt Org. 349, 28. 352, 18. Metaphys. 107, 18. De part. anim. 16, 19. sed non immerito ibi suspecta est exemplarium fides: ac verendum ne librarij non intellectis scripturæ compendiis, nominatiui terminationem ibi posuerint pro terminatione accusatiui, τες pro τας. Periphrasi quoque interdum exprimuntur gerundia. Eurip. Phœniss. δεῖ δ' κρατούντων ἀμαθίας φέρειν χρεών, *inscitiam eorum qui obtinent, ferre oportet.* ibi enim φέρειν χρεών positum est pro οἰστέον, *ferendum est.* Sic Plato, ὦ καὶ ἡμῖν ἴσως δεόντως πορευτέον, pro ὦ καὶ ἡμᾶς ἴσως πορευτέον, *quæ & nobis fortassis eunda est*; vel, vt Cicero vertit, *quam nobis quoque ingrediendum sit.* vbi nota & ipsum gerundio tribuisse casum verbi, vt Virg. quoque, *pacem Troiano ab rege petendum.*

Gerũdia iuncta Datiuo.

Iuncta accusatiuo geminato.

Gerundia sine casu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SYNTAXIS PRONOMINVM.

Genitiui primitiuorũ pro possessiuis passim ponuntur.

GRÆCI ferè semper vtuntur Genitiuis Pronominum primitiuorum pro possessiuis: πατήρ μου, pro πατὴρ ἐμός. πάτερ ἡμῶν, pro πάτερ ἡμέτερε, *pater noster.*

Possessiua cum genitiuo construuntur.

Possessiua adsciscunt quandoque Genitiuum: Lucian. ὅλως δέτ' ἐμὰ ἔτοι παθὼν τ' κακοδαίμονος, *ubi prorsus mea infelicis dilapidant*, ἐμὸν αὐτοῦ βίον, *meam ipsius vitam.*

Nota de possessiuis.

Possessiua tertiæ personæ cum diuersa persona copulari nequeunt, sine altera voce possessorem significante. Solœcismus enim est, si quis dicat: ὁ σφέτερος πᾶις φιλεῖ με, *suus filius diligit me*: sed dicendum est, ὁ σφέτερος αὐτῶν πᾶις φιλεῖ με, *suus ipsorum filius diligit me*: vel sic, ὁ πᾶις αὐτῶν φιλεῖ με, *filius ipsorum diligit me*, sine possessiuo. Et hæc extra reciprocationem: In reciprocatione enim potest possessiuum tertiæ personæ per se poni. δέονται σου τοῖς σφετέροις ὅπως ῥῆτας, *rogãt te, vt suis præbeas auxiliũ.*

Singulis casibus demonstratiuorum additur i acutitonum.

Demonstratiuis additur in contextu orationis ί acutũ ad vim significationis intendendam: τοσί, τηλοῖ, τηλωί, τηλοῦ, ἐκεινοσί. Quemadmodum Latini ad intendendam significationem addunt met, te, pte, ce: egomet, tute, meapte, huiusce.

DE PRONOMINE αὐτός.

Relatiuorũ constructio Nominis ἴδιον subiũgitur identidem pluralis genitiuus αὐτῶν, αἱρὲς relatiuũ, loco reciproci.

RELATIVVM αὐτός postponitur omnibus personis, ἐμὲ αὐτὸ ἀκούω, *memet audio.* σὲ αὐτὸ ἀκούω, *teipsum audio.* ἐκεῖνος αὐτὸς λέγῃ, *ille dicit.* Luc. 2. σὲ ὃ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελάσει ῥομφαία, *tuam ipsius animam, siue tuam propriam animã pertransibit gladius.*

Genitiuus pluralis αὐτῶν postponitur frequenter huic nomini ἴδιον: ἰδίοις αὐτῶν ἀγαθοῖς, *suis propriis bonis.* Quomodo etiam dixerunt veteres Latini, *suo sibi gladio hunc iugulo.*

Et

Et ponitur αὐτὸς quandoque loco reciproci: Gregor. ὁρῶν ἂν τὴν τ' δημου κίνησιν ἐπ' αὐτὸν, *videns igitur in se motum populi.* ἐπ' αὐτὸν posuit, pro ἐφ' ἑαυτόν. Et contrà, reciprocum pro relatiuo. ὡς ὅτιοῦν ἐξὸν ἑαυτῷ ποιεῖν, *tanquam ipsi quicquid libet liceat*: vbi ἑαυτῷ, pro αὐτῷ ponitur. *Reciprocũ loco relatiui.*

Attici composita pro simplicibus & simplicia pro cõpositis accipiunt.

Hæc more Atticorum fiunt, qui composita pro simplicibus, & simplicia pro compositis accipiunt.

Sic ὅς, &c. Nominatiuus ὁς in primitiuo nõ est in vsu.

Sic ὅς, ἥ, οἵ, ἕ, modò reciprocè, modò non reciprocè accipiuntur. Reciprocè, τοιαῦτα οἵ συνοίδε κακὰ, *talium sibi conscius est malorum.* Non reciprocè, Gregor. ὅπως ὁι φανῆναι πολὺν τ' πολὺ, *postquam ingens visa est ei multitudo.*

σφᾶς pro σφέας legendum per crasin.

Sic σφᾶς, pro *seipsos*, vel pro *eos* ponunt, σφισὶν, pro *sibiipsis*, vel pro *ipsis.*

Appendix.

PRONOMINA primitiua genera habent confusa, personas tamen discretas, idque vt plurimum eum emphasi, ἐγὼ γράφω, *ego scribo*, non alius pro me, nec verbis tantum apponuntur sed etiam nominibus & participiis: & his quidem interdum articulate declarationis alicuius gratia, illis vero absque articulo. Imo & *αὐτὸς* aliquando habet emphasin sicut primitiua, vt αὐτὸς ἔφα, *ipse dixit*, certus quidam & egregius scilicet, pro quo sæpe positum inuenitur ὅ οἱ ἐ primitiuum relatiuè citra reciprocationem: Compositum vero cum nominibus reciprocè significat vt αὐτοδίδακτος, *sui doctor*, φίλαυτος, *sui amator.* Primitiui pronominis genitiuus sæpissimè vsurpatur pro possessiuo, vt 2. Corinth. 12. ἐ ζητῶ τὰ ὑμῶν pro τὰ ὑμέτερα, *non quæro quæ vestra sunt.* Possessiuis præmittitur articulus, sine præponantur siue postponantur, vt cum Aristo. Rhet. lib. 3. tradit idem esse τ' γυναικὸς τ' ἡμετέρας, & τ' ἡμετέρας γυναικὸς, sed illud longius hoc breuius. Possessiua vsurpantur interdum pro primitiuis. Lucia. ἅπαι παιδῶσι πέμῳ ᾧ κακοδαίμονος, *Hi dissipant mea infelicis bona.* Vbi etiam ponitur (vt sæpe) genitiuus aliorum nominum qui possessorem explicat. Dionys. Halic. 214, 33. ὑπ' τ' ἐμῆς ἐνὸς ὄντος προστασίας, *è mea vnius tutela.* Sic Plato, δίκαια δ' ἐρῶ τῇ σῇ, *dicam erga tua beneuolentia*, id est, *pro mea erga te beneuolentia.* Possessiuum per hypallagen à poëtis tribuitur interdum ei substantiuo, cui minus aptè cõuenit, Eurip. in Phœn. τ' ἐμὸν ὠδίνων πόνον, pro τ' ἐμῶν ὠδίνων πόνον, *Genitiuus primitiui pro possessiuo.* *Possessiuis præmittitur articulus.* *Possessiua pro primitiuis.* *Possessiui per hypallagen cõstructio poëtica.*

Pronomen ἐγὼ datiuo inseritur orationi abundanter.

meorum dolorem laborem. Primæ personæ pronomen datiuo casu pleonasticῶς interdū inseritur orationi. Demost. *τοῦτ μοι προσέχετε τ̃ νοῦ, huic mihi mentem attendite.* Philemon, *Σύρα, Σύρα τί ἐστι; πῶς ἡμῖν ἔχεις, Syra, Syra, quid est? quo modo nobis habes?* Sic Terent. *Quid ait nobis Sannio.* Virgil. *Vbi nunc nobis Deus ille magister.*

COMPOSITA.

PRONOMINA composita possunt diuisim cōstrui, in prima quidem persona & secunda singulariter tantum, & in tertia pluraliter tātum. Verùm dum compositè dicuntur, capiuntur absolutè. Diuisim verò dicuntur discretionis, aut emphasis causa, *διδάσκω ἐμαυτ̃ υἱὸν*, vel *διδάσκω ἐμ̃ αὐτ̃ υἱὸν, doceo filium meum, vel meiipsius.* *σαυτ̃ φίλ, vel σὶ αὐτ̃ φίλ, tibi ipsi amicus:* ita & in aliis casibus. In tertia persona diuisim dicimus, *σφῶν αὐτῶν, σφισὶν αὐτοῖς, σφᾶς αὐτούς.* Et coniunctim, *ἑαυτῶν, ἑαυτοῖς, ἑαυτούς.*

Cùm in se vel suã possessionem fit reflexio qua constructione sit vtendum nota.

DVM fit reflexio in se, vel in suam possessionē, neque primitiuo vtuntur Græci, neq; deriuatiuo, sed compositis: *ὅρα σαυτὸν, vide teipsum. ὅρα σαυτ̃ υἱὸν, vide tui ipsius filium. ἑαυτοῖς βοηθ̃μεν, nosipsos iuuamus. ἑαυτῶν υἱοῖς βοηθ̃μεν, nostrorum ipsorum filios iuuamus.* Neque rectè dicimus: *σφᾶς τύπτεσι*, sed dicendum compositè: *ἑαυτοὺς τύπτουσι, percutiunt sese.*

Nota.

Verùm quia composita primæ & secundæ personæ proferūtur duntaxat singulariter, ideò tam in duali, quàm plurali ponunt simplicia cum relatiuis. In duali, *νῶϊ αὐτ̃ ὠφελ̃μεν, nos ipsos iuuamus. νῶϊν αὐτοῖν ἁπτ̃μεθα, nobis ipsis iungimur.* In plurali, vt *ἡμ̃ αὐτ̃, ἡμῖν αὐτοῖς, ἡμᾶς αὐτούς, nostrorum ipsorum, nobisipsis, nosipsos.*

Cum à possessione in possessorem fit reflexio, qua constructione sit vtendum.

DVM verò fit reflexio à possessione in possessorem vtuntur simplicibus, & non compositis. Quare non rectè dicitur, *Κικέρωνα φιλεῖ ὁ ἑαυτ̃ υἱός, Ciceronem amat suus filius:* nisi more Attico compo-

situm pro simplici accipiatur, *ἑαυτ̃*, pro *αὐτ̃*. Dicendum est enim, *Κικέρωνα φιλεῖ ὁ αὐτ̃ υἱός, Ciceronem amat suus filius.*

Cum fit in adiunctũ reflexio.

Similiter dum fit reflexio non in se, neque in suam possessionem, sed in aliud adiunctum, vtuntur simplicibus: *θέλ ἐκεῖνός με ἔρχεσθ πρὸς αὐτὸν, ille vult quòd ad se veniam.*

ἑαυτ̃ cuiusuis persona esse potest.

VTVNTVR Græci hoc pronomine *ἑαυτ̃* in omni persona: *ἑαυτὸς ὠφελ̃μεν, ὠφελεῖτε, ὠφελ̃σι, nosipsos iuuamus, vosipsos iuuatis, seipsos iuuant.* Et id non modò in plurali, verumetiam in singulari. Xenophon 2. *Ὑπομνη. Οὕτω γὰ παιδεύεις τὸς ἑαυτ̃ φίλους, sic enim tuos instituis amicos:* verba sunt virtutis ad voluptatē. Ioan. 18. *σὺ ἀφ' ἑαυτ̃ τοῦτο λέγεις, ἢ ἄλλ σοι εἶπε περὶ ἐμ̃; tu à te ipso hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me?* Lucia. in Apologia: *Τοῦ μὲ πρὸς ἑαυτὸν, ὡς τὸ εἰκὸς, ἐλέξαμεν σι. ἑαυτὸν* dixit, pro *σαυτὸν:* cùm Latini solùm in tertia persona seruent hanc constructionē, id est, sui, sibi, se, à se: quod sicut caret Nominatiuo, ita & Græca reciproca composita.

Singul. caret in duali ἀλλήλοιν, ἀλλήλαιν, &c. & in tribus casibus plural. genit. datiuo, & accusat. idq; in omni genere.

Caret etiam Nominatiuo hoc nomen *ἀλλήλων, ἀλλήλοις, ἀλλήλας*, & similem habet cum pronominibus cōstructionem, in omni persona, eo modo quo Latinis inuicem, siue inter, eum Accusatiuo, *φιλεῖν ἀλλήλους, inuicem amare*, vel *inter sese amare. ἀλλήλους ἐλ̃μεν, nos nostri inuicem miseremur, nos nostri inter nos miseremur. ἀλλήλοις χαρίζεσθε, inuicem vobis indulgetis, ἀλλήλους ἀπολαύουσιν, inuicem se potiuntur.* Si verò componatur cum præpositione, habebit Nominatiuum: *ἐπάλληλα, διάλληλα*, verùm tunc non recipit constructionem reciprocam.

APPENDIX I.

Personarum & numerorũ mutatio.

FREQVENS est apud poëtas in Pronominibus personarum & numerorum mutatio. Personarum: *σφέτερον πατέρ ὑμνείουσαι*, pro *ὑμέτερον. τίς τ*

ἄρ σφωέ; pro αὐτώ. Numeri: ἀτρείδη νιῶ ἄμμε παλιμπλαγχθέντας οἴω, pro ἡμᾶς.

APPENDIX II.

Pronomina aduerbiorum loco posita.

CONSTRVVNTVR etiam Pronomina aduerbiorũ loco: vt ταῦτά τοι, ταῦτ' ἄρα, τῷ ὄ, τῷ δή, id est, *proinde, ad hæc, prætereà.* In omnibus his subauditur præpositio, διά. ταύτῃ, *hoc pacto, hac ratione, hac de causa, ideò.* ταύτῃ τοι, *itaque, propter hoc.* ταύτῃ, ὅπῃ, vbi simul ponuntur, valent, ὅπως, ὅπως. ἕως ταύτῃ, ὅπῃ ἐπολαμβάνει, *sit sic, vt creditur.*

SYNTAXIS ARTICVLORVM PRÆPOSITIVORVM.

OFFICIVM ARTICVLORVM in oratione.

Articulus certũ quid & præcognitũ cõnotat.

ARTICVLVS præpositiuus in oratione certi alicuius præcogniti mentionem fieri denotat, vt si quis dicat, ἄνθρωπος ἦκε, *homo venit*, incertum est de quo homine dicat. Sin verò dicat, ὁ ἄνθρωπος ἦκε, certum: nempe de eo, de quo prius facta est mentio. Sic & Ioan. 1. Iudæi interrogantes Baptistam, ὁ προφήτης εἶ σύ; non rogabant, an propheta esset quispiam, sed an ille propheta, quem velut eximium pollicitus erat Moses, Deut. 18. Et Ethic. lib. 1. τὸ ἀγαθὸν, nõ capitur simpliciter pro quouis bono, sed pro illo eximio, de quo Philosophi disputant, summo bono. Hinc est, quòd quibus

Articulus non præfigitur iis quibus significatio ineſt dubia & hæsitans seu incerta.

ineſt significatio hæsitans ac dubia, minimè habeant articulum. Qualia sunt in primis nomina infinita: ὁπόσις, ὁποῖος, ὁπότερος, in quibus ὁ non est articulus, sed dictionis pars. Et interrogatiua nomina, quòd interrogatio sit de re incerta, τίς, ποῖος, πότερος, πόθος, πηλίκος, ποδαπός, ποσαῖος.

Vsus articuli

Verùm cùm id quod dictum est, iteratò interroga

rogatur, addi potest articulus: τὰ ποῖα; *qualia?* τὰ τίνα λέγεις; *quæ dicis?* ὁ τίς ἐρωτᾷς; *quis interrogas?*

vbi quod dictũ est iteratò interrogatur.

Quòd si in priori interrogatione inueniatur articulus præpositus interrogatiuo, referendus est non ad interrogatiuum, sed ad aliud sequens expressum aut subintellectum: ἡ ποίας μείδος, pro ποίας ἡ μείδος. τὰ ποῖα λέγεις, pro ποῖα τὰ ῥήματα λέγεις; ὁ τίς τῷ τολμήσας; pro τίς σὺ ὁ τῷ τολμήσας.

Nota quæ pendent ex antecedentibus.

Articulus ante relatiua inchoata à τ, &c.

Relatiuis inchoatis quidem à τ, addi potest articulus: ὁ τοιοῦτος, ὁ τηλίκος, ὁ τόσος.

Inchoatis autem à vocali, non additur: non enim dicitur, ὁ οἷος, ὁ ὅσος.

ἕτερον & ἄλλο distributiua articulum admittere possunt. At ἑκάτερον & ἕκαστον non item.

Quatuor sunt nomina distributiua, ἕτερον scilicet, & ἄλλο, quibus addi potest articulus: ἑκάτερον & ἕκαστον, quibus non additur. Cætera nomina adiectiua construuntur cum articulis, quando subauditur participium substantiuum, ὁ ἀγαθὸς Σωκράτης φιλοσοφεῖ, pro Σωκράτης ὁ ὢν ἀγαθὸς φιλοσοφεῖ, *Socrates qui bonus est philosophatur.*

Articulus præponitur adiectiuis cum participiũ verbi substantiui subauditur.

Idem erit, si nomen substantiuum præponamus sic, ὁ Σωκράτης ὁ ἀγαθὸς, vtrique præponentes articulum.

Articulus præponitur & substantiuo & adiectiuo per regulam antecedentem.

Hinc fit quòd in epistolarum inscriptionibus cùm nomini proprio additur adiectiuum, necessarius sit articulus, secundum Apollonium. Διονύσιος Τρύφωνι τῷ ἀγαθῷ τῷ χαίρειν: Ἰουλιανὸς Σαραπίωνι τῷ λαμπροτάτῳ. Hoc tamen Autores non semper obseruant, vt, Πλάτων Δίωνι Συρακουσίῳ εὖ πράττειν. Βασίλειος Εὐσταθίῳ φιλοσόφῳ.

Nota. Absque articulo.

Sine articulo verò ponitur, quando verbum substantiuum solum, aut ponitur, aut subauditur inter ipsum & suum substantiuum. Σωκράτης ἐστὶν ἀγαθὸς, *Socrates est bonus.* Ἀριστοτέλης σοφὸς, *Aristoteles est sapiens.*

Adiectiuũ ma-

Poterit etiam huiusmodi adiectiuum mutari in

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatur in genit. pluralem, videturq; regi à subaudiẽdo numerali εἷς, μία, ἓν.

Genitiuum pluralem, cui tunc addetur articulus: Σωκράτης τῆς ἀγαθῶν λῶ, Ἀριστοτέλης τῆς ζοφῶν: *Socrates bonus erat, Aristoteles sapiens.*

Ex his fit, quòd adiectiuum postpositum suo substantiuo, si habeat articulum, cohæret ei absque vllo medio: si verò non habeat, in prædicati locum recedit: vt cùm dicitur, Σωκράτης ὁ ἀγαθός ἐστι: subiectum est, Σωκράτης ὁ ἀγαθὸς: hoc est, Σωκράτης ὁ ὢν ἀγαθὸς: & prædicatum, ἐστίν. Si verò dicamus, Σωκράτης ἀγαθός ἐστιν, subiectum erit, Σωκράτης, & prædicatum, ἀγαθός.

IDEM est iudicium, quando vni substantiuo præponitur aliud substantiuum. Si enim posterius habet articulum, cohæret priori absque vllo medio, & subauditur participium substantiuum: Αἴας ὁ υἱὸς Τελαμῶνος πολεμεῖ: *Aiax qui est filius Telamonis, belligeratur.*

Vbi deest alterũ substantiuum.

Quod Attici dicunt per defectum alterius substantiui. Matth. 4. Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου, [4] *Iacobum filium Zebedæi.*

4

Nota.

SI verò posteriori substantiuo non præponatur articulus, erit prædicatum subintellecto verbo ἔστιν. vt ἄνθρωπος ζῶόν, *homo est animal.*

APPENDIX I.

Articulus sine nomine.

INVENIVNTVR frequenter articuli sine suo nomine: & tunc vel subauditur nomẽ præcedens, [5] vt λόγος μὲν ὅδε πρῶτος, δεύτερος δ' ὃν ὁ τῆς φιλοσόφων, *oratio quidem hæc prima, secunda verò ea quæ est philosophorum.*

5

Vel subauditur participium verbi substantiui, idque potissimùm si articulus sit neutri generis, vt, τὰ θαλάττης, pro τὰ ὄντα θαλάττης, *existentia, siue quæ sunt maris*, hoc est, *res maritimæ.*

Articulus neutri generis ornatus causa citra

Interdum verò nihil subauditur, veluti cùm ornatus causa articulus neutri generis, tam in singulari, quàm in plurali, cum Genitiuo quidem

singu-

singulari ponitur loco nominis singularis: & cum Genitiuo plurali, loco nominis pluralis eius casus, cuius est articulus: vt τὰ τῆς ὀνύχων, vel τὸ τῆς ὀνύχων, id est, ὄνυχες. Et, τὰ τοῦ ὄνυχος, vel τὸ τοῦ ὄνυχος, id est, ὄνυξ. Et τοῖς τῆς ὀνύχων, vel τῇ τῆς ὀνύχων, id est, ὄνυξι. Et τοῖς τοῦ ὄνυχος, vel τῇ τοῦ ὄνυχος, id est, ὄνυχι. τὰ τοῦ ἐπανόδου, vel τὸ τοῦ ἐπανόδου, id est, ἐπάνοδος, *regressio.* Sic Gregor. τὰ τῆς ἐλπίδων, dixit, pro ἐλπίδες, *spes.* Et αἰσχρὰ μὲν τὰ τοῦ ἐκστρατείας, dixit, pro ἐκστρατεία, *expeditio quidem turpis.*

necessitatẽ inseritur orationi.

APPENDIX II.

Articulus postpositus suo nomini.

ARTICVLVS postpositus suo nomini, aut alieno etiam, vim habet exponentis. [6] Chrysost. ἠκούσατε τοῦ σάλπιγγος, τοῦ ἐκ τῆς οὐρανῶν, *audiuistis tubam, tubam inquam, quæ è cœlo descendit.* Paul. 1. ad Tim. 1. καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἐλπίδος ἡμῶν, *& Domini Iesu Christi, qui est spes nostra.*

6

APPENDIX III.

Plures continui inter se articuli.

SÆPE articuli à suis nominibus ita seiunguntur, vt quidquam intercedat aliud: οἱ τὰ φρονтίδα ἔχοντες, *curam habentes.* Quo fit, vt plures inter sese continui ponantur articuli, neque eandem seruent constructionem, sed inuersam. Nam vbi duo sunt articuli, primus est secundi nominis, & secundus primi: vt, οἱ τὰ φροντίδα ἔχοντες. Si verò tres fuerint continui, referentur ad sua nomina eo modo, quo in hoc exemplo, οἱ τὰ ἁπάντων φροντίδα ἀνειληφότες, *omnium assumentes curam.* Continui autem inter sese poni possunt plures articuli in ea oratione, in qua præponitur ea dictio, quæ regitur: aut ipsius adiectiuum, sequente ea quæ regit: τὰ τῆς βίου πράγματα, *negotia vitæ.* ὁρῶ τὸν τοῦ σῆς μερίδος ὄντα, *video eum, qui est partium tuarum.* Verùm non rectè dicitur, τοῦ τὰ πράγματα βίου, neque ὁρῶ τὸν τοῦ σῆς ὄντα μερίδος.

[1] NON

1 [1] NON poteſt intelligi articulorum natura de Latino ſermone, propterea quòd illa prorſus articulis non vtitur. Eſt autem particula hæc orationis eiuſmodi, vt ſubducta ſuo loco, aut alieno inculcata, mirificè orationem deformare videatur: quod quidem quale ſit, nullis præceptis poteſt explicari, ſed totum poſitum eſt in obſeruationis diligentia. Quod quidem ferè docent, articulum aliquid quaſi priùs dictum deſignare, rectiùs, vt opinor, diceretur, articuli generalem ſignificationem eſſe ἐμφατικὴν, & habere ἔνδειξιν, vt fit in adiectionibus & appoſitionibus, demõſtrationibus, explicando, diſcernendo. Creberrimæ etiam ſunt ἐλλείψεις vocum, quæ in articulis intelliguntur. Iam contra præcepta vſus illorum valde multa reperias apud autores linguæ Græcæ, vt ſic oporteret loqui: ὁ τοῦ ποιητοῦ γάμος, ἡ τῶν φαύλων ἀμαθία, τῆς τοῦ πατρὸς ἐπιτηδεύματι. Sed idem tamẽ Iſocrates ſic etiam, ἀλλ' ὁ μὲν τῷ Περσῶν τραυματίᾳ τῷ Μήδων ἐνίκησεν. Et Herodot. δευτερεύοντα ἐπὶ τοῦ ἀθλιωτάτου ἔστω. Quorum & illud erat, τῷ τραυματίᾳ τῶν Περσῶν. & hoc, ἐπὶ τοῦ ἄστεος τῶν ἀθλιωτάτων. Iam hoc adiectiuum adiunctum ſubſtantiuo ſolui in Genitiuum οὐαρτερον. Neque ipſum ſeruarunt, τῆς σώφρονος βροτῶν, & οἱ δ' ἀνασμένοντες βροτῶν. Phyloctete. & Thucyd. τὰς βοηθησούσας λοκρῶν μάχῃ ἐκράτησε. Hæc admonere paucis viſum, vt ſtudioſi linguæ Græcæ ſcirent in hac parte ſibi nequaquam verſanda negligenter ſcripta veterũ, neque adnotationibus parcendum eſſe. [2] Præpoſitiuus articulus tamen adiungitur nomini τις interpoſita cõiunctione, ſic ὁμοῦ τις, id eſt, *quidam, vnus*, itidem ὁτὲ τις, *alter, alius*. vbi τις abundat, quãdoquidem hæc idem valent quod ὁμοῦ, ὁτὲ. In neutra ſignificatione τὸ μὲν ἢ & τὸ δὲ ἢ etiam pro *cum & tum*, ſiue *partim & partim* ponuntur. [3] Præter nomina vniuerſaliter negantia diſtributiuè, quibus articulus non habet neceſſe adiungi, vt ἀδὲν ὑγιὲς, *nihil ſanum*, πλησμονὴ γὰρ ἁπάντων, *ſatietas enim eſt omnium*. ἀδὲ πάντη, ἔτι παρὰ πάντων, *neque omnia, neque paſſim, nec ab omnibus*. quandoque tamen τὰ πάντα legimus. Numeralibus quoque iungi recuſat, quod ea per ſe certitudinem habeant, Lucia, τιθεὶ πέντε δραχμὰς καὶ ὀβολοὺς δύο, *pone quinque drachmas & duos obolos*. D. Luc. ὅτου εἰσὶν ἡμῖν πλείω ἢ πέντε ἄρθμοι καὶ δύο ἰχθύες, Niſi cum certum numerum, ſiue alias prædictum indicamus. Lucian. ἐπὶ τοῦ ἐνενήκοντα ἔτη ἃ βεβίωκε, ad nonaginta illos annos quos vixit. [4] Cum Græci filium vel filiam alicuius efferre volunt, id per articulum maſculinum vel fœmininum genitiuo patris vel matris præpoſitum faciunt, vt ὁ Αἰνησιδάμας ſubaudi cum articulo, vel υἱὸς vel υἱὸς vt ſenſus ſit, *filius Æneſidami*: ſic ἡ Διὸς filia Iouis, ὁ Ἐπάφου, *filius Epaphi*.

[5] Elli

[5] Ellipſis articuli huius varia eſt, vt παὶ τῶν φίλων, & παὶ τῶν τύχης, generalius ſubaudiri poteſt, vel ſubſtantiuum πράγματα, vel participium ὄντα. Sed nonnunquam ſubaudiendum eſt aliquid ſpecialius, vt παὶ Ἡροδότου, ſcilicet συγγράμματα. *Herodoti ſcripta*. Sic apud Herod. 23. πρὸς Κροῖσον ἐσελθεῖν τὸν τοῦ Σόλωνος, ſcilicet διάθεγμα, *Cræſo in mentem venisse Solonis dictum*. In quibuſdam periphraſis quædam videtur eſſe: vt apud Chryſoſt. αὔξεται αὐτοῖς παὶ τὰ πρωμήας: & ἐν τῇ γνώμῃ παὶ τὰ εὐθυμίας ἰσαζέτω πέφυκε. Ibi enim παὶ τὰ πρωμήας, & παὶ τὰ εὐθυμίας idem ferè eſt quod ἡ πρωμία, *pœna*: & ἡ εὐθυμία, *latitia ſeu tranquillitas animi*. Quamquam in talibus quoq; aptum intelligi ſubſtantiuum poteſt. Rurſum cùm legimus παὶ τετράποδα, οἱ φορήμοι, illic ſubauditur ζῶα. hîc ἄνθρωποι, quæ partitiuè quoque efferuntur, τὰ τετράποδα τῶν ζώων, οἱ φορήμοι τῶν ἀνθρώπων. [6] Collocationem articuli diligenter perſecutus eſt Sylburgius, his ferè verbis. Subſtantiuis nudè poſitis præponitur: vt Ioan. 1. αἴρων τὰς ἁμαρτίας τοῦ κόσμου, *tollens peccata mundi*. In tali ſubſtantiuorum conſtructione ſæpe cõtinuatis articulis ſubſtantiuum regens poſtponitur elegantius: vt Iſocrat. τὰς τῶν ἄλλων ἀτυχίας ἐπιβλέπειν, *cæterorum infortunia intueri*. Adiectiuis quoque præponitur, tum nominalibus, tum pronominalibus, tũ participialibus, & aliis; ſed ita vt cum adiectiuo ſuo ſubſtantiua modò antecedat, modò ſequatur. Antecedit enim, cum ſubſtantiuo non apponitur aliud à fronte attributum. vt, οἱ γνήσιοι φίλοι: & partitiuè, οἱ γνήσιοι τῶν φίλων, *genuini & veri amici*. Poſtponitur, cum ſubſtantiuum à fronte alium habet articulum: vt Iſocr. τῶν ὁσίας τῶν πατρικῆς κληρονομεῖν. Sic in appoſitione: Herod. ἐς τὸν Ὄλυμπον τὸν ὄρεα, *in Olympum montem*. In ſubſtantiui & demonſtratiui copulatione, articulus præponitur ſubſtantiuo, demonſtratiuo nunc præpoſito, nunc poſtpoſito: vt, τάδε τὰ ἔπη, & τὰ ἔπη τάδε. Sic Dionyſ. Hal. 201, 41. περὶ αὐτὸ τοῦτο τόπου, *de ipſo loco*; & mox, τοῖς ἤθεσι αὐτοῖς, *diis ipſis*. Sic item Thucyd. πατρὶ τῷ στρατοκλεῖ: & Æſchin. τὸ οἰκεῖον ἁβρὸς πάσης. Quantitatis tamen & qualitatis demonſtratiuis præponitur interdum articulus. Dionyſ. Hal. 201, 17. ἐς τοσάνδε μυριάδας: & 419, 33. ἐς τοσαύτας μυριάδας, *tot milia*. Idem 347, 15. ἐπὶ ταῖς τοιαύταις συμφοραῖς, *poſt tales clades*: & mox, ἐπὶ ταῖς τηλικαύταις εὐπραγίαις, *poſt tantas felicitates, ſeu tam felices rerum ſucceſſus*. Sic Pauſan. 176, 27. ἐπὶ τῷ τοιῷδε, *ea de cauſſa, eam ob rem*. Item ἡ πᾶσα Σικελία, *vniuerſa Sicilia*, apud Thucyd. Articulus cõfuſius interdum multiplicatur. Pauſ. 275, 11. τῷ ὄ Ἀθηνᾶς τὸ ἄγαλμα τὸ Ἀλέας τὸ ἀρχαῖον. breuius enim & clarius ita ſonat ſenſus, τὸ δὲ Ἀθηνᾶς τὸ Ἀλέας τὸ ἀρχαῖον ἄγαλμα, *porro vetus Minervæ Aleæ ſimulacrum*.

Sic

5 *Articuli præpoſitiui varia ellipſis.*

6 *Sedes articuli in oratione.*

Articulus præpoſitus adiectiuis.

Poſtponitur cũ ſubſtantiuũ alium habet articulũ à fronte.

Articulus demõſtratiuis qualitatis & quantitatis præpoſitus.

Articulus confuſius multiplicatus.

Sic idem 178,30. καθῆκεν ἐς τ̃ ἵππων τ̃ δρόμον τ̃ πελείων τὰς πώλας, pro καθῆκε τὰς πώλας ἐς τ̃ δρόμον τ̃ πελείων ἵππων, *pullos immisit in adultorum equorum cursum*; seu, *pullos cum adultis equis in cursus certamen commisit*. Interdum etiam regés subſtãtiuum cum ſuo articulo longius poſtponitur. vt apud Ariſt. De Anima, ἄδηλον ὃ καὶ δ̃ κύκλῳ φέρεται τ̃ οὐρανὸν ἢ αὐτὸν, *ſed & cauſſa cur calum in orbem* (ſeu *circulari motu*) *feratur, obſcura eſt*.

Subſtantiuum regens cum ſuo articulo poſtpoſitum in oratione.

ARTICVLVS CVM PRONOMINE.

1 *Pronomina.* 2 *Nota.*

PRONOMINA[1] ſiue primitiua ſint, ſiue demonſtratiua, ſiue relatiua, [2] non ſuſcipiunt articulum, quòd ex ſeſe ſatis certa ſint, niſi fortè ad maiorem emphaſim, ὁ αὐτός, ὁ αὐτὸς, *idem*. τὸν αὐτὸν, *eundem*.

Deriuatiua verò ſuſcipiunt eo modo, quo nomina adiectiua: eandem enim cum illis vim, eandémque omnino conſtructionem habent: ὁ ἐμὸς οἶκος, *mea domus*. ἡ ἐμὴ οἰκία, *mea habitatio*. τὸ ἐμὸν οἴκημα, *meum domicilium*. Verùm tunc ad ſequentia nomina neceſſariò referri intelliguntur: ὁ ἐμὸς οἶκος, id eſt, ὁ οἶκος μου: τὸ ἐμὸν οἴκημα, id eſt, τὸ οἴκημά μου.

Pronomen infinitum δεῖνα eſt capax articuli: ὁ δεῖνα, ἡ δεῖνα, τὸ δεῖνα: Vnde πρὸς τ̃ δεῖνα dicunt Græci, quando ſignificant ad quendam certum hominem, quem tamen non nominant. Item ὁ δεῖνα, καὶ ὁ δεῖνα dicitur pro, *hic & ille*. τῷ δεῖνι μεμφόμενος, καὶ τ̃ δεῖνα ἀνάξιον εἶναι φάσκων, *huic ſuccenſens, illum indignum eſſe dictitans*. Et, τὸ δεῖνα χρυσὸν μένη, καὶ τὸ δεῖνα αὖ, *nunc in hanc, rurſus in illam ſpeciem transformata*.

1 [1] ARTICVLVS tamen pronomini poſſeſſiuo præponitur: Plato, εὔνοια γὰρ ἐρῶ τῇ σῇ, *Beneuolentia enim dicam tua*. Eurip. τύμβον δ̃ βελοίμαν ἂν ἀξιάμβρον τ̃ ἐμὸν ὁρᾶν, *Tumulum autem velim honoratum meum videri*. Interdum tamen non præponitur. Heſiod. ἐμόσδε πατὴρ καὶ σός, *meuſq; pater & tuus*.

2 [2] Præponitur relatiuo αὐτὸς. Iſocrat. Nicocl. νομίζειν δ̃ τ̃ αὐτὸς εἶναι ζημίας ἀξίους τοὺς συγκρύπτοντας τοῖς ἐξαμαρτάνουσιν, *Exiſtimatur eadem eſſe multa occultantes peccantibus*. Porrò huic relatiuo præpoſitus mutat eius ſignificationem: Nam ὁ αὐτὸς ſignificat *idem*, ἡ αὐτὴ *eadem*: τὸ αὐτὸ vel cõtractè τωὐτὸ *idem*. Sic οἱ ἄλλοι, οἱ ἕτεροι *cæteri*, cùm ἄλλοι & ἕτεροι generalius ſignificet *alij*.

Articulus mutat ſignificatum relatiui.

ARTICVLVS CVM VERBO.

Infinitiuo præponitur articulus τ̃ pro gerũdio in DI.

ARTICVLVS Genitiuus cum verbo infinito ponitur Græcis eo loco, quo Latini vtuntur Gerundiis in DI, addentes cauſa, vel gratia: aut verbo Coniunctiuo præcedente: vt, τ̃ ποιεῖν, cauſa faciendi, aut, *vt faceret*. τ̃ φαγεῖν, τ̃ λέγειν. Lucæ vlt. καὶ εἰσῆλθε τ̃ μεῖναι σὺν αὐτοῖς, *& ingreſſus eſt manendi gratiâ cum illis, ſiue, vt maneret cum illis*. Eodem cap. οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἐκρατοῦντο τ̃ μὴ ἐπιγνῶναι αὐτὸν, *oculi autem eorum tenebantur, vt non agnoſcerent ipſum*.

Infinitiuo præponitur ἐν τῷ pro gerundio in DO.

DATIVO articulo cum verbo infinito, antecedente præpoſitione ἐν, vtuntur loco Gerundiorum in DO: ἐν τῷ παιδάζειν προκόπτομεν, *ſtudendo proficimus*.

Nota.

Quandoque etiam ponitur pro Genitiuo abſoluto, adiecto nomine Accuſatiui caſus, ἐν τῷ βασιλεύειν Τραϊανὸν, pro βασιλεύοντος Τραϊανοῦ, *regnante Traiano*. Sic Luc. vltim. καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κατακλιθῆναι αὐτὸν, pro κατακλιθέντος αὐτοῦ, *hoc factum eſt ſedente eo*. Et ſine præpoſitione ἐν æquiualet vltimo ſupino, τῷ προσκαλεῖν, *oratu*.

Infinitiuo præponitur πρὸς τὸ, pro gerundio in DVM, *vel primo ſupino.*

ACCVSATIVO articulo, præcedẽte præpoſitione πρὸς, vtuntur loco gerundij in DVM, vel primi ſupini: ἔρχομαι πρὸς τὸ προσκαλεῖν, *vado oratum, vel ad orandum*.

Infinitiuus pro nomine.

Præponitur etiam commodè verbis infinitis, quoties pro nomine ſumuntur.

Sumuntur autem verba infinita pro nomine,

Universidad de Deusto
Biblioteca

non solùm vt Latinis in Nominatiuo & Accusatiuo, sed in omni casu. In Nominatiuo, τὸ φιλοσοφεῖν καλόν ἐστιν, *philosophari res est honesta.* In Genitiuo, τοῦ φιλοσοφεῖν οὐδὲν ἥδιον, *nihil iucundius quàm philosophari.* In Datiuo, τῇ φιλοσοφεῖν ἐναντιῆται ἡ Ἀφροδίτη, *philosophiæ aduersatur Venus.* In Accusatiuo, τὸ φιλοσοφεῖν καλὸν εἶναι λέγομεν, *philosophari dicimus honestum esse.*

ARTICVLVS CVM PARTIC.

Articulus necessarius antistes participiorum, &c.

PARTICIPIIS necessarius est articulus, quoties resoluuntur in verba: ὁρῶ τινα ἄνθρωπον τὸν κωλύοντα, id est, ὃς τὸν κωλύσει, *video quendam hominem, qui hæc inhiberet & impediret.* ἦσάν τινες οἱ διασύροντες, pro οἱ διέσυρον, *erant quidam qui carpebant.* δεῖ τὸν σώζοντα τὸν, *oportet esse qui ea seruet.* Quoties verò non resoluuntur in verba, eo modo se habent ad articulos, quo nomina adiectiua.

CVM præponitur articulus participiis certam vocabuli limitationem significat: vt οἱ φρονοῦντες, *ij qui sapiunt.* & substantiuè, τὸ φρονεῖν, pro ἡ φρόνησις prudentia.

ARTICVLVS CVM PRÆPOSITIONE.

Si articulus sit antistes præpositionis, &c.

SI articulus iungatur præpositioni cum suo casu, intelligitur commodum aliquod participium: ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, nempe ὤν, aut οἰκῶν. ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, subauditur ἐλθὼν, vel καταβάς. Sic Matth. 15. τότε προσέρχονται τῷ Ἰησοῦ οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων γραμματεῖς, *tunc accesserunt ad Iesum Scribæ, qui erant ab Hierosolymis,* siue *Hierosolymitani.* οἱ κατ' ἀγοράν, *qui versantur in foro,* hoc est, causidici. τὰ κατ' ἀγοράν, *quæ sunt in foro,* id est, *res forenses.*[1]

Compendia orationis notanda.

AD hanc formam compendij gratiâ vtuntur eleganter huiusmodi orationibus, τὸ κατ' ἐμέ, τὸ ἐπ' ἐμέ, *quod ad me attinet:* pro quo etiam dicunt τὸν' ἐμὲ, vel τὸ ἐμόν. τόν' ἐπ' ἐκεῖνο, *quantum in eo fuit.* τόν' ἐφ' ἡμῖν, *quantum in nobis fuit.* τὰ ἐν μέρει, τὰ ὅπη μέρη, *particularia.* τὰ μέχρι τέτε, *hactenus.* τὸ ἐντεῦθεν, *hinc.* τὸ κατ' ἐμαυτὸν μέρος, *quantum in me fuit, pro mea virili.* τὸ κατὰ σαυτὸν μέρος, *pro virili tua, quantum in te fuit.*

Quod etiam sæpenumerò dicunt subaudientes præpositionem: τὸ σὸν μέρος, τὸ μέρος, τὸ ἐπ' αὐτὸν ἥκον μέρος, *quantum in se fuit, quantum ad se pertinebat.*

A consiliis, &c. Nota.

Eas etiam orationes, quas Latini dicunt, *à consiliis, à libellis, à mensis, à secretis* & similes secundum hanc formam, eleganter efferuntur Græcis hoc modo: οἱ πρὸς τοῖς ἀπορρήτοις, οἱ ὅπη τῶν ἀπορρήτων, id est, οἱ τῶν ἀπορρήτων προϊσάμυροι, *à secretis.* οἱ πρὸς ταῖς κύλιξι, οἱ ὅπη τῶν κυλίκων, id est, οἱ τῶν κυλίκων προϊσάμυροι, *à calicibus.*

Nota de articulo.

Articulus tam singularis quàm pluralis, cum præpositione κατὰ, & nomine singulari ἕκαστος, vel εἷς, tantundem valet, quantum nomen plurale eius casus, cuius est articulus: vt, οἱ καθ' ἕκαστον, vel ὁ καθ' ἕκαστον, id est, ἕκαστοι, *singuli,* τὰ καθ' ἕκαστον, vel τὸ καθ' ἕκαστον, id est, ἕκαστα, *singula.* ἡ καθ' ἑκάστην, vel αἱ καθ' ἑκάστην, id est, ἕκασαι, *singulæ.* τῶν καθ' ἕκαστον, vel τῶν καθ' ἕκαστον, id est, ἑκάστων, *singulorum.* τῶν καθ' ἑκάστην, vel τῶν καθ' ἑκάστην, id est, ἑκασῶν, *singularum:* & in aliis casibus simili modo. Item ὁ καθ' ἕνα, vel οἱ καθ' ἕνα, *singuli.* τὸ καθ' ἕν, vel τὰ καθ' ἕν, *singula.* ἡ κατὰ μίαν, vel αἱ κατὰ μίαν, *singulæ:* similiter in aliis casibus.

περὶ & ἀμφὶ præcedente articulo.

Articulus pluralis numeri cum præpositione περὶ vel ἀμφὶ, aut simili, & nomine proprio, tantundem valet, quantum nomen proprium Attricis. Chrysostom. οἱ περὶ Παῦλον καὶ Πέτρον, id est, *Paulus & Petrus.* τοῖς περὶ τὸν Ἀλκινόου, pro τοῦ Ἀλκινόου. οἱ περὶ Πλάτωνα, pro Πλάτων. εἰς τὰς ἀμφὶ τὸν Ζήνωνα, pro εἰς τὸν Ζήνωνα. οἱ ἀμφὶ τὸν Σωκράτην, pro ὁ Σωκράτης.

Nota.

Quoniam antè hic sermo sub voce plurali singulare significat, fit vt possit adiungi verbo singulari quidem figuratè: οἱ ἀμφὶ Σωκράτην ἔλεγε, So-

Universidad de Deusto
Biblioteca

crates dicebat. Plurali verò simpliciter, οἱ ἀμφὶ Σωκράτ-
λω ἔλεγον, *Socrates dicebat.*

Nota. ALIQVANDO tamen accipitur non modò pro homine, sed etiam pro eius comitatu, vel sodalitate: οἱ ϖερὶ Σωκράτ-
3 λω,[3] id est, *Socrates & tota quæ apud ipsum est sodalitas.*

1 [1] SIC οἱ ϖρὸ ἡμῶν, scilicet γεγονότες, *qui ante nos fuerunt, maiores nostri:* οἱ μετ' ἡμᾶς, scilicet ἐσόμενοι, *qui post nos erunt, posteri nostri:* οἱ μετ' Ἀχιλέως, scilicet ὄντες, *qui cum Achille sunt, Achillis socij:* οἱ ἐν τέλ-
ει, scilicet ὄντες, *qui in censu sunt, potentiores:* οἱ ἐν τοῖς ἀγροῖς, scilicet διάγοντες, *qui in agro degunt, agrestes, rustici.* Sic οἱ κατ' ἀγορὰν, *qui versantur in foro, forenses:*
2 οἱ ϖερὶ τὰ ἱερά, *qui administrant sacra, sacerdotes.* [2] Formulas per ἀμφὶ & ϖερὶ, iidem Latini imitantur. Terent. *Quæ circum illam erant ancillæ.* Æmilius Prob. *Qui circum Antigonum*
3 *erant.* [3] οἱ ϖερὶ Πλάτωνα, *Platonis sectatores:* vt οἱ ἀμφὶ τὸ Ὀρφέα, *sectatores Orphei.* οἱ ἀπὸ Πλάτωνος, *qui sunt à Platone,* vt Cic. quoque loquitur in Orat. pro Mur. & Virg. Æn. 1. *tum Belus & omnes à Belo,* scilicet orti; seu, qui post Belum fuerũt. item οἱ ἀπὸ τῆ βουλῆς apud Appianum, *qui sunt de Senatu, senatoris ordinis homines.* Item οἱ ϖρὸς ἀνδρῶν, scilicet ϖεφυκότες, *qui ex parte virorum nobis sunt propinqui, qui ex parte*
1 *virorum nos attingunt.* at οἱ ϖρὸς ταῖς κύλιξι, scilicet ὄντες, *qui sunt ad pocula, præfecti poculis, pocillatores.* Hæc Latini quoque sic efferunt interdum. Sueton. in Claudio, *Super hos Polybium à studiis, Narcissum ab epistolis, & Pallantem à rationibus.* Idem addito substantiuo in Cæsare dicit, *Philomenem à manu seruum:* itidemque Cic. ad Att. *Pollucem seruum à pedibus Romam misi.*

ARTICVLVS CVM ADVERBIO.

Articulus præfixus aduerbio. ADVERBIO additus articulus vim habet nominis adiectiui: Mar. 4. ἐκείνοις δὲ τοῖς ἔξω ἐν ϖαραβολαῖς τὰ ϖάντα γίνεται, *illis autem exteris omnia fiunt in parabolis.* Iob 1. ϖεριέφραξας τὰ ἔσω αὐτοῦ, καὶ τὰ ἔξω, *vallasti interiora eius, & exteriora.* Ioan. 4. ὑμεῖς ἐκ τῶν κάτω ἔστε, ἐγὼ ἐκ τῶν ἄνω εἰμὶ, *ego è supernis sum, vos ab inferis estis.* τὸ νῦν, *in præsentia.* τὰ ἐν ᾅδου, *ea quæ apud inferos.*

ARTICVLI etiam temerè aduerbiis, & quorum est aduer

aduerbialis significatio, adduntur, aut non adduntur, ἐγχωρίως, τὸ ἐγχωρίως. τέλος, τὸ τέλος. ϖαρὰ ϖολύ, ϖαρὰ τὸ ϖολύ. ἐπὶ ϖλεῖον, ἐπὶ τὸ ϖλεῖστον. ϖαραυλίκα, τὸ ϖαραυλίκα. ἀπὸ τότε, τὸ ἀπὸ τότε. μὴ τοῦτο, τὸ μὴ τοῦτο. ἐπὶ τούτοις, τὸ ἐπὶ τούτοις. ϖαρὰ ϖολὺ, τὸ ϖαρὰ ϖολύ. Quæ quidem scribunt, ac legunt ὑφ' ἓν, τὸ ὑφ' ἕν, τὸ ἐγχωρίως, ἐπὶ ϖλεῖον, τὸ ἀϖὸ τότε. Huiusmodi sunt, τὸ ἐγχωρίως, ϖαμφιλίως, τὸ ϖερισσότερον, τὸ ϖαρὰ ϖολύ.

Est & elegans repetitio articuli præpositiui cum particula δὲ, ad hunc modum, ὅσον μὲν χρόνον ϖρῶτα τὸ κράτος ἐν τῇ εἰρήνῃ, μετρίως ἐχρῆτο, καὶ ἀσφαλῶς διεφύλαξεν αὐτὴν, καὶ ἐμέτρησε σκέψει μετρίᾳ. ἐπειδὴ δὲ ὁ ϖόλεμος κατέσχε, ὁ μὲν φανεὶς καὶ ἐν τούτῳ ϖρέπων τὴν δυνάμιν. *Quandiu enim præfuit reipub. in pace, moderatè est principatu vsus, & incolumem illam conseruauit, quæ illo tempore ad ingentem magnitudinem excreuit. Cùm verò bellum inuasisset, no tum quidem vires hunc fugerunt, &c.* Herod. οἱ μὲν ϖαρόντες ὅκως μὲν τοῖσι δώσουσι Μιλτιάδεϊ ἀργύριον οὐδὲν, διενοεῦντο, οἱ δὲ ὅκως φυλάξουσι τὴν ϖόλιν τοῦτο ἐμηχανῶντο, *Pariis quidem argentum dare Miltiadi animus non erat, hoc autem omni ratione agebant, vt defenderent vrbem.*

APPENDIX I.

Articulus præpositus dictioni & orationi materialiter acceptæ. NON modò omnibus orationis partibus, sed orationi quoque materialiter acceptæ præponitur articulus in neutro genere: τὸ ἄνθρωπος, *hæc dictio* ἄνθρωπος. τὸ γυνὴ, *hæc dictio* γυνή. τὸ λέγω, *hæc dictio* λέγω. τὸ Σωκράτης διαλέγεται, *hæc oratio,* Σωκράτης διαλέγεται.[1]

1 *Nota.* Itaque Græcis hîc valet articulus in neutro genere, quod Dialecticis nostri seculi particula Ly.

Præponitur etiam articulus neutri generis orationibus positis vice [2] Nominatiui, τὸ τὴν νέον ἔτι οὖσαν φιλοκαλεῖσθαι, θαυμαστὸν οὐδέν, *quòd is qui adhuc iuuenis est, sit bonarum rerum studiosus, nihil mirum.*

2

APPENDIX II.

Atticis abundat articulus. ATTICIS sæpè abundant articuli:[3] ἐλπίδα ἔχω καὶ τοῦ ἐλαχίστου, *spem habeo ne minimam quidem.* Quod plerumque fit ante nomina numeralia, τὰ ὀκτωκαίδεκα ἔτη. Et dum præponitur superlatiuis, ὁ ϖάντων ὁ βδελυρώτατος. Sæpe enim repetitus articulus efficit orationis phrasim venustiorẽ. Lucia.

3

Repetitus articulus.

ϰ᾽ ὁ νωῦ πένης, ὁ δ᾽ δεῖν, ὁ βελάσαμβός τι πρὸς ἀγρονόμ ἔτω λέγης, μέλ᾽ ὀλίγον ἅπασι ζηλωτός, ϰ᾽ ἐπίφθονος ἔσῃ, &c.

4 *Articulus supprimitur Atticis.*

Rursus Atticorum est articulum supprimere: ἔστω δ᾽ ὡς ἁβρὸς ὤστε ϰαὶ ἀϰοντίῳ ὑπερέχειν, pro ὥστε ϰαὶ τῷ᾽ ἀϰοντίῳ ὑπερέχειν. Id quod frequenter faciunt in nominibus propriis: φίλιππός ἐστιν, pro ὁ φίλιππός ἐστιν.

Fit & quandoque in participiis, δεῖ τί ἦτον μισθύσκου δ᾽ μεγάλας ϰωθωνιζόμενοι, pro οἱ ϰωθωνιζόμενοι.

Interdum autem nusquam supprimunt, sed singulis dictionibus addunt suum articulum. Interdum verò partim supprimunt, & partim non, prout postulat oratio.

APPENDIX III.

Articuli in diuisionibus.

HABENT insuper locum articuli in diuisionibus, adiuncta Coniunctione ἤ & μέν, per omnes casus. Per nominatiuum, ἄνθρωποι οἱ μὲν ἤδη εἰσέτρεχον, οἱ δ᾽ παρεσϰεύάζοντο, *homines alij quidem iam incursabant, alij verò apparabant.* Per Genitiuum, τῶν ἀνθρώπων οἱ μὲν ἕλληνες, οἱ δ᾽ βάρβαροι, *hominũ alij quidem Græci, alij verò Barbari.* Per Datiuum, ἀρεταῖς δ᾽ μὲν ἐναντιοῦται Ἀφροδίτη, δ᾽ ἤ μέθη, *virtutibus quibusdam quidem aduersatur Venus, aliis verò ebrietas.* Per Accusatiuum, στρατηγὲς τὸς μὲν ἕλαβον, τὸς δ᾽ λαβεῖν οὐδαμῶς ἠδυνήθησαν, *duces alios quidem ceperunt, alios verò capere haudquaquam potuerunt.*

In quibus sumuntur etiam quandoque aduerbialiter pro *partim, partim:* vel *tum, tum:* vel *simul* geminatum, τ᾽ ἀνθρώπειον γένος τῇ μὲν ἀγαθόν, τῇ δ᾽ φαῦλον, *humanum genus partim quidem bonum, partim verò malum.* ἐθεράπευσεν ὁ χειρὸς τοῦτο μὲν σώματι, τοῦτο δ᾽ ψυχῇ ϰάμνοντας, *Christus curauit laborantes tum corpore, tum anima: vel simul corpore, simul anima.*

Refertur autem in his diuisionibus, ὁ μὲν, propriè ad proximum, & ὁ δ᾽, ad remotius, sicut Latinis *hic & ille.*

FIT

FIT etiam nonnunquã, vt in diuisionibus loco articuli præpositiui ponatur subiunctiuus. *ὅς subiunctiuus articulus in diuisionibus.*

5 Ad Rom. 15. ὁς μὲν πιστεύει φαγεῖν πάντα, ὁς δ᾽ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθίει, *alius quidem credit se vesci quibusuis, alius verò infirmus oleribus vescitur.* Rursus eodem cap. ὁς μὲν ϰρίνει ἡμέραν παρ᾽ ἡμέραν, ὁς δ᾽ ϰρίνει πᾶσαν ἡμέραν, *hic quidem iudicat aliquid interesse inter diem & diem, ille verò idem sentit de quouis die.* Vnde sumũtur articuli nonnunquam pro Pronominibus demonstratiuis, ὅς pro τοῦτον, τῷ pro ταύτῳ, vt ὁ γὰρ ἦλθε θοὰς ἐπὶ νῆας ἀχαιῶν, ibi ὁ, pro οὗτος ponitur: id quod crebrũ est adiectis Coniunctionibus δε, γε, ὅδε, ἥδε, τόδε, ὅγε, ἥγε, τόγε, pro οὗτος, 6 αὕτη, τοῦτο, *hic, hæc, hoc.* *Articulus pro demonstratiuo pronomine.*

6

Itidem in reliquis casibus, τοῦδε, τῷδε, τόνδε, *huius, huic, hunc.* τόνδ᾽ ἀπαμείβόμενος προσέφη πόδας ὠϰὺς Ἀχιλλεύς, pro τοῦτον: idque in compositione. Verùm extra compositionem ὁ δὲ, ponitur pro οὗτος δέ. *ὁ δὲ pro ὅστις δέ.*

Dicitur etiam ὁδέτις oxytonum, pro ὁδὲ, *alter, alius:* sicut ὁμέϋλις, pro ὁ μὲν, *vnus.* In quibus τις abundat, ornatus gratiâ. Sed ὅδε͂λις grauitonum ponitur pro οὗτος, *hic.* Cæterùm philosophis τόδε͂λι vocatur Substantia.

Nota.

7 Capiuntur & articuli pro nominibus interrogatiuis, τῷ pro τίνι, 7 *cui?* Et pro infinitis, ἑ͂τῳ, pro ἑτέτνι, *si cui.*

APPENDIX IIII.

Articulus cum suo nomine pro aduerbio.

VTVNTVR præterea articulis vnà cum suis nominibus aduerbiorum loco: τὸ μέγιστον, *ad summum.* τὸ ἐλάχιστον, *ad minimum.* τὸ ὕστατον, *postremum.* τὸ πλεῖστον, *frequentissimè.* Sicut Terent. in Phor.

Vbi plurimum est.

Dixit pro, *vbi frequentissimè est.* Significat etiam *ad summum.* τὸ πρῶτον, τὰ πρῶτα, *primum.* πρῶτα ϰαὶ ὕστατα, *quamprimùm.* πρῶτα πρώτιστα, *principio, à prima ætate.* πρῶτα μάτην, *frustrà.* τ᾽ ἄλλα, *cæterùm.* τὸ ἧϰον, *pro virili, quantum possibile est.*

1 [1] LICET hic adscribere illud Polyb. ἐὰν ἀφέλῃ τις τὸ ἀλλὰ π, καὶ ὧδε, καὶ τίνος χάριν ἐπεφάχθη, καὶ τὸ πραχθὲν πότερον ὄλοιτο ἔχῃ τὸ τέλος, τὸ καθολοιπόμενον ὠφέλῃ τὸ παραπαν, *Si sustulerit quis illud propter quid & quomodo, & cuius gratia factum sit, & quod factum est, vtrum probabilem finem habeat, & reliquum nihil profuerit omnino.* [2] Neutri generis articulus præponitur quibuscunque vocibus absolutè captis. Aristo. de Gener. animal. ὥσπερ μὴ τὸ Παῖς ἀνὴρ γένῃ, *Quemadmodum postquam* PVER *aliquis esse desierit, fit vir.* Idem, Analyt. pr. μὴ προσθεὶς τὸ Πᾶσαν, *Nisi adiecerit vocabulum* OMNEM. [3] Quomodo pleraque vacant adiectiua. Hesiod. ὀδὲ πατὴρ παίδεσσιν ὁμοίιος, ὀδὲ κ παῖδες, *Neque pater filiis similis, neque quid filij.* Lucian. ὡς ἐλπίσαι χαμαιστὶ ἡλίκα, *Vt sperarent mira quanta:* Hic π & ἡλίκα vacãt. [4] Imo idem interdum venustè duplicatur, ita vt prior totum attributum spectet, posterior partem eius. Aristot. 3. de Cœlo. cap. 2. ἄλλαμέν καὶ τοῦτο ἄπορον, τὸ, τὸ ἄπειρον ἄπαυστον ἔχειν κίνησιν, *Verum enimuero hoc quoq; absurdum est, quod infinitum habeat motum inordinatum.* Sic Alex. Aphrod. προσδεήσει καὶ ἄλλων τινῶν πρὸς τὸ τὸ ἴδιον ἔργον ἀποδοῦναι, *Indigebit etiã aliis quibusdam, ad id vt opus suum absoluat.* [5] Et contra præpositiuus pro relatiuo ὅς. Herodot. in Euterpe ὕστατον αὐτῆς βασιλεύσαι Ὧρον τὸν Ὀσίριος παῖδα, τὸν Ἀπόλλωνα Ἕλληνες ὀνομάζουσι, *Postremo eius regnum tenuisse Orum Osiris filium, quem Apollinem Græci nominant.* Hic τὸν est pro ὃν: Et verbo mutato in participium, vt dicetur in [6] articulo postpositiuo. [6] Homer. ιλ. υ, Ζεὺς δ' αὐξάνει ἄνδρα καὶ ὀφέλλει μάλα θεῖτε. Ὅππως κεν ἐθέλῃσιν· ὁ γὰρ κράτος ἀμφὶς ἅπαντας.

Iupiter verò virtutem viris augetq; minuitq;

Quomodocumque voluerit. Ille enim est validissimus omnib. Herodotus in Clione ὀδεὶς οὕτω ἀνόητός ἐστιν, ὃς πόλεμον πρὸ εἰρήνης αἱρέεται, ἐν μὲν γὰρ τῇ οἱ παῖδες τοὺς πατέρας θάπτουσι, ὀδὲ τῷ οἱ πατέρες τοὺς παῖδας, *Nullus adeo inconsideratus est qui bellum pro pace eligat, in hac enim liberi parentes sepeliunt, in illo autem parentes liberos.* Hic enim ὁ est pro ὃς *qui*, item τῇ pro ταύτῃ *hac.* & τῷ pro ἐκείνῳ *illo.* Item pro τοσούτῳ *tanto.* Iliad. θ.

τῷ κρείσσων ἧσι Ζεὺς ποταμῶν ἁλιμυρήεντων

Tanto præstantior est quidem Iupiter fluuiis in mare fluentib.

[7] Lucian. τῷ προφὴ δ' ἐνηλλάγη, *Quomodo verò immutata est?* Item, τῷ τοῦτο ἔχεις τεκμαίρεσθαι, *Quo id potes coniicere.* Et pro Infinito πνὸς πνι. Xenoph. ἵν τε τῷ τι ὑποχθέντι, *Et si cui quid pollicentur.* Sophocl. εἰ φόβος τις γλῶσσαν ἐγκλείσας ἔχει, *Si metus alicuius gratia linguam inclusam habeat.* Ponitur quoque articulus pro substantiuo: vt Eurip. τὸ τῆς τύχης ἄφατον οἱ προσδόκητον: *fortuna incertum quorsum sit enasura.* Sic τὸ τοῦ Διογένους πρὸς Ἀλέξανδρον, *illud Diogenis ad Alexandrum.* Sed hic ellipsin esse substantiui libentius dicerem, vt fusius suprà dictum est.

Neutri generis articulus absolutis vocibus præponitur.

Articulus neutri generis duplicatus.

Articulus pro substantiuo.

SYNTAXIS ARTICVLORVM SVBIVNCTIVORVM.

ARTICVLVS subiunctiuus [1] præponitur huic indefinito nomini τὶς inclinatiuo: vt, ὅς τις, *quicunque.* Quod etiam fit nonnunquam antecedente nomine, πᾶν: πᾶν ὅ,τι, *quodcunque.* πᾶς ὅστις, *quiuis, quicunque.* Et id quidem in singulari, sed non in plurali. Non enim dicimus, πάντες οἵ τινες, sed πάντες ὅσοι. Fit etiam præcedentibus negationibus, ὀδεὶς ὅστις, *nullus.* ὀδενὸς ὅτου, *nullius.* ὀδεμίαν ὠτινα, *nullam:* & ita per alios casus.

Nota ὅστις. *Præponitur infinito* τις. πᾶν ὅ,τι. πᾶς ὅστις. πάντες ὅσοι. ὀδεὶς ὅστις.

Et subiungitur interdum ἄν: vt ὀδεὶς ὅστις ἄν, μήδ' ὅστις ἄν, *nullus.* & ὅστις ἄν, *aliquis.* ὅτου ἄν, *alicuius.* & sic in aliis casibus. Dicitur etiam, ὅτε ἄν, & ὅτῳ ἄν, pro ὅτου ἄν, & ὅτιν' ἄν.

Nota ὅστις ἄν. ὀδεὶς ὅστις ἄν.

Præponitur etiam Coniunctioni περ, ὅσπερ: & χὡσοῦτος: & πω, ὅσπω: & δή, ὃς δή: & ἅτις, ὃς ἅτις. Poëtæ etiam, ὅσπα, & ὅσσα dicunt.

Præponitur Coniunctioni.

CVM verò quis vult significare, se ignorare, etiam πῶς annectit post τὶς, & post δή. ὅστις ποτὲ ὧν ἐκεῖνος; *quis nam erat ille?* ὁπόστις & ἁπόστις, *quotuis, quæuis.*

ὅστις ποτὲ.

Sæpenumerò non ad casum, quem exigit verbum sequens redditur articulus subiunctiuus, sed ad eum, quem postulat præcedens, licet ab eo sit alienus: ἀπολαύω ὧν ἔχω ἀγαθῶν, pro ἃ ἔχω, *fruor bonis quæ habeo.* χρῶμαι οἷς ἔχω βιβλίοις, *vtor libris quos habeo.*

Refertur ad casum verbi præcedentis.

Hinc sunt illa, ἀνδρὶ οἵῳ ζῆν, ἄνδρα οἷόν σε.

Sic Virgilius,

Vrbem quam statuo, vestra est.

Et Terent.

Populo vt placerent, quas fecisset fabulas.

Ponitur sine suo antecedente.

Et ponitur plerumque sine suo antecedente: ἐξ ὧν ἔπεμψας ὀψιςολῶν, ἔμαθον, id est, ἐκ τούτων, ἃς ἔπεμψας, ὀψιςολῶν. ὧν ἔπαθεν ὀργιῶ ἔχῃ, id est, ἐκ τούτων, ἃ ἔπαθεν ὀργιῶ ἔχῃ. Sic 2. ad Corinth. 12. μή τις εἰς ἐμὲ λογίσηται, ὑπὲρ ὃ βλέπει με, *ne quis existimet, supra id quod videt esse me.*

Quod etiam fit in relatiuo nominis, ὡδὶ οἷον χρὴ εἶναι τὸν ἄνδρα ἀγαθόν, id est, ὡδὶ τοιοῦτον, οἷον χρὴ εἶναι ἄνδρα ἀγαθόν. μακαρίζω σε, οἷα ἔργα ἐποίησας, id est, μακαρίζω σε ὅτι τοιαῦτα ἔργα, ἃ ἐποίησας.

Anomalia numeri.

Refertur articulus subiunctiuus interdum singulariter ad verbum plurale: ἀνθρώπους τίνυσι, ὅσις κ' ἐπίορκον ὀμόσῃ, *homines puniunt, quisquis falsum iuramentum iurauerit.* Interdum verò econtrariò, ad verbum singulare inuenitur reddi pluraliter: μή τις ἀχαιῶν ἐνθάδ' ἐπέλθῃ βαλὴφόρος, οἱ τέ μοι ἀεὶ βουλὰς βουλεύουσι, *ne quisquam Græcorum huc veniat consultor, qui mihi semper consilia consulunt.*[2]

ὃς *respondet interrogationi* τίς.

Per articulum subiunctiuum respondetur huic interrogationi τίς. τίς ἐποίησεν Ὀδύσσειαν; ὃς καὶ τὴν Ἰλιάδα ἐποίησε, *quis fecit Odysseam? qui & Iliada fecit.* Vel sine verbo, τίς ἐποίησεν Ὀδύσσειαν; ὃς καὶ τὴν Ἰλιάδα, *quis fecit Odysseam? qui & Iliada.*

Nota.

Potest etiam huiusmodi responsio fieri per articulum præpositiuum, si verbum mutetur in suum participium: τίς ἐποίησε τὴν Ὀδύσσειαν; ὁ καὶ τὴν Ἰλιάδα ποιήσας, τίς ἀνήγαγε Κέρβερον; ὁ καὶ τὸν λέοντα ἀνελών, *quis eduxit Cerberum? is qui & leonem interfecit.*

Præpositiuus pro subiunctiuo articulo.

Passim etiam ponitur articulus præpositiuus loco postpositiui, verbo mutato in participium. Σωκράτης ὁ πολλὰ ποιήσας ἀγαθὰ, pro Σωκράτης, ὃς πολλὰ ποίησεν ἀγαθὰ, *Socrates qui multa fecit bona.*

ὅστις ἢ ὁπόστις *pro articulo subiunctiuo.*

Ponuntur etiam loco articulorum subiunctiuorum hæ dictiones ὅς, & ὁπός, in omni numero & casu. Lucian. ἃ τὰ ἐν τῇ γῇ λέγω, ὁπόσα τὰς ἀνθρώπους πείθει, id est, ἃ τὰς ἀνθρώπους πείθει, *non dico ea quæ in terris aguntur, quæ tu persuades hominibus.* Hinc fit, quòd πάντες ὅσοι dicitur pro πάντες οἵ τινες, *omnes qui.* πάντα ὅσα, *omnia quæ.*

πάντες ὅσοι.

Articulus ἧ *sumitur aduerbialiter.*

Articulus subiunctiuus ἧ sumitur nonnunquã aduerbialiter, pro, eo modo, ea ratione, & respondet aduerbio πῇ, *quomodo, qua ratione.* Respondet etiam ταύτῃ, accepto aduerbij vice, pro *eatenus,* Respõdet ταύτῃ.

eò, ea ratione. ταύτῃ ἀβλιώτερος, ἧ πλουσιώτερος, *eatenus, vel eo miserior, quò vel quatenus opulentior.* Capitur

Capitur pro ὡς.

interdum pro ὡς: ἧ οἱ δοκεῖ, pro ὡς οἱ δοκεῖ, *vt tibi visum fuerit.* Significat etiam *ex quo, quocirca,* ἧ

ἧ δῆλόν ἐστιν, *ex quo manifestum est.* Capitur etiam ἔ

ἔ *loco aduerbij.*

aduerbij loco, pro, vbi, ἔ ἂν θέλῃς ἔκλεινόν σε τὴν χεῖρα, *vbi velis, extende manum tuam.*[3]

1 Relativvm Græcis est ὅς ἢ ὅ, vt Latinis, *qui, quæ, quod.* Isocrat. ἃ ποιεῖν αἰσχρόν, ταῦτα νόμιζε, μήτε λέγειν καλὸν ἡγοῦ. *Quæ facere turpe, hæc puta neque dicere esse pulchrum.* Et cum antecedente conuenit in genere numero & casu: vt verò Latinè, sic Græcè primum relatiuum conuenit elegantèr, duorum substantiuorũ genere differentium posteriori, Plato λόγοι μὲν οὖν ἐκάστοις ἡμῶν εἰσιν, ἃς ἐλπίδας ὀνομάζομεν. *Rationes quidem in singulis nostrum sunt quas spes appellamus.* Et quamuis naturæ ordine sequatur, non inelegantèr tamẽ interdum præmittitur. Demosth. χρὴ μὲν δι' ἃ χιλίων Διοπείθης πρόεται τῇ πόλει δυνάμει καλῶς ποιεῖν, τούτων βασκαίνειν καὶ ἀφθόνως πρᾶξαι, ibi enim naturæ ordo postulabat talem seriem ἃ βασκ. τούτων τὸν χιλίων διοπ. id est, *oportet me Hercule non inuidiosè perstringere ac conuellere vires quas Diopithes vrbi adstruere nititur.* Sic Cicero, *vt quam possessionem habet in agro Volaterrano eam.* Idem præpositioni postponi cùm solcat, quandoque præponitur: Aristo. Polit. 2. ἄπεφυε ἡ τῶν ἐπιχωρίων φύσις: ἧς πρὸς τὸν ἀνακωλύσειν οἱ πολλοὶ ζῶσι. Idem sibi antecedens interdum postponit: casu eiusdem ad suum casum conformato. Theophrast. ἀπὸ ὑδάτων καὶ ἐν οἷς ἄλλοις ἐστὶ γλυκύτης, pro ἀπ' ὑδάτων καὶ ἄλλων ἐν οἷς, *à floribus & aliis in quibus est dulcedo.* Idem ejecto nonnunquam antecedente, eiusdem casum sibi vsurpat. Dionys. Halic. τριάκοντα σταδίους ἀπέσχεν ἀφ' ἧς τὸ πάθος ἐξήνεγκε πρᾶξις, pro ἀπὸ ἧς πρᾶξις ἐνήνεκτο, *triginta stadiis aberat ab eo loco in quo clades accepta erat.* Aristo. ἀντὶ τούτου παραπλήσιόν ἐστιν ἧς ἀφείη, pro ἀντὶ τούτου ὃ, *per commutationem aliquid accipiens pro eo quod dimittit.* adde

Articulus præpositus præpositioni.

Præponitur aliquando antecedenti.

Vsurpat casum antecedentis eo ejecto.

ἐφ'

Universidad de Deusto
Biblioteca

ἐφ' ᾧτε, pro ἐπὶ τούτῳ ὥστε, *ea conditione vt*. Sic Terent. *Restitue in quem me accepisti locum*, pro, restitue me in locum in quo me accepisti. & Cic. *Recipe te ad nos, ad quod tempus confirmasti*, pro, ad id tempus quod confirm. seu, eo tempore quo te vent. conf. quib. addi potest ex Virg. Æn. 7. *ad muros quã dicitur vrbem Acrisioneis Danaae fundasse puellis*; pro, ad muros eius vrbis quam Danae. Hanc brachylogiam volũt esse Atticam. Sed inueniuntur etiã communis Syntaxeos exempla; in quibus scilicet antecedente suo loco posito, relatiui casus respondet sequenti. Dionys. Hal. 454. πε ἅπαντα ὅσων ἔδη τῇ γραλιᾷ. Idem, 485. χάριν οἶδα τ πμῆς ἢ μς πμῶντε. & 497. ὧδε τ νόμων οὓς ἐπαίδευζον οἱ δήμαρχοι γραφλῶας. itidemque apud Aristot. & alios. ² Genus quoque sæpe ad intellectum conformat. Aristot. Rhet. 32, 12. ὅπως ὦ δοὐπέρ πίς, *quod*, id est, *quæ ratio*. Sæpe genus conformat cum sequenti substantiuo. ³ Adhæc articulus postpositiuus periphrasticis etiam formulis inseruit. Plato Minoë, ὧν ἔσιν οἵπνες ἀπέχ τ συμποσίων ἢ Κρῆτες. ibi enim ὧν ἔσιν οἵπνες periphrastice vsurpatum pro οὐδένες *nulli*. vt apud Horat. quoque, *Sunt qui non habeant, est qui non curet habere*; pro, quidam non habent, quidam habere negligunt. Vsurpatur etiam pro demonstratiuis pronominibus, id est, pro ὅτ & ἐκεῖν. Hesiodus, εἰς ἕτερον γὸ τίς τε ἰδὼν ἔργοιο χαλίζων, Πλέσιον ὅς πέδοθι μᾶλ' ὀρόμμενα ἠδὲ φυτεύειν, *In alterum enim quis intuitus opere carens. Diuitem ille properat quidem arare atque plantare.* Polyb. 5. τ μέγισον, ἐν οἷς μὲν τε πλεῖσόν ἐςι τ περάτεως τ ὑπὸ τ πολεμίων, ἐν οἷς δὲ αὐτοτελὴς ἡ νίκη γίνεται τ ἡγεμόνων, *Quod maximum est, in his quidem est plurimum actionis subditorum, in illis verò perfecta victoria ducum.* Et pro interrogatiuo τίς *quis*, pro infinito τις *aliquis*. Porrò & qualitatis relatiuũ ὁποῖος Atticæ brachylogiæ & ipsum aliquando inseruit, Herodot. οἱῶτε ἔονλι λογίζεαδ, id est, τοιάτῳ ὄνλι ὥστε λογίζεαδ, *tali qui posset perpendere*. Inde plerumq; vsurpatur pro δυνατὸς *potis, possibilis*. Sic οἷονπε, pro τοιῦτον οἷος σύ: & οἷων pro ἐν τοιούτων. & consimilia.

Brachylogia Attica.

Articulus inseruit periphrasticis formulis.

Sumitur pro ὅτ & ἐκεῖν.

Articul⁹ pro interrogatiuo τίς, & infinito τις.

ὁποῖος Attica breuitati inseruit & sumitur pro possibilis.

SYNTAXIS PRÆPOSITIONVM.

Ἐ N.

ἐν. EN gaudet Datiuo: ἐν ἥβῃ τ ὥρας, ἐν ἀκμῇ, ἐν ἄνθῃ, *in ipso ætatis flore, in robore ætatis.* ἐν γαςρὶ ἔχειν, *ferre vterum, prægnantem esse.* ἐν καλῷ, *commodũ, honestum.* ἐν καλλίςῳ, *commodissimum.* ἐν παιδί, *in pueritia.* ἐν παιδοτρίβῳ, *in schola.* ἐν ὀργῇ ἔχειν, *offendisse.*

HVIVSMODI verò, ἐν ἄδῃ, *in Plutonis.* ἐν διδασκάλῳ, *in præceptoris*, per defectum dicuntur: subauditur enim Datiuus ὄικῳ, τόπῳ, vel alius quispiam, quem postulat oratio. ἐν ἄδῃ.

Quandoque etiam capitur vnà cum suo casu, aduerbij loco: ἐν οἷς, *quamobrem.* ἐν δεξιᾷ, ἐν ἀρις ερᾷ, quemadmodum Latini dicunt aduerbialiter, sedere dextrà, vel sinistrâ, ἐν μέρῃ, *vicissim, sigillatim.* ἐν δέον, *opportunè.* ἐν ἀκαρεῖ, *subitò, momento.* ἐν βραχεῖ, *paucis, in summa.* ἐν κύκλῳ, *circum circa, vndique, in vniuersum, nullo prætermisso.* ἐν ὀλίγῳ, *summatim.* ἐν πφαγύςῳ, *latenter.* ἐν παρόδῳ, *obiter.* ἐν τάχῳ, *interea.* ἐν τῷ παραυλίκα, ἐν τῷ πφαχθῆμα, id est, ἐν τῷ παρόνλι, *impræsentiarum.* ἐν κύτῃ, ἐν χρῷ, *ad cutem, ad viuum, propè.* ἐν ᾧ, *quando.* ²

¹ Præpositionum aliæ cum vno, aliæ cum duobus, aliæ cum omnibus tribus obliquis construuntur: significatione multiplici: quippe quæ aliâs loci aut temporis, aliâs causæ, modi, aut alius circumstantiæ notationem habent. Genitiuo tantum seruiunt duę monosyllabæ ὐπ vel ἐξ & πρό: Duæ disyllabę ἀντὶ & ἀπὸ. Datiuo tantum seruiunt duæ, ἐν & σύν. Accusatiuo tantum duæ εἰς vel ἐς & ἀνά. Cùm duobus obliquis construuntur, genitiuo scilicet & accusatiuo, quinque ὑπὲρ, κτ, ἀμφὶ, κτ, περὶ, Denique tribus seruiunt obliquis, genitiuo, datiuo & accusatiuo itidem quinque ἀμφὶ, ἐπὶ, κατὰ, παρὰ, μετὰ. Has VARENNIVS non regiminis ordinem sed syllabarum numerum intuitus, singulatim persequitur! Verum cùm præpositiones duas non excedant syllabas, enumeratis monosyllabis, Disyllabas primum quæ in α, desinunt quinque ἀνὰ, κτ, ἀμφὶ, κτ, παρὰ; Deinde quæ in ι quatuor ἀντὶ, ἐπὶ, περὶ, ἀμφὶ. Tertio quę in ο duas ἀπὸ & κατὰ, Denique in ρ vnam ὑπὲρ disponit. Compendiosam verò hanc casuum methodum post Ramum sequutus est Sylburgius. ² Significat etiam, *cum*. Xenoph. ἐν πέλτας τε ἀκοντίοις, *cum peltis & iaculis*. Inter: Theoc.

λυκίδα φίλε φαυλιπνπάντες
ἐμμὶ συρικζὰν μέγ' ὑπείοχον ἔν τενομεῦσιν
ἐντ' ἀμητῆρσι. ———

O Lycida amice, aiunt te omnes,
Esse fistulatorem eximium & in pastoribus

¹ *Præpositionum constructio.*

Numerus præpositionum.

Præpositionum dispositio.

² ἐν pro cum. ἐν pro inter.

Et

Universidad de Deusto Biblioteca

Et in messoribus.

Pro, PRO. Vbi ἐν significat *inter*, vt Latinè *in oratoribus*, id est, *inter oratores*. Sic ὄνος ἐν μελίτταις *asinus inter apes*. PRO: in æstimatione: vt ἐν μηδενὶ τίθεσθαι *pro nihilo habere*. Interdum in versione Latina non exprimitur, imo prorsus abundat, Interdum redditur participio aut nomine vt ἐν ἐργῷ εἶναι *in uisum esse*, ἐν καλῷ εἶναι, *honestum esse*. Ponitur etiam pro εἰς Xenoph. ἐλθοι ἐν τῇ Ἑλλάδι *veniret in Græciam*. Cum articulo est pro Nomine, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, *cœlestis, vel qui est in cœlis*. In compositione variè exprimitur, vt ἐγχειρέω non tantum *manus injicio*, sed & *aggredior*. Poëticè ἐνι & interdum εἰν pro ἐν prout tulerit metrum. Doricè accusatiuo seruire scribit Eustathius.

ἐν abundans.
ἐν redditũ participio aut nomine.
ἐν cum articulo pro nomine.
ἐν in cõpositione.
ἐνι & εἰν pro ἐν.
ἐν Doricè cum accusatiuo.

ΕΙΣ.

εἰς. ΕΙΣ Communiter, ἐς Atticè, semper Accusatiuo construitur: ποιεῖσθαι εἰς ἑαυτὸν, *periculum sui facere*. εἰς τὸ ἔσχατον, *ad summum discrimen*. εἰς τετάρτην, *die quarto*. εἰς πέμπτην, *die quinto*. εἰς τἀμπαλιν, *in contrarium*. εἰς τὸ οἰκεῖον μέρος, *pro virili*. εἰς νέωτα, *in futurum, in sequentem annum*: & deinceps aduerbialiter εἰς κόραυας, *ad coruos*.

εἰς exponitur ablatiuo.

εἰς in.

CÆTERVM εἰς ᾄδω, εἰς διδασκάλους, defectiuè dicuntur, quemadmodum de ἐν præpositione dictum est. Quomodò & Terent. in Adelph.

Vbi ad Dianæ perueneris.

εἰς & πρὸς differunt.

In rebus quidem inanimatis maximè vtendum est εἰς. In rebus verò animatis πρὸς: πορεύομαι εἰς ἀγοράν, *eo in forum*. πέμπω χρυσίον πρός σε, *mitto aurum ad te*.

εἰς ad.

Etiam εἰς vtimur in laudem & relationem: ἀνήνεγκε εἰς ἄρχοντα, *retulit ad prætorem*. ὕμνος εἰς Ἀπόλλωνα, *hymnos in laudem Apollinis*. πρὸς verò, vbi significabimus aduersari, πολεμεῖ πρὸς ὁμόρους, *belligeratur aduersus finitimos*. In qua significatione inuenitur quandoque & εἰς: ἠγνωμονήκεσαν εἰς ἡμᾶς, *ingrati fuerunt in nos*.

εἰς aduersus.

εἰς vsque.

Quandoque significat vsque, εἰς ἐμὲ, *vsque ad ætatem meam*.

εἰς apud.

Quandoque, *apud*, εἰς τοὺς Μακεδόνας, *apud*

apud Macedones. Quandoque *circiter*, εἰς ἄνδρας διακοσίους, *circiter ducentos viros*. Quandoque ob, εἰς δυσχρείαν λοιδορεῖν, *ob ignobilitatem conuitiari*.

Circiter.

Ob.

Ponitur præterea pro ἐν: εἰς τὸ παρὸν, pro ἐν τῷ παρόντι: quod dicitur tam de tempore quo loquimur, quàm de alio instanti, pro eo quod est, in præsens. Chrys. εἰς στήλην χαλκῆν γράψαντες, pro ἐν στήλῃ χαλκῇ. Marci 2. καὶ ἠκούσθη ὅτι εἰς οἶκόν ἐστι, & *auditum est, quòd in domo esset*.

Nota εἰς pro ἐν.

Capitur etiam vnà cum suo casu quandoque aduerbialiter, εἰς τὰ μάλιστα, εἰς τὰ πρῶτα, εἰς τὰ ἔσχατα, εἰς τὸ ἀκριβέστατον, εἰς ὑπερβολήν, ἐν τοῖς μάλιστα, *summè, maximè*. εἰς δύναμιν, *quàm potuit maximè*. εἰς δέον, *opportunè*. εἰς καλὸν, *commodè*. εἰς ἕν, *simul*: sicut Latini dicunt, conuenire in vnum. εἰς ἅπαξ, εἰς τὸ ἅπαξ, *simpliciter, omnino*. εἰς ὅσον, *quamdiu*.

εἰς cum suo casu aduerbij loco.

1

1 QVOD Sueton. itidem, *in vacuum* dixit: & Propert. *in vanum*. Articulum à fronte habens subaudit à tergo participium, vt τὸ εἰς ἐμέ, scilicet καθῆκον, *quod ad me attinet*.

1

In compositione vero exprimitur interdum præpositione planè diuersa, vt εἰσακούω *exaudio*.

Nota.

ΕΚ.

ἐκ seu ἐξ.

ΕΚ præpositio eadem quæ & ἐξ: sed illa vtimur consonante sequente. hac, vocali: & vtraque Genitiuo iungitur. ἐξ ἁμαξῆς λαλεῖν, *è plaustro loqui*. ἐξ ἀπραξίας πράγματα, *ex otio negotium*. ἐκ τῆς Διὸς, δέλτου, *è Iouis tabulis*. ἐκ λύκου τόμους, *ex ore lupi*. ἐκ παραλόγου, *ex inspherato*. ἐκ παλλήλου, *per alternitatem*: vel, vt Gellius ait, *ex geminatione*. ἐκ παρέργου, *extra propositum*. ἐκ λοξοῦ ὁρᾶν, *obliquis oculis videre*. ἐκ ῥίζης, *à radice, ab initio*. ἐξ ὑποθολῆς, *ex ordine, ex congrua consequentia*. ἐκ νέας, ἐκ νέου, ἐκ παίδων, ἐκ παιδὸς, ἐκ νηπίου, ἐκ μειρακίου, hoc est, *à puero, ab incunabulis, ab ineunte ætate*. ἐξ οὐρίου φέρεσθαι, *ferri secundis ventis*. ἐκ πλαγίου, *de latere*. ἐκ τοῦ παραυτίκα, ἐκ τοῦ παραχρῆμα, *ex tempore*. ἐκ παντὸς, subauditur τρόπου, *omni pacto*: quod etiam sic dicitur, παντὸς τρόπου,

subau

Universidad de Deusto Biblioteca

subaudita præpositione ἐκ: vel sic, κ̓ τρόπον, vel πάντα τρόπον. ἐκ προαγωγῆς fieri dicitur, quod cum accessione fit, sensim crescente. Hinc ἔλαττον ἐκ προαγωγῆς, *minus ac minus*: quod etiam dicitur, κ̓ μικρὸν ἧττον, vel sic, ἐπ' ἔλαττον. ἐφ' ἑξῆς, *quæ admodum*. ὁπλέον ἐφεξῆς, & κ̓ μικρὸν ὁπλεῖον, significat *magis ac magis*.

ἐκ *cum suo casu loco aduerbij.*

Capitur etiam hæc præpositio vnà cum suo casu aduerbij loco, ἐκ προνοίας, ἐκ προαιρέσεως, *consultò*. ἐκ παλαιῶ, *olim*. ἐκ πολλοῦ ἤδη, *iam pridem*, ἐκ τοῦ, *propterea quòd*. ἐξ ὧν, *propterea quòd*, *eò quòd*. Quod soluitur quandoque per tmesim: ἐκ μοὺ ὤν, pro ἐξ ὧν μέν. ἐκ γὰ ὤν, pro ἐξ ὧν γάρ. ἐξ ὅ, ἐξ ὅτου, ἐξ ὅσου, *postquam*. In quibus subauditur, χρόνος, *sicut*. ἐκ τούτου, *ex hoc tempore*.

Sic Herodot. ὸ δεῖ γενέσθ ἐκ τ θεῶ, *Quod diuinitus accidere oportet*. Imo & quandoque sibi assumit Aduerbium, vt ἐκ τότε seu coniunctè ἐκτότε, *ex eo tempore*. Articulum à fronte habens nominis vicem gerit: vt οἱ ἐκ τ στοᾶς, *Stoici*. οἱ ἐκ τ κήπου, *Hortenses*, *Epicurei*. Cum verbis composita, variè pro loco redditur, vt ἐκμανεὶς, *furore incensus*.

ἐκ *cum aduerbio.*
ἐκ *cũ articulis vicem nominis gerit.*
ἐκ *cum verbis compositis.*

Π Ρ Ὸ.

πρὸ *ante, pro.*

Πρὸ cum Genitiuo, *ante*, siue *pro*: significat enim locum & tempus. Aristoph. Vesp. πρὸ θυρῶν, *pro foribus*. πρὸ ἔργου θρασὺς, *ante negotium audax*. πρὸ νίκης ἐγκώμιον, *ante victoriam encomium*. πρὸ μυστηρίων, *ante mysteria*. πρὸ τ γραιὰ διδάσκεις τὺς γέροντας, *ante barbam doces senes*. πρὸ δούλου δεσπότης, *dominus præstat seruo*. πρὸ ἔργου, siue πρόεργου, *quod operæ pretium est, præuertendumq́, & conducibile*: pro quo etiam capitur, πρὸ ὁδοῦ, quod significat etiam *promptum & obuium*. πρὸ ὀλίγου, *paulò antè*.

πρὸ, *præ.*

Προ, id est *præ*, πρὸ τ ἰδίων, *præ suis & propriis*. Herod. πόλεμον πρὸ εἰρήνης αἱρεῖτε, *Bellum paci præoptat*. Articulum à fronte assumens, subaudito à tergo participio nominis vicem gerit: οἱ πρὸ ἡμῶν, *scilicet* γενόμενοι, *maiores nostri*. Sequente ο vel ε nonnunquam per crasin Atticè cum suo casu conflatur, vt πρωλίγου pro πρὸ ὀλίγου, *paulò ante*. Item in augmen

πρὸ *præpositio articulo subaudito participio gerit vicem nominis.*

augmentis verborum vt fusè supra est explicatum, 311, 312. & 313. Seruat autem in compositione significationes suprà dictas, vt plurimum: in nonnullis tamen variatur Præpositio Latina, vt προάστιον, *suburbium*.

Π Ρ Ὸ Σ.

πρὸς *cum genitiuo.* 1

Προς cum Genitiuo significat aut motum à persona, πρὸς θεοῦ τ' ἀγαθὰ, *à Deo bona*.[1] Aut originem, πρὸς μητρὸς γίγνομαι, *genus à matre*. Aut quantum pertinet, πρὸς τοῦ θεῶν καὶ ἀνθρώπων, *quantum pertinet ad deos, aut ad homines*. Quomodo Plaut.

πρὸς *pro vel ex officio.*

A morbo bene valui, ab animo æger fui.

pro, quantum ad morbum, quantum ad animum. Aut officium, πρὸς ἡμοῦ ἐστὶν, *officij nostri est*. οὐ πρὸς ἰατροῦ τοῦτο ποιεῖν, *non est medici hoc agere*. Aut coram, πρὸς γε θεῶν μακάρων, *coram diis beatis*. Aut refertur ad iuramentum, & ad obsecrationem, πρὸς θεῶν, *per deos*. ἦκε πρὸς θεοῦ, *venit per Deum*.

πρὸς *coram.*

πρὸς *per.*

Habet etiam cum Genitiuo peculiares quasdam constructiones, quales sunt hæ, πρὸς τρόπου ἐστί μοι, *est mihi conueniens, est mihi consentaneum*. πρός τινος εἶναι, *alicui studere, fauere, & eum tueri*, sicut apud Ciceronem, à reo dicere, à causa bonorum stare. πρὸς κακοῦ ὂν, *incommodum*. πρὸς κακοῦ εἶναι, *nocet*. πρὸς ἀγαθοῦ, id est, ἀπ' ἀγαθοῦ.[2]

πρὸς *cum Genitiuo peculiares constructiones.* 2

Cvm Datiuo significat *prope*, πρὸς τοῖς ποσὶν, *prope pedes*. Aut *prætereà*, πρὸς τούτοις, *ad hæc, prætereà*. Aut *apud*, πρὸς τοῖς θεσμοθέταις, *apud iudices*. Aut assiduitatem, πρὸς τούτῳ εἰμὶ, *sum deditus, siue occupatus in ea re*. πρὸς λόγῳ ἐστὶν, *meditatur & occupatur in oratione*. πρὸς ἀυτὸν εἶναι, *secum meditari*.[3]

πρὸς *cũ Datiuo.*
Prope.
Prætereà.
Apud. 3

Cvm Accusatiuo significat motum ad rem quampiam, maximè animatam, vt dictum est, πρός σε ἔρχομαι, *ad te venio*. Aut habitudinem siue rationem, ὡς τὰ δύο πρὸς τέσσαρα, οὕτω καὶ τὰ τέσσαρα πρὸς ὀκτὼ, *sicut duo ad quatuor, sic & quatuor ad octo*.

πρὸς *cum Accusatiuo.*
Motum ad rem.
Habitudinem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad. *πρὸς.* Aut exemplum, οὐδὲν πρὸς τὼ χορδίω, *nihil ad fides.* πρὸς ἔπος, πρὸς λόγον, *ad rem quæ agitur, ad rem pertinens.* ὄνος πρὸς αὐλὸν, *asinus ad tibiam.* Aut contrà: μὴ πρὸς λέοντα δόρκας, *ne caprea contra leonem.* πρὸς Κόρυκον, *aduersus Corycum.* πρὸς κέντρα λακτίζειν, *contra stimulos iactare calcem.* Aut inter, πρὸς ἡμᾶς φιλία, *amicitia quæ inter nos est.* Aut conuenit permutationibus & compensationibus. πρὸς ἀργύριον πωλεῖσθαι, *vendi pecunia.* βίον πρὸς κέρδη καταλλάττεσθαι, *vitam vendere lucris.* Aut propter, πρὸς ὃν λέγω, *propter quem dico.* πρὸς χάριν, id est, τῆς χάριτος ἕνεκεν, *propter gratiam.* Aut seruit comparationi, πρὸς ῥόδα ἀνεμώνη, *cum rosa componitur anemone.* οὐδὲν πρὸς Παρμένοντα ὤν, *nihil se conferatur Parmenonis filii:* quod Latini dicunt, præ illo. Aut apud, πρὸς τοὺς θεσμοθέτας, *apud iudices.* 4

Inter. *Conuenit permutationibus.* *Propter.* *Seruit comparationi.* *Pra.* *Apud.* 4

Singularia sunt illa, πρὸς αὐτὸν αὐτὸς, *sibi conuenienter.* πρὸς τὸ δοκοῦν, *prout visum fuerit.* πρὸς τὸ πρόσωπον, *prout vnicuique conueniens est.* πρὸς ἐχθρὸν, *inimico animo.* πρὸς ὀργὴν, *iracundè.* πρὸς ἑαυτὸν, *secum, ipse solus.* πρὸς τὸ παρὸν, *in præsenti.* πρὸς δύναμιν, *pro viribus.*

Prout. *Pro.*

πρὸς, πρὸς ὃ, πρὸς ἔτι capiuntur loco aduerbiorum, præterea, amplius. εἴκοσι καὶ πρὸς, *viginti & amplius.* δώδεκα καὶ πρὸς ἔτι, *duodecim & amplius.*

Loco aduerbij præterea, amplius.

1. 2 *πρὸς contra.* *Et ex.* 3 *Aduersus.* 4 *Cum.* *Aduerbio exprimitur.*

[1] ΚΈΠΕΣΕ φλὸξ πρὸς ἔρυθρὰ, *Cecidit flamma de cœlo.* [2] Exponitur etiam contra: Dionys. Halic. 457, 46. πρὸς ἐχθρὸν ἐπιφέρων τὴν ψῆφον, *contra inimicum ferens suffragium.* Et ex Plato, τὸ ἐρᾶν τῶν καλῶν πρός τινος ὁπόθεν ἐνὸς, *amorem pulchrorum ex moribus deliget vnusquisque.* [3] Aduersus, Sophocl. Aiace, πρὸς ἀτρείδαισιν ἤχμασας χέρα, *aduersus Atridas armasti manum.* [4] Cum: Dionys. Halicar. σπονδὰς ποιεῖται πρὸς αὐτοὺς τοὺς φίλους, *fœdus cum eis facit.* Lysias, πρὸς τοὺς οἰκείους ἀμφισβητεῖν, *cum domesticis disceptare.* Aduerbio quoque exprimitur, vt πρὸς ἀνάγκην, *coactè*, πρὸς ἀχθηδόνα, *grauatè*, πρὸς φιλίαν, *amicè*, πρὸς ἀκρίβειαν, *exactè*, πρὸς ὑπερβολὴν, *nimis*, πρὸς ὀλίγον, *paululum.* Articulum à fronte gerens subaudit à tergo participium: vt οἱ πρὸς γυναικῶν, *qui ex parte vxorum nobis sunt affines.* οἱ πρὸς τοῖς κύλιξι, *qui sunt à poculis*, vt Horatius, puer qui ad cyathum statuitur. Item τὰ πρὸς ποσὶ, *quæ ante pedes sunt.* τὸ πρὸς ἑσπὼ κρέας, *caro offi-*

contigua. In compositione significat *ad insuper* & similia. *πρὸς in compositione.*

ΣΥΝ.

ΣΥΝ semper cum Datiuo: σὺν θεῷ, *cum Deo.* σὺν λόγῳ, *cum ratione.* σὺν θεῷ εἰρῆσθαι, *dictum esse Deo bene volente & fauente.* σὺν θεοῖς, *deorum pace, diis exoratis.* σὺν ἀσπίδι, σὺν δορὶ, *cum hasta, cum scuto.* ἅμα σὺν ναοῖς καὶ βωμοῖς, *vnà cum phanis & aris.* [1] 1

σὺν.

Litera initialis huius præpositionis Atticis vertitur in ξ, tam in compositione, quàm in appositione. ξὺν, enim pro σὺν habent: Iliad. υ. καὶ ἦλθεν Ἀργυρότοξος Ἀρτέμιδι ξύν. *Et venit Apollo cum Diana,* & ξύνοικος, pro σύνοικος, *cohabitator.*

ξὺν pro σὺν.

[1] MENANDER, οὐδ' ὡς εἰμὶ σὺν θεοῖς ὑπόξυλος, *ligneus, vt deorum statua.* Aduerbio quoque redditur interdum, vt σὺν νόμῳ *legitimè.* σὺν χρόνῳ *tandem.* subauditur etiam in quibusdam σὺν vel ἅμα. In compositione vt plurimum. Latina præpositione CON redditur, nonnunquam tamen etiam variatur: vt συντελῶ, *consummo* vel *ad finem perduco.* Cum numerali nomine compositum, est pro nomine distributiuo, vt σύνδυο *bini*, σύντρεις *terni*, συνεκκαίδεκα *seni deni.* 1

σὺν redditũ aduerbio. *σὺν in compositione.* *σὺν cũ nomine numerali.*

ΑΝΑ.

ΑΝΑ semper cum Accusatiuo, ἀνὰ μέλαν αἷμα, *per atrum sanguinem.*

ἀνὰ per.

Significat etiam distributionem: ἀνὰ πᾶν ἔτος, *quotannis.* ἀνὰ μέρος, *partim.* Lucæ 9. ἀνὰ δύο χιτῶνας, *singuli duas tunicas.*

Poëticè tamen cum Datiuo ponitur, pro σὺν, vt, χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ, *cum aureo sceptro.*

SIGNIFICAT & contra ἀνὰ τὸν ποταμὸν πλεῖν, *contra flumen nauigare.* Per, quoquo versum. Plutarch. ἀνὰ τὴν πόλιν πορεύεσθαι, *per vrbem præcedebant.* In Xenoph. ἀνὰ στόμα ἔχειν, *in ore habere*: In compositione duabus potissimum præpositionibus exprimitur, *sub*, id est, Sursum, & RE, vt ἀναλείπω *suspicio*, ἀνακτῶμαι *recupero.*

Contra. *Per.* *Ita.*

ΚΑΤΑ.

ΚΑΤΑ cum Genitiuo significat *contra, aduersus.* μὴ κατὰ βοὸς ἄρχε, *ne contra bouem opta.* οὐ κατὰ θύρας, *haud contra ostium*, id est, *non propriè ad rem.* κατ' Αἰσχίνου λόγος, *in Æschinem oratio.* Aut super, κατὰ πιστῶν σπεί-

κατὰ cum genitiuo. *Contra.* *Aduersus.* *Super.*

Universidad de Deusto Biblioteca

ρεις, *super saxa seminas.* κ᾽ γῆς κάθημαι, *super terram sedeo.* Aut de, ab. κ᾽ νώτου, *à tergo.* κ᾽ πάντ̃ς εἰπεῖν, *de omnibus*, hoc est, *in vniuersum dicere.* Poëticè verò pro ab, κατ᾽ Ολύμποιο καρυώων, *ab Olympi verticibus.*

De, ab.

κατά. Cvm Accusatiuo significat *secundum.* κ᾽ μοῖραν, *secundum fatum*, hoc est, *ritè*, vt decuit. κ᾽ Νικόστρατ̃ν, *secundum Nicostratum*, siue more Nicostrati. κ᾽ λόγον, *secundum rationem*, hoc est, probabiliter, & meritò. κατ᾽ αὐτ̃ μέρ̃, *secundum suam partem*, hoc est, quantum in se fuit. κ᾽ νῶν πρ̃χωρεῖ, *secundum mentem procedit.*

Secundum hanc significationem dicitur breuitatis causa: κ᾽ τἀμὰ ἐμοῦ, pro, *mea quidem sententia.* καθ᾽ ὅ, *secundum quod, cuius causa, ob quod.* Aut significat *circa*, aut in aliquo. καθ᾽ ἕν, *in vno, in aliquo.* οὐδὲ καθ᾽ ἕν, *in nullo.* κ᾽ ναῦν, *circa nauem:* κ᾽ ῥῦν, *in fluxu*, hoc est, secundo æstu, κ᾽ πρόσωπον, *in faciem, coràm, in conspectu omnium.* κ᾽ τομα, *in initio*, metaphoricè. κ᾽ τ̀ αὐτὰ, *eodem modo*, κατ᾽ αὐτό, *eodem tempore.*

Circa.

καθ᾽ ἑαυτὸν. Inde & καθ᾽ ἑαυτ̃ν dicitur, *secum ipse solus.* κατ᾽ ἐμὲ, pro eo quod Latini dicunt, è viribus meis, pro meis facultatibus.

Aut significat tempus, καθ᾽ ἡμᾶς γέγονεν, *nostris temporibus factum est.*

Nota. Aut quod Latinis significant aduerbia in im, καθ᾽ ἔτ̃, *annuatim*, siue *quotannis.* κατ᾽ ἄνδρα, *viritim.* κατ᾽ ὀλίγον, *paulatim.* Sic Luc. 8. κ᾽ πόλιν καὶ κώμην, *oppidatim, castellatim.* id est, per singulas ciuitates & castella. κ᾽ μέρ̃, *vicissim, sigillatim.* καθ᾽ ἕνα, *singuli.*

Dicitur etiam cum Accusatiuo. κ᾽ θεὸν, pro, *diuinitùs, instinctu diuino, Deo volente & fauente.* κ᾽ τύχην, & κ᾽ δαίμονα, pro, *fortè fortuna.*

Omittitvr quoque non raro, vt Aristo. εἰσὶ δ᾽ πέντε κ᾽ τ̀ ἀριθμὸν, *Sunt autem numero quinque.* Aristoph. μαίνεται κ᾽ καινὸν τρόπον, *insanit nouo more:* sic in aliis multis. Expressa præpo

κ᾽ subauditum.

positione dicit Aristo. de Gener. anim. ὁ γίνεται κ᾽ οὐδένα τρόπον, *non fit vllo modo.* Dionys. Halic. γυναῖκα ἐπιφανῆ κ᾽ λόγ̃, *mulierem illustrem genere:* Item κ᾽ ὄνομα Νομᾶν, *Nomine Numam.* Articulum etiam à fronte recipit, subaudito post se participio, vt οἱ καθ᾽ ἡμῶν, *qui contra nos sunt:* τὰ καθ᾽ ἡμᾶς, *qui pro nostra conditione sunt.* Item τὰ καθόλ̃ *vniuersalia*, τὰ κ᾽ μέρ̃ *particularia*, τὰ καθέκαστα *singularia.* Vbi etiam nota præpositionem cum suo casu nonnunquam coniungi, sicut in illis καθό, καθόσ̃, καθότι, καθότ̃ς. Item cum aduerbio καθὼς καθάπαξ. In compositione redditur tum supradictis præpositionibus, tum aliis: vt καταπίπλω *concido*: & κατηγορῶ *accuso*, cum propriè sonet *dico contra* seu *aduersus.* Sæpe significat De, id est *Deorsum*, vt ἀνὰ sursum.

Expressum. Cum articulo à fronte. Præpositio cum suo casu iunctа. κ᾽ cũ aduerbio. κ᾽ in compositione.

Δ Ι Ἀ.

Δ Ι Ἀ cum Genitiuo significat, *per*: δι᾽ παλαιᾶς ἡμέρας, *per antiquum diem.* δι᾽ πυρὸς καὶ μαχαιρῶν, *per ignem & enses.* ὗς δι᾽ ῥόδων, *sus per rosas.* δι᾽ τοίχου λαλεῖν, *per parietem loqui.* 2 δι᾽.

Dicunt etiam λέγειν δι᾽ πλειόνων, δι᾽ βραχέων, pro, *multis, & paucis dicere.* Et δι᾽ μακρ̃, δι᾽ πολλ̃, δι᾽ χρόνου, pro, *longo interuallo, diu, multò post.* Et, δι᾽ τιμῆς ἄγειν, *in honore habere.* δι᾽ αἰδ̃ς ἄγειν, *venerari, veneratione dignari.* δι᾽ μνήμης ἄγειν, *memoriam alicuius scriptis mandare & monumentis.* Et, δι᾽ τρίτης, *tertio die.* δι᾽ τρίτης ἡμέρας, *tertio quoque die.* δι᾽ βίου, *per totum vitam.* δι᾽ τέλους, *continuè, assiduè.* δι᾽ μιᾶς γνώμης ψυχόμενοι, *vno animo consentientes.* δι᾽ δοράτων μάχεσθαι, *eminus pugnare.*[1] Pro. In. Per. 1

Cvm Accusatiuo significat propter: διά σε τοῦτο ποιῶ, *propter te hæc facio.* Dicunt etiam δι᾽ ἐμέγε, *quantum in me est.* Homerus tamen etiam cum Accusatiuo profert interdum δι᾽, significans per medium: διά τ᾽ ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα, *per arma & atrum sanguinem.*[2] Propter. 2

1 Significat & ex, in significatione materiæ. Plutarch. δι᾽ ἀλφίτου πεπεισμένος, *è farina confectus.* 2 Item per: Arat. δι᾽ νύκτα μέλαιναν, *per noctem opacam*: vel vt vertit Virgil. *Noctisq; per vmbram.* Demosth. δι᾽ θεὼν ἐσωθην *per Deos seruatus sum*, seu *à diis.* Componitur interdum cum suo

1 Ex. 2 Per 2 δι᾽ cũ suo casu composita.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ἀμφὶ cum articulo. *ἀμφὶ in compositione.*

casu: vt ἀμφαδόν, *celeriter*, ἀμφὶ *cur*, διὸ & διόπερ *quapropter*, διότι *propterea quod*. Articulum à fronte gerens subaudit à tergo participium, vt τὰ ἀμφὶ μέσα, scilicet ὄντα, *intermedia*. τὰ ἀμφὶ κρόκῳ, *è croco confecta*. In compositione variè redditur, *per, trans, dia, se*, aliisque similibus particulis.

ΜΕΤᾺ.

μετὰ. Cum.

ΜΕΤᾺ cum Genitiuo significat, *cum*: ἡδὺς μετὰ φίλων ὁ βίος, *suauis cum amicis vita*. Illud autem, μετὰ τρισὶ τοῖσι ἄνασσε, *cum tertiis imperauit*, poëticum est.

Post. In vel inter.

CVM Accusatiuo significat post: μετὰ τὴν ἑορτήν, *post festum*. μετὰ πόλεμον ἡ συμμαχία, *post bellū auxilium*.

VSurpatur etiam quandoque pro ἐν, vel διά: μετὰ χεῖρας εἶχεν, *in manibus habuit*.

μετὰ cum Dativo poëticè.

DATIVO iungitur etiam poëticè. Theocrit. Id. ὅπα μετὰ τῇσι χορεύεις, *quod non cum eis saltas*. Homer. μετὰ τοῖσι, *inter primos*. μετὰ πᾶσι, *inter omnes*. sicut Hesych. quoque exponit. Articulum quoque à fronte capit, subaudito à tergo participio: vt οἱ μετ' ἡμῶν, *qui nobiscum sunt*, τὰ μετὰ τὰ φυσικά, *quæ post physica tractantur*. Coniungitur interdum cum suo casu, vt μετὸ, *postquam*. In compositione significat itidem *cum*, *post*, *inter*, item *trans* in significatione mutationis. Absolutè quoque ponitur, pro, *post*.

μετὰ cũ suo casu. μετὰ in compositione.

ΠΑΡᾺ.

παρὰ. à, ab.

ΠΑΡᾺ cum Genitiuo significat motum à persona. παρὰ Θεοῦ τ' ἀγαθὰ, *à Deo bona*. παρ' ἐμοῦ δοῦναι, *de mea, siue, de mea pecunia dare*. [1] Siquidem ἀπὸ & ἐξ, motui qui est à loco, maximè sunt peculiares: παρὰ verò & πρὸς, motui à persona.

ἀπὸ & ἐξ motui à loco: παρὰ & πρὸς motui à persona peculiares.

Apud, prope.

CVM Datiuo, *apud, prope*. παρ' ὀντέροις ὁ κύων, *iuxta intestina canis*. παρά σοι, *in te est situm, penes te est*. παρ' ἐμοὶ, *apud me*. [2]

[2] *παρὰ cum Dativo rei animatæ.*

Et construitur plerumque Datiuo, significante rem animatam. Vbi verò fit sermo de re inanimata, iungitur Accusatiuo in eodem sensu. παρὰ θάλασσαν καθ-ὅμαι, *iuxta mare sedebo*.

παρὰ. Ad. Propter.

CVM Accusatiuo etiam significat *ad*, παρὰ σὲ ἔρχομαι, *ad te venio*. Aut *propter*, παρὰ τί; *propter quid, unde, quamobrem?* παρὰ τὸ ἀδικεῖν ἡ τιμωρεῖα, *propter iniu-*

iniuriam supplicium. Aut *præter*, παρὰ τὸ μέλον, *præter, seu extra cantionem*, hoc est, ineptè. παρὰ γνώμην συμβαίνει, *præter opinionem accidit*. παρ' ἕνα, *præter vnum*, hoc est vno minus: vt παρ' ἕνα τοσοῦτοι, *vno dempto totidem*. Aut relationem, πλὴν πορφύραν παρὰ πορφύραν, *purpuram iuxta purpuram*. παρ' ἄλλας ἄτιμός ἐστιν, *præ cæteris vilis est*. Aut *supra*, siue *vltra*, ὡραῖος παρὰ τοὺς υἱοὺς, πρὸ ἀνθρώπων, *speciosus supra filios hominum*. Hoc modo Hieronymus secundo aduersus Iouinianum libro, vertit illud ad Rom. 14. ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν, *alius iudicat diem plusquam diem*, hoc est, *vnum supra alium*. Aut significat intercessionem. Sic Diuus Augustinus in quæstionibus Epistolæ ad Romanos, interpretatur dictum loco ad Rom. 14. ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν, *alius quidem iudicat alternos dies*. Sic ἔτος παρ' ἔτος, *alternis annis*. μῆνα παρὰ μῆνα, *alternis mensibus*.

Præter. *Relationem.* *Supra, vltra.* *Intercessionem.*

POTEST etiam dici hoc modo: παρ' ἡμέραν, παρ' ἔτος, παρὰ μῆνα, *alternis diebus, alternis annis, alternis mensibus*. παρὰ μέρος, *vicissim, alternis vicibus*. Cui potest etiam addi nomen numerale: παρὰ μίαν ἡμέραν, *alternis diebus*. παρ' ἡμέρας πέμπτας, *quinto quoque die*. παρ' ἡμέρας ἑβδόμας, *septimo quoque die*, & sic de aliis.

παρὰ. Nota.

Potest insuper dici: παρὰ τρίτην ἡμέραν, *tertio quoque die*, hoc est, dierum singulorum interuallo. παρὰ τετάρτην ἡμέραν, *quarto quoque die*, & ita vlteriùs.

Neque de tempore tantùm vtuntur hoc modo loquendi, sed etiam aliis de rebus interiectis: παρὰ πλαγὰν, siue πλαγὰν παρὰ πλαγὰν ἑκατέρωθεν ἐντρίψω, *alternas plagas incutiam*, hoc est, vtrinque vicissim cædam. παρ' ἕνα, vel ἕνα παρ' ἕνα χορεύουσι, *alternatim choreas ducunt*.

Inde dicuntur παρενιαυτοφόρα, *quæ alternis annis fructus ferunt*.

Quandoque importat tempus idem: παρὰ τὸ δεῖπνον, *tempore cœnæ*. παρὰ τὸ πλοῦν, *inter nauigandum*.

παρὰ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

παρὰ αὐτὰ τὰ ἀδικήματα, *protinus admissis delictis*: quod Iurisperiti dicunt, adhuc flagrantibus delictis. παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν, *in re præsenti, in præsens, in præsentiarum.* παρὰ τὸς καιρὸς ἑκάστους, *vnoquoque tempore.* παρὰ πάντα χρόνον, *omni tempore.* παρ' ὅλον τὸν βίον, *per totam vitam, à toto tempore vitæ.* Hinc fit, παραυτίκα, & παραυτὰ, & παραυτόθεν, *iam inde, ex illa hora.*

παρὰ. *Contra.*

Quandoque significat *contra*: οὐδὲν παρὰ τὸν Θεὸν δίκαιον πράττει, *nihil contra legem Dei agit iustus.* Aut post, παρὰ τὰ δεινὰ φρονιμώτερον, *post mala prudentior.*

παρὰ *Aduerbialiter.*

DICITVR etiam aduerbialiter, παρ' οὐδὲν παρὰ μικρὸν, *fermè, pro nihilo.* παρ' ὅσον, vel παρ' ὅσα, *quatenus, quoniam.* Pro quo etiam quandoque capitur παρ' ὅ.

Nota.

Item, παρὰ πολὺ, nunc capitur pro *multo*, seu *plurimo*: nunc pro *modico*: sic vt παρὰ πολὺ, dicatur, quasi ἐκτὸς πολλοῦ, vt παρὰ πολὺ τὴν ἐλπίδα ἐποίησα, *minus quàm spes erat, feci.* Sic παρὰ τοσοῦτον, modò capitur pro tantum, siue tam multùm: modò pro tantulum, siue tam parum. [3]

Nota.

3

1 παρὰ *præ vel supra.*

[1] PRAE vel supra exprimitur illud Eurip. Phœniss. ἔχει πιν' ὄγκον Ἄργος Ἑκτέων πάρα, *habet Argos aliquid eminentiæ præ cæteris.* De: Iſæus, παρ' ἐμαυτοῦ ἀναλώσεις, *sumptibus de meo factis.* Et ex: Xenoph. λέξον ταῦτα παρ' ἐμοῦ, *hæc illi ex me dicere.* id est, meis verbis. affertur etiam à Luciano παρ' ἐμοῦ ἐλθοῦσα, *à me soluere.* Ea significatione, qua dixit Cicero, *Iaborat, vt tibi quod debet ab Egnatio soluat.* [2] In: Sic enim affertur ex Plutarchi Othone; παρὰ τοῖς ἐμφυλίοις πολέμοις θνήσκειν, *in ciuilibus bellis mori.* [3] Exprimitur etiam *prope, iuxta*, Theoc. Id. 9. παρ' ὕδωρ ῥέον ἀνθρωπεῖν, *ad aquam fluentem sub dio cubare.* Quod dicit Tibull. *ad riuos prætereuntis aquæ.* Inter, in, Dionyſ. Halicar. παρὰ τὸς κινδύνους, *inter pericula*, seu *in periculis.* ἡ παρὰ τὰ δεινὰ εὐτολμία, *audentia in periculis.* Aduerbium etiam cognatæ significationis ascisciit. Dionyſ. Halic. παρὰ σμικρὸν ἐλλεῖπτε δεινὰ παθεῖν, *parum abfuit quin patiantur iniuriam.* Articulum à fronte capit subaudito à tergo participio. Sic Iſocrat. αἱ παρὰ ἐκείνων δεήσεις, *illorum preces*, τὰ παρὰ νόμους, *quæ sunt præter leges.* Xenoph. ἡ παρὰ τούτων εὔνοια, *horum beneuolentia.* Coniungitur etiam interdum cum ſuo caſu: vt παρὸ pro παρ' ὅ, *quapropter.* τὸ παρεξαίρειν, *omnino.* πάρεξ, & παρεκτὸς, *præter, extra.* In cõpoſitione quoque mirè variat: non enim tantum acceſſum ſignificat, ſed etiam exceſſum & tranſgreſſionem: interdum præterit ionem, & in hac ipſa ſignificatione ſpecialiter interdum valet, *tranſuerſim, obiter, perperam*, & ſimilia. Porrò apud poëtas metri cauſſa interdum ad finale α aſſumit ι: vt παρὰ πρὶ κάππεσε, *decidit ad pedes*, Et in compoſitione παραυβασίη, tranſgreſſio. Interdum hoc ipſum α planè amittit, πὰρ Διὸς, à Ioue: Et in compoſitione ἄκρη παρκλίνησι δίκας, *ius alio detorqueat.* Ab eiſdem etiam poſt ponitur ſuo caſui, vt σέθεν παρὰ, *abs te.*

De.
Ex.
A.
2 *In.*
3 παρὰ *eſt prope.*
Inter, in.
παρὰ *cum aduerbio cognatæ ſignificationis.*
παρὰ *præced. articul.*
παρὰ *iuncta ſuo caſui.*
Cum aduerbio & præpoſitione.

παρὰ *in compoſitione.*

παρὰ *pro* παρὸ.

πὰρ *pro* παρὸ.

παρὰ *poſtpoſita ſuo caſui Poëticè.*

ANTÌ.

ἀντὶ.

ANTÌ ſemper conſtruitur Genitiuis, & ſignificat pro, ſeu contra. ἀντὶ σοῦ, *contra, ſeu pro te.* ἀντὶ σώματος σκιὰ, *pro corpore vmbra.* ἀντὶ λέοντος μῦς, *pro leone murem.* ἀντὶ κυνὸς σῦν, *pro cane ſuem.* ἀνθ' Ερμιόνης, *Hermionis vice.* Dicunt etiam ἀνθ' ἡμέρας, *per totum diem.*

Pro vel contra.
Prouerbium.
Per.

Aduerbialiter etiam dicunt, ἀνθ' ὧν, *quamobrem, quare.* Significat etiam, *eò quòd*, propterea quòd. Lucian. ἀπόδος ἀνθ' ὧν σε διεπορθμευσάμην, *redde pro eo quòd te tranſuexi.* ἀνθ' ὅτου, idem eſt quod ἀνθ' ὧν, licet habeat vocem ſingularem. οὐκ οἶδ' ἀνθ' ὅτου, *neſcio quamobrem*: ſicut Latinis pro eodem ſumũtur, *quamobrem & quas ob res*, licet vnum habeat vocem ſingularem, alterum pluralem.

Aduerbialiter.
Eò quòd.
ὧν ἀνθ' ὧν.

ὡσὶ *ſubauditur.*

Ex.

In compoſitione.

SVBAVDITVR etiam interdum, vt apud Xenoph. πόσου διδάσκει. Lucia. διδάσκει μισθοῦ. Interdum ἀντὶ *ex*, quoque ſignificat. Thucyd. ἀντ' ἀγαθῶν κακοὶ γεγενῶνται, *ex bonis mali effecti ſunt.* In compoſitione quoque ſignificat *pro, contra*, ἀντιλέγειν, *contradicere*, ἀνθίστημι, *reſiſtere, obſiſtere.* Significat etiam viciſſitudinem: vt, ἀντευεργετεῖν, *viciſſim beneficio afficere, reddere beneficium.* Item comparationem: vt ἀνθεῖος, *Deo æqualis, qui cum Diis comparari poſſit.*

ἘΠΙ CVM GENITIVO.

ἐπὶ cum Genitiuo, *in*, vel *circa*: βοῦς ὀπὶ γλώττης, *bos in lingua.* ὀπὶ καλάμης ἀρεῖν, *in culmo arare.* ὀπὶ ῥιτὸς διαπλεῦσαι, *in vimine nauigare.* ἐπ' ἐαυτῷ, *ſecum, ipſe ſolus.* Aut *ſuper*, ὀπὶ καθέδρας Μωσέως, *ſuper cathedram Moſeos.* ὀπὶ βύρσης ἀναθέσθαι, *ſuper tergus bouis*

ἐπὶ cũ genitiuo.
In vel circa.
Super.

desidebat. ἐπὶ ἄκρων δακτύλων, *super summos pedum articulos.* Aut tempus, ἐφ' ἡμῶν, καὶ ἐπὶ τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων, *temporibus nostris, & temporibus maiorum nostrorum.* ἐπὶ τοῦ Κρόνου, *temporibus Saturni.* Capitur etiã aduerbialiter, ἐπ' ἄλλων, *aliàs.* [1] ἐφ' ἑνὸς ἄγειν, *singulatim ducere.*

Tempus.

Alias. 1

ἐπὶ cum datiuo significant propter.

CVM Datiuo significat *propter:* ἐπὶ τούτοις, *ob hac vel inter hæc:* ἐπὶ οὐδενί, *propter nullum fructum.* ἐπὶ τῷ βασιλεῖ τὰ τῶν ὑπηκόων, *in arbitrio Regis sunt res subditorum.* Aut *post,* ἐπὶ τούτοις πολλ' ἕτερα διεξῆλ, *post hæc multa alia narrabat.* Aut *super,* ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν, *ædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum.* Aut *in,* ἐπὶ γνάθοις βοῦν φέρε, *in faucibus bouem portat.* βοῦς ἐπὶ σωροῦ, *bos in aceruo.* βοῦς ἐπὶ φάτνῃ, *bos in præsepi.* ἐπ' ἡμέρας, *intra vnum diem.* Aut modum, ἐπὶ ῥητοῖς, *certis conditionibus, legibúsque.* ἐπὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ, vel ἐπὶ τοῖς ἴσοις καὶ ὁμοίοις, *æquali vtrinque conditione.* Dicitur etiam aduerbialiter, ἐπ' ἀριστερᾶ, *sinistrorsum.* [2]

Post.

Super.

In.

Prouerbia.

Modum.

2

ἐπὶ cum accusatiuo significat motum ad aliquid.

CVM Accusatiuo significat motum ad aliquid, ἐπὶ ἴδιον ἐξέραμα ὁ κύων, *canis ad proprium vomitum.* ἐπὶ ὄνους, *ad asinos.* ἐπὶ πῦρ δάλου, *ad ignem titio.* Secundum hanc formam dicitur etiam, ἐξουσίαν ποιεῖν, *ad dignitatem & autoritatem, & potentiam promouere.* ἐπὶ ἐξουσίαν καθίσασθαι, *in potentiam & autoritatem constituere.* ἐπὶ τὴν ἑστίαν καθίζειν, *ad larem sedere.*

Ad.

In.

CÆTERVM cum Genitiuo hoc idem quandoq; significat: nam ἐπὶ τοῦ οἴκου, *in domum.* ἐπὶ τῆς χώρας, *in regionem,* rectè quidem & Atticè dicitur, verùm non admodùm vsitatè.

Aduerbialiter cum suo casu.

Dicitur etiam aduerbialiter cum suo casu, ἐπὶ τὸ πλεῖστον, *plerumque, plurimum.* ἐπὶ τὸ πολύ, *magna ex parte.* ἐπὶ χρόνον, *aliquamdiu.* ἐπὶ ὀλίγον, *paucis, paxillum.* ἐφ' ὅσον, pro quo Atticè dicitur, ἐφ' ὅσα, *quatenus in quantum.* ἐφ' ὅ, *secundum quod, cuius causa, ob quod.* ἐφ' ᾧ, *quamobrem.* [3]

3

Varia huius præpositionis constructio.

Et variam sortitur constructionem. Construitur enim cum indicatiuo in præterito. ἐφ' ᾧ ἔγραψεν, *quare scripsit.* In futuro, ἐφ' ᾧ τὰς ἄνδρας κομεῖται, *eo vt viros accipiat.* Et cum Infinitiuo in præsenti & in præterito. ἐφ' ᾧ μεμνῆσθαι, pro ἐπὶ τῷ μεμνῆσθαι, vel ἕνεκα τοῦ μεμνῆσθαι. Pro quo etiam dicitur, ἐφ' ᾧτε, abundante τε, more Ionico. Iones enim ἐφ' ᾧτε dicunt. Et in futuro, ἐφ' ᾧ βοηθήσειν, *eò vt ferat auxilium.* Pro ἐφ' ᾧ etiam dicitur ἐφ' ὅτῳ μηδὲν ἔχεις, ἐφ' ὅτῳ με τοῦτο ποιήσεις, *causæ nihil est, cur in me hoc committas.* ἐφ' οἷς, *in eo quòd, pro eo quòd.* ἐφ' οἷς τοῦτ' ἐποίησας, ἐγχώσω φίλῳ, *in eo, vel pro eo quòd hoc feciſti, factus es amicus.* Iungitur etiam aduerbio, Act. 10. ἐγχύσει ἐπὶ τρεῖς, *factum est ter.*

Præterito indicatiui.

Futuro.

Infinitiuo præsenti & præt.

Et in futuro.

Cum aduerbio.

1 Ἀποπλέοντες ἐπὶ οἶκον, *abnauigantes domum versus.* ἐπὶ παλαιῶν λέγεται, *de ciuitatibus dicitur.* ἐπὶ τοῦ Κρόνου, *sub Saturno.* ἐπὶ ἀρχόντος Καίσαρος, *Imperante Cæsare.* ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεὸς εὐλογητός, *qui supra omnia Deus est benedictus.* Dionys. Halicarnass. ζητήσεις ἐφ' ἑαυτῶν ποιεῖσθαι, *per se inquirere.* Arist. ἐπὶ θεῶν πίστεις δοῦναι, *per Deos fidem dare.* ἐπὶ ἐξουσίας, *coram magistratu.* Dionys. Halicarnass. ἐπὶ τοῦ δήμου ἔστω ἡ κρίσις, *penes populum esto iudicium.* ἐπὶ τὴν ὁδόν, *propè viam.* Dionys. Halicarnass. ἐπεφύλον ἐπὶ πολλῆς ἐξουσίας τὰ δίκαια ποιεῖσθαι, *magna cum libertate.* Arrian. τὰς ὑπασπιστὰς διαβαίνειν τὸ πολέμιον, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τὰς τάξεις τῶν μακεδόνων, *Clypeatos transire fluuium, & post hos sequi ordines Macedonum.* [2] Propè: Thucyd. ὧν ἐπὶ ποταμῷ, *ad fluuium situs erat,* in qua significatione etiam inngitur genitiuo Aduersus: Dionys. Halicar. ὡς ἀεί τι κακὸν ἐπὶ τοῦ πλήθους μηχανωμένων, *quasi semper aliquid mali aduersus populum machinarentur.* Ob, propter, Xenoph. ταῦτα ποιῶν ἐπὶ τῷ κέρδει, *hæc lucri causa facere.* Cicero in hac significatione vertit non modò *propter,* sed etiam *ex.* vt in Paradox. Stoicorum, λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς, *ægritudo suscepta, propter alterius res secundas.* & λύπη ἐπ' ἀναξίως κακοπαθοῦντι, *ægritudo ex miseria alterius iniuriæ laborantis.* [3] Articulum à fronte gerens, subaudit à tergo participium, vt οἱ ἐπ' ἀξιώσεως, *qui sunt in dignitate.* οἱ ἐπὶ τοῦ πραγμάτων, *qui præsunt rebus.* Itidem triplici casu eadem significatione: ἀπάγειν τινὰ ἐπὶ θανάτου, τινὰ ἐπὶ θανάτῳ, & τινὰ ἐπὶ θάνατον. scilicet φέρειν τινὰ ἐπὶ θάνατον, *abduci eam viam quæ ad mortem fert.* In compositione quoque variè redditur, *Super, In, Insuper, Ad, Ob, Post.* Componi

1

Versus.

De, sub.

Ablatiuo absoluto.

Supra.

Per.

Coram.

Penes.

Propè.

Cum.

Post.

2

Ad.

Aduersus.

Ob, propter.

3

ἐπὶ cum articulo.

Triplici casu eadem significatione.

In compositione.

Eius compositio. ponitur autem non modò cum nominibus & verbis sed etiam cum aduerbiis, vt ἐπάνω, *Super, Supra.* In hac quoque ἐπὶ *pro* ἀπὸ & ὑπὸ *mendosè.* præpositione sæpe suspecta est exemplarium fides: cum scilicet pro ἀπὸ & ὑπὸ reperitur.

ΠΕΡῚ CVM GENITIVO.

περὶ. *De, Pro.*

ΠΕΡῚ cum Genitiuo significat *de*, vel *pro*, περὶ τῶν κρεῶν λαγὼς, *de carnibus lepus.* περὶ πάτρας ἀμύνεσθαι, *pro patria pugnare.* λαλεῖν περὶ ἀλλήλουλήροιμίας, *loqui de institutione, quæ inter aliquos sic conuenit, vt prior decedens alterum relinquat hæredem.* περὶ ἀλλήλων, *de sẽ inuicem.*[1]

ILLVD verò, περὶ τοῦ δεδοικέναι, *de aliquo metuisse*, priuati iuris est.

Cum Genitiuo cũ verbo ποιῶ.

CONSTRVITVR peculiariter cum Genitiuo, vnà cum hoc verbo ποιῶ. περὶ πλείονος σὲ ποιῶ ἐκείνου, *pluris te facio quàm illum.* περὶ πολλοῦ ἂν ποιησαίμην, *magni facerem.* περὶ ἐλάττονός σε ποιεῖ ἐκείνου, *contemni te præ illo.* περὶ ὀλίγου ποιεῖσθαι, *parui facere.* περὶ πλείστου ποιεῖσθαι ἁπάντων, *omnium maximè facere.* περὶ οὐδενὸς ποιεῖσθαι, *nihili facere.* Quod etiam fit cum verbo substantiuo, περὶ πολλοῦ ἡμῖν τυγχάνῃ ὤν, *magni sit apud nos.* Quandoque etiam fit cum aliis quibusdam verbis, περὶ οὐδενὸς ἡγεῖτο, *pro nihilo ducebant.*

Cum verbo substantiuo τυγχάνῃ.

Et cum aliis verbis.

Cum Accusatiuo.

CVM Accusatiuo significat *circum, iuxta:* περὶ ἅλα, καὶ κύαμον, *circa salem & fabam.* περὶ θύρας, *circa foras.* περὶ ὁ, *quocirca.* Verùm illa, περὶ δορὶ, περὶ πύργῳ, *circum hastam, circum turrim,* poëtica sunt.[2]

1 [1] Homer. Odyss. περὶ σπείους, *circum spelunca.* Ob. Ioan. 10.

Circum, ob. περὶ καλῷ ἔργῳ σε λιθάσομέν, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας, *de bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia,* id est, ob vel pro-

Præ, supra. pter bonum opus. Dionys. Halicar. περὶ παντὸς ἥλεον, *præ omnibus cupere.* Solo etiam genitiuo vel ablatiuo redditur

περὶ cũ dat. 2 vt in verbis pretij. Dionys. Halicarn. περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι, *magni facere.* [2] Eadem quoque structura vtuntur Oratores:

Circum. Circum, Dionys. Halicarnass. περὶ τοῖς βραχίοσιν ἐφόρεσαν, *circum brachia gestabant.* περὶ τοῖς σώμασιν ἔχειν, *circum corpora habere.* id est, induti esse. At περὶ τοῖς σκέλεσι, περὶ τοῖς ὤμοις, περὶ

περὶ ὕδατι, apud eundem reddi potest non tantum *circum*, sed etiam *propè*: Apud seu παρά. Idem Dionys. τὸ νικᾶν ἀεὶ περὶ τοῖς αὐτοῖς ἔμενε, *Apud eosdem semper manebat victoria.* In, vel εἰς. Idem: περὶ αὐτοῦ σφάλλειν, *in seipsum corruere, vel sua ipsius mole collabi facilari.* Odyss. ο, ὃν περὶ κῆρι φίλει, *quem ex animo amabat.* Cum verbis metus Latinè non exprimitur, Thucyd. περὶ τῷ ἐμαυτοῦ σώματι ὀκνῶ, *meo ipsius corpori metuo.* Sic idem: περὶ βοσκήμασι διαφθείρεσθε, *Telis perimebantur*, & id genus pleraque. Porrò articulum à fronte gerens desiderat à tergo participium: Sic Gregor. τὰ περὶ τὸν ἄλλον, *quæ creaturam circumstant*, seu *quæ in creaturam cadunt.* Item τὰ περὶ τὰς ναῦς, *res nauales*; τὰ περὶ ἐμὲ, *res meæ*: At τὰ περὶ τὰς μοίρας apud Plato. *fabula de parcis.* Et mascul. gen. οἱ περὶ τὸν θάλασσαν, *qui occupantur in mari, qui tractant mare.* Comites quoque aĉ sectatores frequentissimè hoc loquendi genere significantur. Xenoph. σὺν τοῖς περὶ αὐτὸν, *cum suis.* Sic οἱ περὶ Πλάτωνα, *Platonis sectatores.* Sed interdum hac periphrasi designatur cum sectatoribus ipsa etiam princeps persona: vt apud Plutarch. τὸν περὶ Ἀρκεσίλαον Ἀκαδημαϊκὸν, *Arcesilaum Academicum cum suis assectis.* Interdum sola persona princeps: vt Dionys. Halicarnass. 317, 33. τοῖς περὶ Ο Υαλερίου πρέσβεσι, pro Ο Υαλερίῳ τῷ πρεσβευτῇ, *Valerio legato.* Ad hoc loquendi genus respexisse videtur Quintilianus lib. 2. *doctores artis sero iam & circa Tisiam & Coraca repertos.* nam, vt idem lib. 3. ait, *artium scriptores antiquissimi Corax & Tisias Siculi.* In compositione significat *Circum, Ob, Per*: nec tantum *excellentiam* & *exsuperantiam*, sed etiam *neglectum*: vt περιφρονῶ & περιοράω, *neglego tum mente & cogitatione, tum oculis*, id est, *despicio, contemno.* Hæc quoque præpositio multis in locis pro παρὰ per errorem à librariis videtur esse supposita: vt apud Dionys. Halicarnass. 606, 17. περὶ τὰ δεινὰ φεύγων: at 643, 3. & alibi, παρὰ τὰ δεινά.

Propè. *Apud.* *In, Contra.* *Pro ἐν vel ἐξ.* *περὶ nõ expressa cum verbis metus.* *περὶ cum articulo.* *περὶ per periphrasin.* *Comitatũ quoq; significat περὶ.* *περὶ in compositione.* *περὶ mendosè pro παρὰ.*

ΑΜΦῚ.

ΑΜΦῚ constructur eisdem casibus, quibus περὶ, & idem quod περὶ significat. Dicitur tamen ὀμφ' ἀμφ', *pro illo, siue, illius causa.*[1]

ἀμφὶ.

1

1 Ἀμφὶ à præcedente περὶ nihil nec structura differt, nec significatione: nisi quod magis est Ionica, præsertim cum genitiuo & datiuo. Coniungitur quoque à poëtis cum Synonyma περὶ. Il. β. ἀμφὶ περὶ κρηνὼ. Apollon. Arg. 2. ὄφις ἀμφὶ δὲ περὶ πεῖτ' ἀμφὶτ' ἔχυτο. quod à Plauto quoque inter Latinos fact

1

ἀμφὶ & περὶ iuncta Poëticè.

ἀμφιπελ in compositione. ἀμφι cum articulo.

factum, *sculpturire vngulis circumcirca.* Sic in compositione ἀμφιδεικηύζειν & similia. Articulum à fronte gerens, desiderat à tergo participium: vt τὰ ἀμφι τὰς ἀγρὰς, *res rusticæ.* Item masculi gen. Dionys. Halicar. Νεοπτόλεμος σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν, *Neoptolemus cum sociis.* Hoc quoque loquendi genere, significatur interdum persona princeps cum suis assectis: vt οἱ ἀμφι Κύρον, *Cyrus cum suis.* Interdum dumtaxat persona princeps, vt οἱ περὶ Κορινθίους, *Corinthij*: apud Herodot. In compositione redditur non tantum *circum* sed etiam *am*, vt ἀμφιδοξεῖν, *ambigere, dubitare.*

ἀμφι in compositione.

Ἀ Π Ὸ.

ἀπὸ semper cum genitiuo. è vel ex.

Ἀ Π Ὸ semper cum Genitiuo: ἀπὸ σκοπιᾶς, *è specula.* ἀπὸ κώπης, *à remo.* ἀπὸ δὶς ἑπτὰ κυμάτων, *à bis septem vndis.* ἀπὸ θύρας λύκου, *à venatu lupi.* ἀπὸ βαλλιδίων, *à repagulis.* ἀπὸ στόματος εἰπεῖν, ἀπὸ γλώττης εἰπεῖν, *memoriter recitare.* ἀπὸ τῆς ἴσης ἁλίας, *ex æquis viribus.*

ἄποθεν.

Quandoque habet vim aduerbij huius ἄποθεν, *procul.* Hinc fit quod dicitur, ἀπ' ἄκατος, *procul ab auribus.* ἀπὸ τοῦ σκοποῦ, *præter propositum, præter intentionem & consilium.* ἀπὸ τρόπου, *alienum ab honestis moribus.* Huic opponitur πρὸς τρόπου: quemadmodum Latinis, è re, opponitur illi, ab re. ἀπὸ καιροῦ, *intempestiuum.*

Præter. Ab.

Loco aduerbij ἀφ' ὧν.

Dicunt etiam loco aduerbij, ἀφ' ὧν, *propterea.* ἀφ' ὧν ἔπραττον ἔτοι, id est, ἐξ ἃ τούτοις πεπραγμένα ἀπ' ἄρτι, *post hoc, ex hoc tempore.* ἀπ' ἐκείνου, *iam, tum, ex illo tempore.* ἀπὸ μέρους, *aliquantulum, ex parte.* ἀπὸ τότε, *ex eo tempore.* ἀπὸ ταὐτομάτου, *fortuitò.* [1]

1

ἀπὸ solo ablatiuo expressa. ἀπὸ iuncto aduerbio. ἀπὸ abundans.

[1] Interdvm nudo ablatiuo exprimitur: Plutarch. ἀπὸ γαμήτης λέγειν, *ore & verbis referre quod iniunctum.* Aristoph. ἀπὸ σμικροῦ τινος ἀφορμῆς, *leui impensa efficere aliquid.* Aduerbium quoque pro genitiuo sibi adsciscit, vt ἀπὸ τότε, *ex illo tempore.* Sic ἀπὸ πόλλου, *è longinquo.* quod Latini quoque *de longè.* In hoc autem Homeri ἀπ' ἐρχομόθεν pleonasmus esse videtur præpositionis vt etiam illo Lucæ ἀπὸ μακρόθεν: Nam terminatio θεν per se motum de loco significat: vt etiam non raro eadem Præpositio subauditur. Articulum quo

ἀπὸ cũ articulo.

quoque à fronte capit subaudito à tergo participio, vt οἱ ἀφ' Ἡρακλέους, *Heraclidæ Herculis nepotes.* in originis scilicet & sectæ significatione: sicut etiam Ouid. 3. Trist. *Nauita ab Italia*: & Virgil. 3. Georgicõn *Pastor ab Amphyso.* ἄπο Barytonos.

ἄπο Barytonos.

tonos, remotionis significationem habet: Paus. Phoc. οὐκ ἀπὸ γε οἰκότος εἶη, *non abhorruerit à verisimili.* Sic οὐκ ἄπο τρόπου, *non inconuenienter,* οὐκ ἄπο καιροῦ, *non intempestiuè,* οὐκ ἀπὸ πράγματος, *non abs re.* & similia. Postponitur etiam in carmine: Simonides, ἄτω κακῶν ἀπ' ὀδύν, *sic nihil est absque incommodis.* In compositione suas significationes retinet: in multis etiam variat, immo in vna eademque voce interdum significationes habet planè diuersas: vt ἀποπτὸς apud Aristo. *qui conspici alicundè potest.* Apud Sophocl. & Dionys. Halicarnass. *à conspectu remotus*: Sic ἀπιπεῖν, interdum est *abdicare*, interdum, *interdicere*, interdum, *renunciare.* & huius generis alia crasin etiam in compositione patitur, vt ἀπεργοί pro ἀποεργοί *loca secreta.* ἀπέρας pro ἀπείρας seu ἀπέρατας.

ἀπὸ postpositum in carmine. ἀπὸ in compositione.

Crasin patitur.

Ὑ Π Ὸ.

ὑπὸ cum genitiuo. Sub. Propter.

Ὑ Π Ὸ cum Genitiuo significat *sub*: ὑπὸ κόλπου τὰς χεῖρας ἔχειν, *sub sinu manum habere.*

Aut *propter*: οὐδ' ὑπὸ πενίας ἀεργετῶ, *neque bene facio propter paupertatem.* [1]

1

Ὑ Π Ὸ CVM DATIVO.

ὑπὸ cũ datiuo. Sub.

Ὑ Π Ὸ cum Datiuo etiam significat *sub*, ποιεῖσθαι ὑφ' ἑαυτῷ, vel ποιεῖσθαι ὑφ' ἑαυτὸν, *in potestatem suam redigere, potestatis suæ facere.* [2]

2

[1] Plutarch. ὑπὸ τοῦ πυρὸς καταναλίσκεται, *ab igne consumitur.* Plato μήπως ὑπὸ Μελίτου τοσούτων δίκας φεύγοι, *Ne à Melito tot criminum reus agat.* Ex, in significatione modi vel causæ: ὑπὸ σωφρονισμοῦ, *ex composito.* Dionys. Halicar. ὑπὸ σκότους, *per tenebras.* Item προσφωνεῖν ὑφ' ἑνὸς, *compellare per vnum.* ὑπὸ σπουδῆς, *præ festinatione.* Dionys. Halic. ὑπὸ χαρᾶς, *præ gaudio.* Citatur quoque ex poëtis pro μετὰ, *cum.* Cum Accusatiuo, quoque non raro construitur. Sub. Plutarch. ὑπὲρ γῆς καὶ ὑπὸ γῆν, *super terra & sub terra.* Aristot. Hist. anim. ὑφ' ἡγεμόνα εἰσὶ, *sub duce sunt, duci sunt subiecta.* Xenoph. ὑφ' ἑαυτοὺς ποιοῦντες, *sibi subijciunt.* Item in signif. temp. ὑπὸ τὴν ἠῶ, *sub auroram*: ὑπὸ νύκτα, *sub noctem*: ὑπὸ κυνὸς, *sub caniculam, sub ortum canicula.* & Thucyd. ὑπὸ τὸ ἔαρ

1 Ab. Ex. Per. Pra. Pro μετὰ. 2 ὑπὸ cum Accusatiuo. Sub. Tempus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad ἐπί. *Aduerbio exprimitur.* *ὑπὸ iuncto articulo.* *ὑπὸ in compositione.* *Pro ἀπὸ & ἐπί mendosè.*

τ᾽ σεισμὸν, *tempore terræmotus.* Ad ἐπί. Homer. Il. β, ὑπὸ τ᾽ Ἴλιον ἦλθε, *ad Ilium venit.* Aduerbio etiam exprimitur: vt ἐχώρεον ὑπὸ πόδα, *retrocedebant*, seu *pedem referebant*, apud Dionys. Halicarnass. Articulum à fronte gerens, subaudit à tergo participium. Theophr. τὰ ὑπὸ γῆς, *quæ sub terra sunt.* Isocr. 5 τοὺς ὑπ᾽ αὐτοῖς, *subditos ipsorum.* Herodian. οἱ ὑπὸ τὸν ἀνατολὴν, *qui sub orientali cœli plaga sunt, orientales populi.* Dionys. Halicar. τοὺς ὑπὸ χεῖρα, *subditos atque obnoxios.* In compositione significat *Subter, Latenter, Paululum, Retro, Rursum*, & similia. Reperitur nonnunquam pro ἀπὸ & ἐπί: sed 10 sæpe magis librariorum errore, quàm auctorum voluntate.

ΥΠΕΡ CVM GENITIVO.

ὑπὲρ cum genitiuo. *Super, de.* 1 *Supra.* *Pro.* 2 *Contra.*

ΥΠΕΡ cum Genitiuo significat *super, de*: ὑπὲρ σκιᾶς ὄνου, *de asini vmbra.* Dicunt etiam, ὑπὲρ ἡμῶν, *de nostra.* [1] Aut *supra*, ὑπὲρ κάπνου, *supra fumum.* Aut 15 *pro*, ὑπὲρ Κτησιφῶντος ὁ λόγος, *pro Ctesiphonte oratio.* ὑπὲρ τοῦ φίλου κινδυνεύω, *pro amico periclitor.* [2] Quod idem nonnunquam etiam significat cum Datiuo poëticè: ὑπὲρ τῷ φίλῳ κινδυνεύω. Nonnunquam etiam capitur pro *contra.* Sic Homerus, ὑπὲρ σέθεν, 20 pro κατὰ σοῦ, dixit.

ΥΠΕΡ CVM ACCVSATIVO.

ὑπὲρ cum accusat. *Plus, vltra.* *Aduerbialiter.* 3

CVM Accusatiuo, *plus, vltra*, & omnino excessum significat: ὑπὲρ λόγον, *suprà quàm dici posset.* Et ὑπὲρ ἡμᾶς, *ea quæ sunt supra nos.* ὑπὲρ καταλόγον, *supra catalogum*, id est, eximius. ὑπὲρ τὸν πάρον φρονεῖν, *vltra peram sapere.*

Capitur etiam Aduerbialiter cum suo casu, ὑπὲρ ὧν, *idcirco.* [3]

1 *Pro, loco.* *Pro, id est, pro salute.* 2

[1] SVPER, id est De; sicut etiam Virg. *multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.* Dionys. Halicarnass. ὑπὲρ ἧς ἐν οἰκείῳ τόπῳ λαλήσομεν, *de qua suo loco dicam.* Sic ὑπὲρ εὐσεβείας καὶ λαλῶ καὶ μανθάνω, *de pietate & loquitor & discito.*

[2] Pro, Loco. Dionys. Halicarnass. ὑπὲρ τῶν ἀποθανόντων γράφειν, *in defunctorum locum alios conscribere milites.* Pro, id est, Pro salute. 2. Corinth. 5. εἷς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανε, *vnus pro omnibus mortuus est.* Demosth. ὑπὲρ πάντων πραγμάτων

πράττειν τι, *pro salute reip. aliquid agere.* Sic in defensionis & adiumenti significat. Lucæ 9. ὃς οὐκ ἔστι καθ᾽ ἡμῶν, ὑπὲρ ἡμῶν ἐστι, *qui non est contra nos, pro nobis est.* Et Dionys. Halicar, ὑπὲρ ὑμῶν ἐστι, *pro vobis facit, in rem vestram est.* Pro, id est Nomine, Gratia. Plutarch. Lyc. ὑπὲρ τοῦ λαθεῖν ἐγκρατεῖς, *latendi gratia tolerans.* Idem Fabio, παρέδωκε τὰς δυνάμεις ὑπὲρ τοῦ μὴ μάχεσθαι, *tradidit copias ea conditione vt ne manus consereret.* Affertur etiam ex Demosth. δίκαιον ὑπὲρ αὐτοῦ λαβεῖν, *pœnas de illo seu ab illo sumere.* 3 Supra ἡ Ῥοδόπη τὸ ὄρος, ὑπὲρ Νέσσου τοῦ ποταμοῦ κεῖται, *Rhodope mons, supra Nesum fluuium sita est.* Cum articulo etiam construitur per ellipsin participij. Theophr. τὰ ὑπὲρ γῆς, *quæ supra terram exstant plantæ.* Sic τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς, *quæ supra nos sunt*; id est, quæ captum & vires nostras superant. Coniungitur etiam cum cognatæ significationis aduerbiis: vt ὑπεραίρω, *supra*: ὑπερφυῶς & ὑπερλίαν, *supramodum, egregiè.* 2. Corinth. 11. τῶν ὑπερλίαν ἀποστόλων, *eximiis seu præstantibus Apostolis.* Absolutè quoque ponitur. 2. Corinth. 11. Διάκονοι Χριστοῦ εἰσι; ὑπὲρ ἐγώ, id est, ὑπὲρ τοῦτο, *supra id, amplius quàm Christi minister.* In compositione alias significat *Pro*, alias *Supramodum*: vt ὑπερασπίζειν, *protelare*; ὑπεραττικίζειν, *in Atticismis affectandis modum excedere.*

Pro defensionis. *Pro, id est Nomine.* *3 Supra.* *Cum articulo.* *Cum aduerbis cognatæ significationis.* *Absolutè.* *In compositione.*

APPENDIX I.

Præpositiones subaudiuntur. *τὸ subauditum.*

PRÆPOSITIONES sæpe subaudiuntur Græcis, ἐπὶ τῶν ἐπαθεν ὀργιῶ ἔχει, id est, ὑπὲρ ὧν, *irascitur pro his quæ passus est.* μηδὲν αὐτῷ καταθεὶς, pro μηδὲν ὑπὲρ αὐτοῦ ἐλλιπὰς. σὸν χάριν λέγω, pro πρὸς σὸν χάριν, *tua causa dico.*

SIMILITER vbicumque δυοῖν θάτερον ponitur in oratione, vt μὴ αὐτῇ μεγάλα, ἵνα δυοῖν θάτερον, ἢ τυγχάνων λυπῇς, ἢ μὴ τυγχάνων λυπῇ, subauditur κατὰ, vel ἐξ δυοῖν θάτερον, ac si diceret, ne per alterum horum, aut assecutus, &c.

Nota: præpositiones cũ verbis compositæ suum habent casum.

Præpositiones verbis compositę propriã etiam seruantes significationem, eundem casum, quem extra compositionem postulant: κατηγορῶ σε, *accuso te*: quia κατὰ σοῦ dicitur. ἀφίσταμί σου, *absisto siue desicio abs te*: quia ἀπὸ σοῦ dicitur. Præter possessiua & acquisitiua, ἐμφορᾶμαι, ἐντρυφῶ, ἀπολαύω σου, *fruor te.* περιτίθημί σοι, *circumpono tibi.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

κατὰ in compositione.

Item, κατὰ composita etiam intendit cum casu verbi. κατεσθίει πάντα, *deuorat omnia.* κατεῖπέ μοι, *enarrauit mihi.* Et sic destituitur à proprietate præpositiua.

Nota.

Habet autem se ad modum præpositionis, cùm dicitur, κατειπεῖν ἑτέρου, *contra alterum dicere:* quòd tunc iungatur cum Genitiuo, quem etiam præpositio postulat.

Præpositiones cõpositæ cum alia dictione, epenthesi alterius dictionis dissoluuntur.

Celebre est poëtis præpositiones compositas dissoluere per alterius dictionis epenthesim: κατὰ γαῖα κάλυψε, pro γαῖα κατεκάλυψε. ἐκ δὲ ἐγέλασα, pro ἐξεγέλασα δὲ ἐξ ἔρον ἔντο, pro ἔξεντο ἔρον. Interdum plures dictiones intercedunt. οἱ κατὰ βοῦς ὑπερίονος ἠελίοιο ἤσθιον, pro κατήσθιον. Sæpe etiam componunt eas cum dictionibus, à quibus resoluendæ sunt. Ιθάκην κατακοιρανέουσι, pro κοιρανέουσι κατὰ Ιθάκην.

DE PRÆPOSITIONVM INVERSIONE.

Inuersio præpositionum.

INVERTVNTVR præpositiones monosyllabę quidem in fine carminum: Οδυσσ. δ. οὐ μέντοι κακὸς εἴδεται, οὐδὲ κακῶν ἐξ, *Non tamen malus videtur, neque ex malis.* Ιλιάδ. υ. καὶ ἦλθεν ἀργυρότοξος ἀρτέμιδι ξὺν, *Et venit Apollo cum Diana.*

Dissyllabæ verò & in oratione soluta inuertuntur, & in carmine, tono acuto posito supra penultimam, præter διὰ & ἀνὰ, idque ne coincidant, hæc quidem cum Vocatiuo, ὦ ἄνα, *ô rex:* illa verò cum Accusatiuo, δία, *Iouem.*

Præpositiones quæ non patiantur inuersionẽ.

Cæterùm trium temporum dissyllabæ, hoc est, quæ constant altera longa, & altera breui, non inuertuntur, velut, ἀντὶ, ἀμφὶ, quemadmodum neque in quibus, ι, redundat: vt καταὶ, παραὶ, ὑπερὶ, tanquam factæ trium temporum.

Nota de inuer-

Porrò ἐν quando assumit, ι, & fit ἐνὶ, inuertitur more

sione præpositionum.

ἐν quando inuertatur.

more disyllabarum. Ιλιάδ. α. ἡμετέρῳ ἔνι οἴκῳ, *ædibus in nostris.* Et, ᾧ ἔνι κούρη κοιμᾶται, *quo in loco puella cubat.* Si inter duo nomina, alterum proprium, alterum appellatiuum vel adiectiuum, sit præpositio, hanc inuerti necesse est, vt ante totam construatur orationem: ποταμοῦ ἄπο Σελλήεντος, *fluuio à Selleente.* Ξάνθῳ ἔπι δινήεντι, *Xantho in verticoso.*

Præpositio inter nomẽ & verbũ.

Si verò præpositio sit inter nomen & verbum, seu participium, poterit secundum diuersam sententiam & constructionem inuerti, & nõ inuerti: vt, Ιθάκην κατακοιρανέουσι. Si enim κατὰ referatur ad Ιθάκην, significans locum, inuertitur hoc modo, Ιθάκην κατὰ κοιρανέουσι, *iuxta Ithacam dominantur.* Si verò referatur ad verbũ κοιρανέουσι, vt illi maiorem addat emphasim, non inuertetur. Simile est in hoc: εὗρε δὲ Πατρόκλῳ περικείμενον. Quod potest etiam sic legi, εὗρε δὲ Πατρόκλῳ περικείμενον.

AD hunc autem modum fit si inter propria duo, vel appellatiua, cadat præpositio, cõiunctione ipsam sequente: νηῶν ἄπο, καὶ κλισιάων, *nauibus ab, atque tentoriis.* Αγαμέμνονος πέρι, καὶ Αχιλλέως, *Agamemnone de, atque Achille.*

Item, si media inciderit, nullaque alia orationis pars interueniat, modò postponatur dictioni, quam debebat præcedere, inuertitur: ᾧ ἔπι πόλλ' ἐμόγησα, *quo in loco multum laboraui.* Θεῶν ἄπο μήδεα εἰδὼς, *à Diis consilia sciens.* Si verò inter præpositionem & verbum, vel nomẽ ad quod pertinet præpositio, intercedat alia pars orationis, non reflectitur. τῷ δ' ἐπὶ Τυδείδης ὦρτο, *hunc autem Tydides inuasit.* Intercedit enim coniunctio δέ. idque nisi sit in fine sententiæ: tum enim inuertitur, etiam si quicquam interueniat, πάντων ἔπτυσε πολὺ κάτα, *omnes autem excreauit multum contra.*

Quæ verò patiuntur elisionem vocalis, non reflectuntur, nisi punctum subsequatur, aut signi-

ficatum corrumpatur non conuersæ. Ιλιάδ. τ. ἐνεῦθε γὰρ ὑφαίστοιο παρὰ ὁτέρμυρ ὅπλα, *statuebat enim à Vulcano ferre arma.* Vnde Poëtæ post præpositionem quandoque punctum faciũt. Oratores verò non, præterquàm in præpositione πρὸς: hanc enim solam ante punctum locant: vt in hoc, καὶ μικρόν τι πρὸς, *& ad paruum quippiam.*

Vel potius, pluscule quid praterea.

GENERALES DE PRÆPOSITIONIBVS REGVLAE.

PRAEPOSITIONES interdum à casibus suis, interiecta vna vel altera dictione dirimuntur: vt, οὐ μὰν γὰρ τῆς δύτυχίας πολλὰς, ἐν ᾗ τῆς δυσπραγίας μόλις ἂν ἕνα φίλον εὕροις. Sed sunt hic quædam poëtis dumtaxat vsitatæ tmeses: vt apud Apollon. Argon. 4. ἐν ᾗ ῥόθος ἔσκεν ἀγυιᾶις, pro ἐν ᾗ ῥόθος ἐν τῆις ἀγ. *erat q murmur in vicis seu plateis.* Sic Pind. Δωρίαν ἀπὸ φόρμιγγα παυσάλαν λάμβανε, *Doriam citharam à paxillo sume.* Eleganter etiam ordine mutato inter adiectiuum & substantiuum præpositio interiicitur: vt, πολέων ἐκ πολίων: μάχην ἐνὶ κυδιανείρη: χρυσὸν ὑπὸ σφιτέρηφι: ἐμῷ πρὸς δώματι, & similia. quomodo apud Latinos etiam in prosa passim vsurpantur *quam ob rem, qua de caussa.* apud Virg. autem magis poëticè, *mijciunt ipsis ex vincula sertis*; pro, ipsis ex sertis iniiciunt ei vincula. Item inter duo substantiua, quorum alterum regitur, alterum regit: vt πηγῆς ἐπὶ Κηφισσοῖο. Ac rursum inter duo commata copulatiua: vt νηῶν ἀπὸ καὶ κλισιάων. Interdum casui suo postponitur præpositio: vt, Ἀρτέμιδι ξυὺ: κακῶν ἐξ: Διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται). In hac postpositione disyllabæ pleraque accentum ex vltima in penultimam retrahunt: nominatim autem περὶ etiam in prosa: vt, τάπων ᾧ πέρι ἐν ἐπέροις λεχθήσεται· ἀμφὶ tamen & παρὰ retinent accentum; forsan ad differentiam vocat. ἄμφι, & accus. ἄμφω, à nom. Ἄμφις & Δίς, 275, 6. Aliàs accentus retrahitur etiã in mutatione significationis: vt ἄπο Barytonως scribitur cum significat *Procul, Absque*: cuius significationis supra quoque suo loco facta est mentio. Sic πέρι, cum significat excellentiam seu exsuperãtiam. Homer. τιμήσαι πέρι πάντων, *honore supra omnes enectum esse.* Hesiod. πάντων πέρι μήδεα εἰδώς, *consiliis pollens supra omnes.* Item absolutè sine casu, Τυδείδη, πέρι μὲν πολέμῳ ἔνι κρατερὸς ἔσσι, *Tydide in bello quidem eximiè viribus polles.* Ad hæc accentus retrahitur, cum præpositio nuda ponitur pro verbo cum præpositione composito: vt ἔπι, ἔνι, πάρα, κάτα, pro ἔπεστι, ἔνεστι, πάρεστι, μέτεστι. Sic Sophocl. ἀλλ' ἄνα ἐξ ἑδράνων, pro ἀνάστα, *sed exsurge è sede.* quomodo vsurpatum est istud Virgilij; *nec fuga eam super vlla pericli*: & hoc Silij, *Saucius haud illi comitum super vnus*, pro, supereſt. Cum alieno casu ponuntur in ellipsi casus regentis: vt οὐ ᾠδῆς, & εἰς ᾅδου: de quibus supra. Sic apud Latinos Terentius ait, *vbi ad Dianæ veneris*: & Vlpianus iureconsl. *superficiem ex vicini in suum deriuare*: pro, ad Dianæ fanum; ex vicini fundo. Pleonasmus quidam est cum præpositio & nomini simul præponitur & verbo: vt 1. Thess. 5. ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθε, *ab omni genere mali abstinete.* Aristoph. Conc. ἐν ᾗ οὐ νέαις τὸ σοφὸν ἔνεστι, *non enim in iunioribus inest sapientia.* Dionys. Halicarnass. ἐπ' αὐτοῖς ἐπίκειται, *eis incumbit.* Idem pleonasmus fit in cognatarum præpositionum geminatione. Eurip. ἐς ὄμματ' ἄνευ φωτὸς ἐμβλέψαι, γλυκύ. Isocr. ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἀπελθεῖν, *è concione abire.* Rursum Matth. 21. εἰσῆλθεν εἰς τὸ ἱερόν: at Marci 15. εἰσῆλθε πρὸς Πιλάτον. Sic etiam Cicero, *cum in Sigeo ad Achillis tumulũ adstitisset*: & Næuius apud Prisc. *tibi serui multi apud mensam adstant.* Pleonasmus etiam esse præpositionis videtur cùm aduerbio præponitur: vt εἰς ἅπαξ siue εἰσάπαξ, *semel*: itidemque εἰσαῦθις & ἐξαῦθις, *itetum*: παραυτίκα (& apud Theocr. καταυτίκα) *statim*: item ἐπάνω, ὑπεράνω, ὑποκάτω, ἐφεξῆς, καθεξῆς, περιττῶς, & similia: quippe in quibus præpositio ferè nihil ad simplicis aduerbij significationem addit. Contra omittitur interdum præpositio: vt, ὧν ἔπαθεν ὀργὴν ἔχει, pro ὑπὲρ ὧν, *ira æstuat ob ea quæ passus est.* Sic πόσου διδάσκει; *quanti docet?* pro ἀντὶ πόσου, *pro quanta mercede.* cùm enim Homerus sine præpositione dicat, χάλκεια χρυσείων ἀλλάξατο, Isocrates expressa præpositione αἰσχύνεσθαι θνητὸν σῶμα τῆς ἀθανάτου δόξαν ἀνταλλαξάμενον, *corpus mortale immortali gloria permutare*, seu *vitam mortalem cum immortali gloria commutare.* Rursum Heliodorus sine præpos. it. ἐνεφορεῖτο τῶν κρειῶν: at Matth. 15. cum præpos. it. ἐχόρτασθησαν ἐκ τῶν ψιχίων: itidemque Aristot. Probl. 65, 25. μικρὰ παρεσπεύκασθαι ἐξ ἄρτου, *sumpto modico panis.* Sic in aliis quoque multis subaudiri εἰς, κατὰ, περὶ, aut aliam præpositionem sensui conuenientem, tum ex supradictis clarum est, tum in sequentibus etiam latius exponetur.

Tmeses præpositionum.

Præpositio casui postposita.

Retrahitur accentus præpositionis disyllabæ.

PRAEPOSITIO sæpe cum casu suo composita, transit in aduerbium. Hæc compositio ita interdũ fit, vt vel accentus, vel aliud vocis accidens mutetur: vt, ἐπίπαν, pro ἐπὶ παῦ, *in vniuersum.* sic ἐπίπαν δὲ & ἐπίκεινα, pro ἐπὶ πάν δὲ εἰς, ἐπ' ἐκεῖνα *vltra.* Sic etiam ἐκποδών, pro ἐκ ποδῶν. Multo adhuc maior mutatio est in ἐμποδὼν & ἐξεπίτηδες, pro ἐν ποσὶ & ἐξ ἐπιτηδεύματος. quæ vt sine insigni mutatione diuidi nõ possunt,

Præpositiones iunctæ alieno casui.

Præpositionum pleonasmi.

Abundat præpositio cũ aduerbio iungitur.

Præpositio omissa.

Præpositio cum suo casu composita.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ita nec ἐπιπολῆς. vnde quidam compositè dixerunt ἐξ ἐπιπολῆς, & κατ' ἐπιπολῆς: quæ tamen à Luciano & Phrynicho repudiantur. Aduerbia etiam quædam in hac compositione accentum suum amittunt; vt πρόπυλαι, πρόχθες: ἐμπροσθεν, ἔμπαλιν: ἐμπαλιν, ἀνάπαλιν. Quædam tamen accentum suum retinent; vt tum ea quæ præcedenti paragrapho sunt exposita, tum hæc, ὀκτώκλινος, ὀκτώτονος. & consimilia. Sic ὑπείροχος quidem, accentu amisso: at ὑπερφίαλον, & ὑπεράλιον, accento retento. Rursum accentum amittunt etiam numeralia cum σῶς composita: vt σώδυο bini, σώτρεις terni; de quibus supra. Accedit in hac compositione nonnunquam etiam articulus pleonasticῶς: vt τὸ παρόπιν, omnino: τὰ πρότερ, antea.

Aduerbia accẽtum remittunt aliquando cum præpos. coposita.

Præpositio cum verbo composita.

IN compositione cum verbis, præpositio casum sæpe retinet, præsertim cum significatio eius obtinet. Sic multa vi præpositionis ὑπό, ἐξ, πρός, ἀντί, ὑπέρ, genitiuum: vi præpositionis ἐν & σύν, datiuum: vi præpos. εἰς, πρός, παρά, περί & ἀμφί, accusatiuum adsciscunt. Genitiui & datiui exempla quædam supra enumerata sunt in verborum Syntaxi. Accusatiui exempla sufficiant hæc: Epigr. εἰσηλάσαι εὑρὼν, *in or-cum inuehi*: Act. Apost. 20. παραπλεῦσαι τὴν Ἔφεσον, *præternauigare Ephesum*. Musæus, κυμάτιον ἀμφιχυθεῖσα, *sponso circumfusa*. Sic μέτοπεν φάμφοί με, *mittentes post me*, id est, *accessentes me*, & similia. Horum quædam modo accusatiuum, modo datiuum asciscunt: vt εἰσῆλθέ με ἔρως, Chrys. & εἶσερ. χρῆναι αὐτῷ φόβον, Plato: vt Liuius quoque, *incesserat eum cupido*; & *incessit patribus cura*. Sic Æschines πρόσεισιν τὸ δικαστήριον: at Demosth. πρόσεισιν τοῖς δικασταῖς. quemadmodum alia etiam multa composita cum præpos. πρός, παρά, περί, ἐπί, ἀντί, quædam etiam cum μετά & ὑπό, datiuum regunt vi verbi. Immo vt ἐπί tres casus regit, ita etiam verbum ἐπιβαίνειν in vna eademque inscendendi significatione. Cum genitiuo enim Plutarch. Themist. ἐπιβαίνειν τῶν αὐτῶν πείρατος: cum datiuo Thucyd. τοῖς ἀλλήλων ναυσὶν ἐπιβαίνειν ἐπειρῶντο: cum accus. Apollon. Argon. 2. Κολχίδα γῆν ἐπιβάντες. In quibusdam etiam præpositio magis nomini quàm verbo competere videtur. vt apud Hesiod. ἐρανὸν ἐμβασιλεύει, *regnabat in cœlo*. Plut. ἐνδιατρίβειν τῇ περὶ τὰδε ἀναγραφῇ, *in his perscribendis morari*. Xenophon, σὺν ὀχήμασι περιπεμπώμεθα, *non grauate circum hæc vagamur seu oberramus*. vt & Virg. *hanc vrbem afferimur*, pro, ferimur ad hanc vrbem. Contra poëræ præpositionem sæpe à verbo suo diiimunt interiectis aliis dictionibus. Hom. Il. γ, ἐπὶ λᾶαν ἧκεν, pro λᾶαν ἐφῆκεν, *lapidem immittit*. Idem, κλίσι τε κλίσιν σύμβαλεν, pro κλίσιν τε κλισίην κατεκόλλησαν, *aruinasq; contexerunt*. Hesiod. μή ἑ λάθῃ χρήματ' ἔλπεσθαι, pro μὴ ἀφέλησθαί σε τὰ χρήματα, *ne tibi adimat pecunias*. cuius generis tmesis apud Herodot. quoq; legũtur; interdum etiam apud Platonem: vt in eo loco qui à Dionys. Halicar. 128,8. dithyrambici tumoris notatur, ξυμμοι λαβεσθαι τοῦ μύθου, pro ξυναδεσθαί μοι τοῦ μύθου, *sermonem mecum capessite*; seu, *in fabula me adiuuate*. Geminatam præpositionem habẽtia, nonnunquam verbi, nonnunquam præpositionis regimen sequuntur. Homer. προπροκυλινδόμενος πατρὸς, *ad patris genua se prouoluens*. Idem Odyss. θ, ἀλλ' ὅ οἱ χάρις ἀμφικεκλιμένη ἐπέεσσι, *at non ineſt eius verbis gratia*; seu, *non comitatur eius verba vlla gratia*. Præpositio cum præpositione raro componitur. In eo genere περιξ, cum in significatione præpollet παρὰ. accusatiuũ regit. Il. ι, πολὺν ὃ περιξ ἅλα φῦκος ἔχουσιν, *multam algam socius mare suderant*. Odyss. ο, μή μοι πάρεξ ἄγε νῆα, *ne me præter nauem ducito*. Cum vero præpollet ἐξ, regit genitiuum: Il. κ, περιξ ἰὼν ἐν νεκύεσσι κλιθήτω, *extra viam*. Absolutè quoque ponitur. Hesiod. Clyp. Herc. ἀλλὰ περιξ ἔχε δίφρον, pro *extra viã emoue currum*. vbi Scholiastes annotat, oxytonon περιξ, cum accusatiuo construi, & significare *prope*: at Barytonon πάρεξ, construi cum genitiuo, & significare *extra*: atque illud poëticum esse; hoc vero etiam in communi sermone receptum. Etymologus vero πάρεξ Barytonως tum demum dici scribit, cum vsurpatur pro χωρὶς, vt πάρεξ τοῦ Σκυθικοῦ ἔθνους: in prioribus vero significationibus, pro παρὰ & ἐξ, efferri oxytonως παρέξ. Apud Latinos quoque rara est ea compositio. Ouid. Metamorph. 2. *Argolica quod in-ante Phoronide fecit*. Propert. 2. *Hic dominam exemplo ponat in-ante meam*. Præterea vt verba præpositionis regimen sequuntur interdum, ita etiam aduerbia è præpositionibus orta: vt ἔξω οἰκίας, κάτω χθονός: qua de re infra quoque in Aduerbiorum Syntaxi. Absolutè ponuntur paucæ præpositiones: inter ceteras μετὰ *post*, πρόσω *ad hac*, ὑπὲρ *supra* seu *vltra*; & composita πάρεξ, de qua modo dictum est. Sic apud Sallust. *supplicia in post futuros composuit*, εἰς τοὺς μεταγενεστέρους, id est, εἰς τοὺς μετέπειτα χρονικοὺς.

ἐπιβαίνειν cum triplici casu.

Præpositio in cõposit. cui competat.

Præpositiones suis verbis diremptæ poëticæ.

Geminatas præpos. quænam sortiantur.

Præpositio cum præpositione cõposita.

περιξ oxytonῶς.

Præpositionis regimen aliquando verba sequuntur.

Præpositiones abundantes.

PRÆTEREA præpositionibus aliquando aliquid vel accedit vel decedit, vel mutatio accidit aliqua; idq; tam extra compositionem quàm in compositione. Accedit apud poëtas, metri caussa: vt, εἰν ἀιδαο δόμοισι: ὑπ' ὄλα: ὑπαίθριον ἀφείσιο: ibi enim vt ε in ἐν & ὑπὸ producereturr, adscitum ei est ι. Rursum in fine adscito ι, vsurpatur ἐνι, παρὴ, κατὴ, pro ἐν, παρὰ, κατὰ: vt ὑπαὶ πόδα νείατον Ἴδης, *ad imum Idæ pedem*. Decedit, vel per apostrophum, 8,11. vt κατ' ἀμαλογίαν: vel per compositionem, vt ἀπόλλυμι, ἀπώλεσα: vel per vtrumque, vt ἀπὸ ἐρύω, ἀπέρυσα. Mutatio accidit, vel in ipsa præpositione, vt ἀπὸ ἐρύω, ἀπέρυσα: vel in ea quæ præpositioni adiungitur, vt ἐκ ἔρδω, ἐξέργω: vel in vtraque, vt ἐν βάλλω, ἐμβάλλω. Quæ omnia in Etymologia & Prosodia fusius explicantur.

Præpositionum mutatio, illarũq; facta accessio vel decessio. Accedentia.

Decedentia.

tionem,172,1. vt ὑπ̓ἐχω. Sic πὰρ pro παρὼ in metro vsurpari,supra docui. quemadmodum etiam ἀν pro ἀνὰ: vt Hesiod. ἀν φυτὰ βαίνῃ, *per plantas scandat*,seu *plantas ascendat*. Homer.ἀν ῥ̓ ανὸρώτης ἵστατο, *surgebat autem subulcus*. In hac abiectione si posterior dictio ab aspiratione incipiat,finalis ſ in præpositione tenuis mutatur in aspiratã,8,16.172,10. Impura σὺν,sequẽte consona,finale ν interdũ amittit,interdum cum sequenti conformat: qua de re supra quoque, 401,27. σὺ quoque,& poëtica ἄν, mutationes illas patiuntur,402,2. 404.1. quinetiam κ multo plures,406,2. ἀπὸ & ὑπὸ patiuntur vnam tantummodo. non enim nisi ante β omicron abiiciunt,& π in β vertunt: vt ἀμβάλε *abijce*,ὑββάλλ *subijcit*. Sic Dorica ποτὶ, tantum ante vocales & ante τ,finale ι perdit,408,15. σὺ tamen & σὺν interdum immutatæ manent; vt συνεφάπλειν, pro ἐφάπλειν,*insuere*: & apud Hesych. συνεισκάπτειν, συνεγγύᾶν, *inrigere*: apud Suid. σωγνῶν, *cognatus*, *frater*. sic apud Latinos quoque *inritus*, *inlustris*,*conclusio*, & similia. ποθὲ, sequente ο vel ε, crasin pati, supra in ea præpositione docui:docuit idem etiã cum Clenardo Antesignanus 172,33. 311,31. Idem etiam in ἀπὸ nonnunquam fieri docui. Sed fit interdum etiam in ὑπὸ: vt declarat ὑπερχὸς contractum ex ὑποερχὸς. Eodem modo ὕπερθε quoque contractum dici potest ex ὑπόθθε, *montibus subiecta*. Doricam crasin habere videntur ποφόρα, ἀπώλεια, ὑπώρεια, ὑπωπτίᾳ, & similia: quippe in quibus duo οο non communi more in ω cõtracta sint,sed Dorico more in ω. Verum breues in compositione migrare interdum in longas, etiam sine crasi, satis docet σωώννμος,σωώμοθες: ἐξώνυξ,πολυώνυξ:item ναωηχὸς,πδεωηχὸς, σωήχρᾳ, σὐλώεμος: ad hæc σὐήρης, δύήρης, διήρης, τριήρης, ἐξήρης,& ποδοήλυθοι, σωήλυδες, σωηρεφέες,& similia, in quibus ο, α, & ε, sine vlla crasi per compositionem versa sunt in longas ω & η. simplicia enim sunt ὄνομα *nomen*,ὀμόσαι *iurare*,ὄνυξ *unguis*: ἄγνυσθαι *frangi*,ἀγορεύειν *loqui*,ἄνεμος *ventus*: ἐρέσσειν *remigrare*,ἐλθεῖν *venire*,ἐρέφειν *tegere*.

σὺ aliquando amittit ν.

σὺν.

ἀπὸ, ὑπὸ.

ποτὶ Dorica.

οο in ω cõtracta.

SYNTAXIS ADVERBIORVM.

Aduerbia cum genitiuo cõstructa.

ADVERBIA si post se casum habent, construuntur cum Genitiuo: μάλιστα πάντων,*maxime omnium*. λάθρα τ̃ ἄλλων, *clam aliis*.χωρὶς τ̃ ἄλλων,*absque aliis*.ἅπαξ, ἢ δὶς τ̃ ἡμέρας, *semel aut bis in die*. χάριν ἐκείνυ, ἕνεκα οὗ ἐκείνυ, *quantum ad illum attinet*. πότε τ̃ χρόνυ; *quo tempore?* φεῦ κακῶν,*heu mala*.

Congregãdi aduerbia cum datiuo.

EXCEPTIS aduerbiis congregandi,quæ Datiuo adhærent: ἅμα τοῖς ἄλλοις, *una cum aliis*. ὁμῦ τοῖς ἄλλοις, *simul cum aliis*. Et iurandi,quæ Accusatiuo:

Aduerbia iurãdi cum Accusatiuo.

νὴ δ̓ ἐκ εἶπον, & μὰ δ̓ ἐκ εἶπον, *per Iouem non dixi*. Quæ hoc inter se differunt, quòd νὴ per se significet affirmationem, μὰ verò negationem: μὰ δία, *non per Iouem*. νὴ δία, *ita est per Iouem*. Et νὴ δ̓ ἀλλὰ, valet, *at*, siue, *at enim*. Et deriuatis,quæ primitiuorum structuram sequuntur. ἄξιος λόγυ,*dignus ratione*. Sic ἀξίως λόγυ, *dignè ratione*. καταφρονῶ τ̃ρ ἀτελεστέρων, *contemno abiectiores*. sic καταφρονητικῶς τ̃ρ ἀτελεστέρων, *contemptibiliter abiectiorum*. ὅμοιος τοῖς ἄλλοις, *similis aliis*. sic ὁμοίως τοῖς ἄλλοις, *similiter aliis*. καταβεβλημένος τ̃ γνώμης, vel τὴ γνώμλω, *abiectus animo*. sic καταβεβλημένως τ̃ γνώμης, vel τὴ γνώμλω, *abiectè animo*.

Derinata aduerbia sequuntur structuram primitiuorum.

Exclamandi ὦ cum nominatiuo.

EXCEPTIS etiam aduerbiis exclamandi,quibus competit constructio huiusmodi,ὦ acutitonum iungitur Nominatiuo, ὦ λόγος,ὦ φρένες, ὦ σωτεσις, ὦ ἐπιχειρήματα, verba sunt admirantis orationem Libanij.

Idem cum Genitiuo.

Construitur etiam cum Genitiuo,ὦ θαύματος, *ô rei miraculum*. Cui quandoque subiicitur Accusatiuus, ὦ θαύματος τὴ παρθένον τικτεῖαν τ̃ Θεόν. *ô rei miraculum,virginem parientem Deum*. Sicut etiam Latini dicunt, ô Dij immortales, rem miseram & calamitosam.

Absolutè.

Interdum sine casu construitur,ὦ πῶς ἀδακρυτὶ τὴ τάτων ἐνέγκω τὴ μνήμλω. Sic Virgilius,

O cohibete iras. Et,
O quæ iam satis ima dehiscat Terra mihi.

ὦ Circumflexũ.

ὦ circumflexũ cum Vocatiuo,ὦ Ἄπολλον,*ô Apollo*.

Græci inuocationibus vtũtur

VTVNTVR Græci in inuocationib. Genitiuo & Vocatiuo eo loco, quo Latini Accusatiuo & Vo-

in genitiuo & vocatiuo. catiuo: ὦ Ἄπολλον δυδαιμονίας ὑπερβολῆς, ὦ *Apollo, magnam felicitatem.* Quem Vocatiuum mutant interdum in Genitiuum, præcedente præpositione πρὸς, ὦ πρὸς τῶ Θεῶν ἃ συμφορᾶς, ὦ *Dij, rem calamitosam.*

Vocatiuum vocandi mutant Græci in genitiuum.

φεῦ cũ genitiuo. Φεῦ cum Genitiuo, φεῦ τῆς ἀτιμίας, *heu ignominiam.*

ὄιμαι gaudet Recto & genitiuo. Ὄιμοι, Recto & Genitiuo. Recto, ὄιμοι κακοδαίμων, ὡς ἀπόλωλα, *hei infelix, vt perij.* Genitiuo, Lucian. ὄιμοι τῆς ἀγρῶν, verba sunt deplorantis agros perditos. Ponitur etiam sine casu, ὄιμοι, *hei mihi.*

Nota de exclamatione. Loco exclamationis ponitur nonnunquam solus Genitiuus, vt dictum est superiùs.

Ἄ Ρ Τ Ι.

ἄρτι nõ iungitur futuro. Ἄρτι construitur omnibus temporibus, dempto futuro: ἄρτι ποιῶ, ἐποίουν, ἐποίησα, πεποίηκα, &c.

Ἄ Υ Θ Ι Σ, Ε Ἰ Σ Α Ε Ἰ.

αὖθις & εἰσαεὶ iunguntur futuris. Ἄυθις & εἰσαεὶ adsciscunt futurum, εἰσαεὶ ἔσται κίνησις, *semper erit motus.* αὖθις διδάξω, *rursus docebo.*

Ἀ Υ Τ Ί Κ Α.

αὐτίκα reijcit futurum. Ἀυτίκα construitur omnibus temporibus, dempto futuro.

Ἕ Ω Σ.

ἕως gaudet indicatiuo. Ἕως, *quamdiu*, gaudet indicatiuo: ἕως ἔζη, *quamdiu viuebat.*

Et Coniũctiuo. Et Coniunctiuo, ἕως κρύπτηται, *quamdiu occultetur.* ἕως ἂν coniunctiuo: & vbi loquimur de re præterita, Optatiuo. ἕως ἂν γένηται, *quamdiu fiat.* ἕως ἂν γένοιτο, *quamdiu fieret.*

Et infinitiuo. Construitur etiam ἕως & ἕως ἂν infinitiuis, ἕως πᾶν ἀλείνεσθαι, *donec porrigam.*

Μ Ε Χ Ρ Ι.

μέχρι cum genitiuo. Μέχρι & ἄχρι ad hunc ferè modum construuntur cum cæteris orationis partibus, μέχρι παντὸς, *sine præfinitione temporis.* sicut δεῦρο παντός. μέχρι τινός, *quousque.* μέχρι ζωῆς, *per totam vitam.* μέχρι πρὸς, *vsque ad.* μέχρι πρὸς τὸ τέλος, *vsque ad finem.* μέχρι πρῴρης, *diu.* μέχρι πρώην, *nuper primùm.*

μέχρις ἐνταῦθα, μέχρις τῆδε, *hactenus.* μέχρις ἔ ἂν. *quoad.* μέχρι πρὲ ἂν ἔ, *quousque.* μέχρις ἂν & ἄχρις ἂν, *quamdiu.* μέχρι ἔ, & ἄχρι ἔ, *quoad, quousque.* Et construitur plerumque indicatiuo, μέχρι πῆ, & ἄχρι πῆ, *vsquequo.* Præponitur infinitiuis, μέχρι πῆ, vel ἄχρι πῆ καὶ ἐρυθριῶν, *vsquequo erubescerem.*

Cum Indicatiuo.

Et infinitiuo.

Ν Υ͂ Ν.

νῦν respuit plusquamperfectũ. Νῦν omnibus temporibus accommodatur excepto plusquamperfecto: νῦν πειράθημαι, νῦν πειράται, νῦν ἐξαπόλωλε, νῦν ἐπύνθανον, νῦν ἐνίκησε. Et non est inchoatiuum orationis, sed semper coniunctioni ὅ coniungitur: ὦμίλει ταῦτ' ἐκεῖνον ἐρεῖν, νῦν ὅ ἀδὲν τῶτον εἴρηκε.

Semper habet iunctam cõiunctionem ὅ.

Η Ἤ Δ Η.

ἤδη gaudet imperfecto & pluſquamperfecto. Ἤδη, quando significat tempus, solùm construitur imperfecto, ἤδη ἔγραφον. & indefinito, ἤδη ἔγραψα. & plusquamperfecto, ἤδη ἐγεγράφειν.

Π Ά Λ Α Ι.

πάλαι. Hvic similem constructionem habet aduerbium πάλαι.

Ὅ Τ Ε Ε Τ Τ Ό Τ Ε.

ὅτε & τότε respuũt perfectũ. Ὅτε & τότε construuntur omnibus temporibus præterquàm perfecto: ὅτε νοῶ, ὅτε ἐνόουν, ὅτε ἐνενόηκειν, ὅτε ἐνόησα, ὅτε νοήσω, sed non ὅτε νενόηκα.

Ὁ Π Ό Τ Α Ν.

ὁπόταν iungitur Optatiuo. Ὁπόταν, cùm fit sermo de re præterita, iungitur Optatiuo: τί γὰρ ἂν καὶ πάθοι τις, ὁπόταν ὁ θεὸς βιάζηται; *nam quid ageres, cùm diuinitus cogerere?*

Σ Ή Μ Ε Ρ Ο Ν.

σήμερον respuit pluſquamperfectum & futurũ. Σήμερον, omnibus temporibus adiungitur, præterquam pluſquamperfecto & futuro.

Ο Υ̓ Δ Ε ́ Π Ο Τ Ε.

οὐδέποτε gaudet Præterito. Οὐδέποτε solùm construitur præterito: τῶτ' οὐδέποτε ἐγένετο, *hoc nunquam contigit.*

Π Ρ Ὶ Ν.

Πρὶν construitur præterito indicatiui: πρὶν ἦκεν, πρὶν cũ præteri-

Universidad de Deusto Biblioteca

to indicatiui, & infinitiuo intercedente ἢ.

εἶπεν, *priusquam dixit.* Et infinitiuo, πρὶν εἶπειν, *priusquam diceret.* Quod etiã fit intercedente ἢ, Matt. 1. πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, *priusquam ipsi conuenirent.* Quemadmodum interuenit ἂν cùm additur Cõiunctiuo in re futura, aut Optatiuo in re præterita: πρὶν ἂν γένηται, *priusquam fiat.* πρὶν ἂν γένοιτο, *priusquam fieret.*

Optatiuo & Cõiunctiuo.

IVNGITVR etiã πρὶν ἢ optatiuo & coniunctiuo in re præterita: πρὶν ἢ γένοιτο, & πρὶν ἢ γένηται, *priusquam fieret.* Iungitur etiam in eodem sensu indicatiuo: πρὶν ἔλυσε, *priusquam absolueret.*

Redditiuorum constructio.

QVEMADMODVM nominibus τοῖος, τόσος, τηλίκος, respondent οἷος, ὅσος, ἡλίκος: Sic aduerbiis τῆμος, τότε, τέως, τηνίκα, τόφρα, respondent ἦμος, ὅτε, ἕως, ἡνίκα, ὄφρα. Et in Syntaxi sese mutuò præcedunt & sequuntur, quemadmodum illa nomina: τόφρα δ' ἐπὶ τρῴεσσι τίθει κράτος, ὄφρ' ἂν ἀχαιοὶ υἱὸν ἐμὸν τίσωσι, *eousque Troianis vires adde, quousque Græci filium honorent meum.*

LOCALIA.

Loci. Atticismus.

ATTICIS aduerbiorum localium circumstantiæ confunduntur, ita vt quæ significant ad locũ, ponantur pro significantibus in loco, & contrà, vt ἔνδον, pro εἴσω, ἔνδοθεν, pro ἔνδον. Quo modo Virgilius,

-- *Eiectum littore egentem Suscepi,*

dixit, pro Eiectum ad littus.

Aduerbiis annexa præpositio ἐξ.

Aduerbiis de loco addunt nonnunquam præpositionem ἐξ, quamquam per se eam includant. Dicunt enim ἐξ ἐμέθεν, pro ἐμέθεν: ἐξ οὐρανόθεν, pro οὐρανόθεν, hoc fit secũdum eum Tropum, quo coniungunt æquiualentia, sicut & τήμερον ἡμέραν, pro τήμερον: & βάσκ' ἴθι, pro ἴθι.

QVALITATIS.

Qualitatis quibus verbis gaudent.

ADVERBIA qualitatis gaudent his verbis, ἔχω, διάκειμαι, & similibus. ἐνδεὼς ἔχω, *indigeo.* πονηρῶς ἔχω,

ἔχω, vel διάκειμαι, *malè affectus sum.* Quibus addi potest Genitiuus, significans id quod afficitur. οὕτως ἔχω γνώμης, *sic animo affectus sum.* πονηρῶς ἔχω τοῦ σώματος, *malè affectus sum corpore.*

ΠΛΗΝ.

πλὴν cum genitiuo.

EXCEPTIONIS aduerbium πλὴν, quando construitur cum Genitiuo, valet præter: πλὴν ἄλλων, *præter alios.* Sine Genitiuo quandoque significat *præterquam.* Lucianus de sacrificiis, αἱ δὲ θυσίαι καὶ παρ' ἐκείνοις αἱ αὐταὶ, πλὴν ὅτι πενθοῦσι τὸ ἱερεῖον, *sacrificia apud illos sunt eadem, præterquam quòd hostiam lugeant.*

Sine genitiuo.

Quandoque *verùm, veruntamen.* Matth. 26. παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο, πλὴν οὐχ' ὡς ἐγὼ θέλω, *transeat à me calix hic, veruntamen nõ vt ego volo.* Quod idem nonnunquam significat, vbi construitur cum ἀλλὰ. Lucian. in Iudicio dearum, οὐκ ἐπὶ δώροις τὰ ἡμέτερα, πλὴν ἀλλ' ἄπιθι, *veruntamen abi.*

πλὴν cũ ἀλλὰ.

πλὴν abundãs.

Nonnunquam etiam abundat in oratione, veluti cùm πλὴν ἀλλ' ἢ, ponitur pro ἀλλ' ἢ, & πλὴν εἰ μὴ, pro εἰ μὴ, vt Aristotel. 1. Metaph. οὐ γὰρ ἄνθρωπον ὑγιάζει ὁ ἰατρεύων, πλὴν ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός, *is qui medetur, non sanat hominem, nisi per accidens.* Sic etiam χωρὶς εἰ μὴ, non plus valet, quàm εἰ μή.

οὕτω sæpe subauditum.

HIS contrarium est in aduerbio similitudinis οὕτω, quod frequenter non expressum subauditur, vt Matth. 6. γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, pro οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, *fiat voluntas tua, quemadmodum in cœlo, ita & in terra.* Et Ioan. 20. καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ πατὴρ, κἀγὼ πέμπω ὑμᾶς, pro καὶ οὕτως ἐγὼ πέμπω ὑμᾶς, *quemadmodum misit me Pater, ita etiam ego mitto vos.* Dicitur etiam οὕτως ὄναιο, quod est bene precantis, sicut Latinis, *Macte virtute.*

Ὡς Σ.

ὡς cum superlatiuis.

Ὡς præponitur Superlatiuis, ὡς λαμπρόταζον, *quàm splendidissimum.* ὡς τάχιστα, *simul vt.* Quod etiam fit intercedente ὅτι: ὡς ὅτι λευκόταζον, *perquam candidum.*

Intercedēte ὅτι.

ὡς postpositum.

Quandoque etiam postponitur, & tum significat λίαν, ὑπερφυῶς μὴν ἔφη, ὡς βέλομαι, *magnopere, inquit, cupio.* θαυμασίως ὡς ἄθλιος γέγονε, *mirum in modum miser factus est.* θαυμαστῶς ὡς ἐπεθύμησα, *mirum in modum petij.* In quo etiam significato nonnunquam præponitur ὡς ἀληθῶς, *quàm verè.* ὡς ἑτέρως, *longè aliter.*

ὡς præpositum infinitiuo valet ὥστε.

Si verò præponatur infinitiuo, valet ὥστε. ὅτως ἔστιν ἀπαίδευτος, ὡς μηδὲν εἰδέναι, *tam est ineruditus, vt nihil sciat.*

Atticismus.

Atticis autem cõstruitur Accusatiuis pro πρὸς, & pro εἰς. ὡς Λακεδαιμονίους, *ad Lacedæmonios.* ὡς Μακεδονίαν, *ad Macedoniam.*

Ὥς Σ.

ὡς idem quod ὅπως.

Ὡς acutitonum idem est quod ὅπως. Vnde illud, ἔστιν ὡς, pro *quodammodò* & *quadantenus* ponitur, vt dictum est superiùs.

Ὥστε.

ὥστε cum indicatiuis.

Ὥστε aduerbium digressiuum construitur Indicatiuis: ὥστε λέγει, *itaque dicit*, idque Atticè. & Optatiuis: ὥστε λέγοι ἄν, *itaque dicat.* & infinitiuo, ὥστε λέγειν.

ὥστε post nomen & post aduerbium.

Significans autem similitudinem aut æquipærantiam, construitur tam post nomen quàm post aduerbium. Post Nomen, vt τοιοῦτός ἐστιν, ὥστε καλῶς νοεῖν, καὶ λέγειν τὰ δέοντα, *talis est vt cogitet, & dicat quæ oportet.* τηλικοῦτός ἐστιν, ὥστε πάντας ὑπερβάλλειν, *tantus est, vt omnes superet.* Post aduerbium, οὕτως ὥστε πάντας θαυμάζειν, *sic vt omnes admirentur.*

DE

DE NEGATIVIS ET PROHIBITIVIS.

Græci præponũt negationẽ vtrique verbo.

In orationibus negatiuis Græci plerumq; præponunt negationem vtrique verbo, quam Latini dumtaxat alteri præponunt: οὐ φημί σε εἰδέναι, pro φημί σε οὐκ εἰδέναι, *dico te nescire.* μὴ προσποιοῦμαι ταῦτ' εἰδέναι, pro προσποιοῦμαι τοῦτο μὴ εἰδέναι, *dissimulo hoc scire.* οὐκ ἀξιῶ τοῦτο ποιεῖν, pro ἀξιῶ τοῦτο μὴ ποιεῖν, *indignum puto hoc facere.* οὐ νομίζω εἶναι, pro νομίζω μὴ εἶναι. οὐκ ὀίομαι δεῖν, pro ὀίομαι οὐ δεῖν, & sic de aliis.

Nota Anastrophen.

Quòd si quandoque inueniatur negatio postposita verbis, hoc fit per figuram Anastrophen. κοιμησόμεθα οὐ, pro οὐ κοιμησόμεθα.

οὐ & οὐκ.

Οὐ, si præcedit dictionem incipientem à vocali non aspirata, scribitur οὐκ: οὐκ ἔχομαι, οὐκ ἐποίησα, οὐκ ἔστιν. Si verò præcedat eam, quæ incipit à vocali aspirata, scribitur οὐχ: οὐχ ἡμεῖς, οὐχ ὁρᾷς, οὐχ ἕλκει. Sed si præcedat inchoatam à consonante, scribitur οὐ: vt οὐ ποιεῖς, οὐ λέγω.

Constructio aduerbij οὐ cũ aliis partibus.

In hunc ferè modum construitur negatio οὐ, cum cæteris orationis partibus peculiariter: ὅσον οὐ, ὅσον οὔπω, μόνον οὐ, pro, fermè, circiter. ὅσον οὐδέπω, ὅσον οὐκ ἤδη, pro, quamprimum, iamiam, οὐ μόνον ὄν, dicunt pro, *neque hunc solum*, vel *neque has solas*, vel *neque hic solus*, vel *neque hæc sola*: & ita per omnia genera, & per omnes casus, ἀπέκτεινε τὸς φίλους, οὐ μόνον ὄν ἀλλὰ καὶ τὸν πατέρα, *occidit amicos, & non hos solum, sed etiam patrem.* ἀπολείπονται γείτονες πάντες, οὐ μόνον ὄν, ἀλλὰ καὶ ὁ πατὴρ, *relinquuntur omnes vicini, & non hi solum, verumetiam pater.*

οὐδέν τι μᾶλλον. Atticismus.

Οὐδέν τι μᾶλλον, Atticis capitur pro οὐδαμῶς, vel potiùs pro nihilo magis. τοῦτο μὲν εἰδὼς οὐδέντι μᾶλλον ἔσπασάμην γράμματα, *hoc cùm nouissem, nequaquam, vel nihilo magis nouissem literas.*

Composita ex negatione & nomine

Composita ex negatione & nomine numerali nonnunquã soluuntur, & quandoq; per tmesim: οὐδὲ

mine numerali per tmesim soluta.

οὐδὲ εἷς, pro οὐδείς. οὐδὲ ἕν, pro οὐδέν. οὐδ' ἂν εἷς, pro οὐδεὶς ἄν. μηδ' ἂν εἷς, pro μηδεὶς ἄν. μηδ' ἂν μία, pro μηδεμία ἄν. οὐ τίν' ἕν, *nullum penitus.* οὐδ' ὅτι ἕν, *nihil quicquam.* οὐχ ὅλον, οὐχ οἷον, *nedum.* οὐκ ἐπ' ὅπως, *nullo pacto.* vt οὐκ ἐπ' ὅπως οὐκ ἔσται, *fieri non potest quin sis.* οὐκ ἐπ' ὅτι, *nihil.* οὐκ ἔστιν ἐφ' ὅτῳ, *in nullo.* οὐκ ἔστιν οἵ τινες, *nulli.* οὐ γάρ, *nónne, an non.* οὐ γὰρ δή, *valet, absit.* Pro quo etiam capitur, οὐκ ἀγαθέ, *absit.* οὐ γὰρ ἄν, *alioqui non.* οὐ γὰρ ἄν που, & οὐ μὴν δὴ, *nequaquam, minimè verò.* οὐ γὰρ ἀλλά, *enimuerò, verùm enimuerò.* Ponitur enim abundante negatione pro καὶ γάρ: vt, μὴ σκῶπτε, οὐ γὰρ ἀλλ' ἔχω κακῶς, *ne cauillare, etenim malè habeo.* οὐ γὰρ ὅπως, *non enim hoc modo, neque enim tantummodò.*

οὐχ ὅπως.

Οὐχ ὅπως, *non solùm, non solùm non.* significat etiam non vt. Et pro eo οὐχ ὡς, sæpe dicitur.

μὴ ὅπ.

Μὴ ὅτι, *non solùm, non solùm non.* Idem significat οὐχ ὅτι, quod etiam capitur pro *non quod*, & tum solùm construitur indicatiuo: οὐχ ὅτι μὴ, *non quin.* οὐχ ὅτι μὴ καλὸν ἔῃ) εἶμαι, *non quin honestum esse censeam.* ὅτοι, *nequaquam.* ὅτι, id est, ὅ: abundat enim τι, sicut in πάντυ τι, ἄττα, *an fortè, num fortè.*

οὐ μὴν ἀλλὰ.

Οὐ μὴν ἀλλὰ, vel οὐ μὴν ἀλλά γε, *enimuerò, at verò, quin etiam, sed tamen.* οὐ μὴν ἀλλ' ἔστω, *verùm esto, sed sit sanè,* quod concedentis est. Interdum per tmesim profertur: οὐ μὴν αὐτός γε, ἀλλά, pro οὐ μὴν ἀλλὰ αὐτός γε.

Nota de οὐ μὴν ἀλλά.

Quòd si ex οὐ μὴν ἀλλὰ, tollatur ἀλλὰ, iam erit negatio: οὐ μὴν, *nec verè.*

οὐ μέντοι ἀλλά.

Quandoque dicunt, οὐ μέντοι ἀλλὰ, & οὐ μέντοι ἀλλά γε, pro *veruntamen.*

οὐ μέν γε.

Οὐ μέν γε, *non quidem.* ἔρμαν, *certè non, veruntamen non.*

οὔτε μήν.

Οὔτε μήν, οὐδὲ μήν, *nec verò, nec tamen.* οὐ μήν πω, *haud dum tamen.* οὐ μὴν οὐδέ, οὐ μὴν οὔτε, *non tamen, veruntamen non.*

Negationes duæ affir

Quandoque fit apud græcos, vt duę negationes

affirment, sicut Latinis: οὐκ ἐᾷ ὅπως οὐκ ἔχετε μοῦ τὰ χρήματα, *certè vos habetis pecuniam meam.* Aristoph. οὐκ ἐᾷ ὅπως οὐκ ἐξελῶ σ' ἐκ οἰκίας, *nullo modo non ejiciam domo,* hoc est, *omnino ejiciam & abdicabo.* *aliquando apud Græcos affirmãt.*

Vt plurimũ negant vehementius.

Verum vt plurimum duæ negationis vehemẽtiùs negant, vel altera abundat. οὐ μὴ ποιήσω, *nequaquam faciam.* Sic Ioan. 15. χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν, *sine me non potestis facere quicquam.* Homerus, οὐ μὰ γὰρ Ἀπόλλωνα, negationis habet repetitionem. Nec est similis loquendi ratio in ναὶ μὰ: nam μὰ per se negat, vt μὰ Δία, *non per Iouem.* ναὶ μὰ, verò affirmat. ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, pro τὴν τόδε σκῆπτρον, *per hoc sceptrum:* quo in loco μὰ abundat.

οὐδαμῇ οὐδαμῶς.

Οὐδαμῇ οὐδαμῶς, *nullo prorsus pacto.* Hic etiam negatio videtur ex superfluo addita, & est solùm ἀριθμικόν. Verùm μηδαμῇ μηδαμῶς, idem significat. sed ἀπαγορευτικὸν, etiam esse potest.

πάντῃ πάντως.

His opponitur πάντῃ πάντως, *vsquequaque.* Et οὐ γὰρ ἀλλά, ex abundantia negationis capitur quãdoque pro οὐ γάρ. Aristoph. in Ranis, μὴ σκῶπτε, οὐ γὰρ ἀλλ' ἔχω κακῶς, *ne cauillare, etenim malè habeo.*

οὐδὲ ποσῶ δεῖ.

Similiter in hoc, οὐδὲ πολλῷ δεῖ, *nequaquam, multum abest.* virtute geminatur negatio, vt patet, cùm dicitur, ὦ μήπω γέγονεν, οὐδὲ πολλῷ δεῖ, *hæc nondum facta sunt, & multum abest, vt fiant.* Nam nihil refert si negationem auferas, & dicas, ὦ μήπω γέγονεν, καὶ πολλῷ δεῖ, *& multum abest vt fiant.* Quin & contraria dictione idẽ significatur, οὐδ' ὀλίγῳ δεῖ, *neque parum interest,* id est, *multum abest.* Quia hîc negatio vim suam seruat, quę in illo, οὐδὲ πολλῷ δεῖ, ornatus causa & Atticè ponitur.

Abundãtia negationis.

Fit etiam ex abundãtia negationis, quòd Attici addant negationes verbis quæ per se sunt negatiua, qualia sunt, ἀπαγορεύω, κωλύω, ἀρνέομαι, ἐπέχω, &c. ἔξαρνός εἰμι μὴ ποιῆσαι, *nego me fecisse.* κωλύσαι μὴ ἐξάγειν, *vetare, quò minùs exportent.* οὐκ ἐξαρνεῖσθαι,

Universidad de Deusto
Biblioteca

μὴ γεγονέναι ἐρωτικὸς, *non eo inficias, me in amorem fuisse procliuem.*

Negationis geminatio.

IN locutionibus quoque, quæ per infinitiuum efferuntur, geminatur quandoque negatio per μὴ οὔ, vel μὴ οὐχί: vt οὐκ ἂν ἔξαρνος γένοιο, μὴ οὐκ ἐμὸς εἶ υἱὸς εἶναι, *non posses negare, quòd sis filius meus.* οὐ θέμις, μὴ οὐχὶ πρόθυμος εἶναι τοῖς φίλοις, *nefas est, quòd non sis paratus amicis.*

Quæ duplicatio negationum quandoque seruata eadem constructione, significat *nisi*: μὴ ἔλπιζε τὸν θεὸν ἱλάσκεσθαι, μὴ οὐκ ἀπέκεσθαι κακίας, hoc est, ὡς μὴ ἀπέχῃς. In qua locutione ἐφ' ᾧ, vel ὅτι πρὸ, subaudiri videtur, quasi dicatur: ἐφ' ᾧ μὴ οὐκ ἀπέχεσθαι.

Significat etiam seruata eadem constructione, *quin, quò minus*: ἢ γὰρ ἕτερον ὀφθαλμὸν οὐδεμία μηχανὴ, μὴ οὐκ ἀμβλύτερον δεδορκέναι, *nullo pacto fieri potest, quin alter oculus obtusius viderit.*

μὴ οὐ cum participio.

Constructur etiam μὴ οὔ, vel μὴ οὐχὶ, quando significat *quin*, vel *nisi*, cum participio. οὐκ ἂν ἀξιόπιστος εἴην λέγων, μὴ οὐχὶ πρότερον ἀληθῆ σάφ' εἰπών, *non esset credendum quod dico, nisi prius vera dixissem.* οὐ γὰρ ἐκεῖνα ἀναστρατεύειν μὴ οὐχὶ, καὶ τούτων ἀναπεσόντων, *fuere illa non possunt, quin & hæc concidant.*

Cum infinitiuo addita καὶ.

Item ponitur pro *non etiam*, quando construitur cum infinitiuo, addita καὶ Coniunctione: τόδε μὲν ἥδιστα μὴ καὶ πάσχειν αὐτὸν πολλὰ ἕτερα, *illud nequaquam facilè fit, vt qui in alios multa mala committit, non etiam patiatur & ipse multa alia.* Quod etiam per alteram tantùm negationem dici potest: μὴ καὶ πάσχειν αὐτὸν, vel οὐ καὶ πάσχειν αὐτὸν, *non & patiatur & ipse.*

μὴ οὐ cum indicatiuis.

Inuenitur etiam μὴ οὔ, vel μὴ οὐχὶ construi indicatiuis, pro nequaquam: Aristot. 2. Politicῶν, μὴ γὰρ οὐ μάλιστα πρὸς ἑαυτὸν αὐτὸς ἔχῃ φιλίαν, *nequaquã temerarium est, quòd sibi sit vnusquisque amicus.*

οὐ μὴ poscũt subiunctiuum.

Quòd si has particulas inuertas, vt sit οὐ μὴ, Subiun

Subiunctiuum ferè poscunt, rarò etiam Indicatiuum, aut Optatiuum, eodẽ significato, hoc est, pro *nequaquam*. Lucian. θάρρει, οὐδὲν οὐ μὴ γένηται ἄδικον, δικαιοσύνης ταύτης παρούσης, *confide, haudquaquã enim iniustum fieri potest, cùm iustitia adsit.* Cum Indicatiuo, τὰς μὲν γὰρ πονηρὰς οὐ μήποτε βελτίους ποιήσετε, *prauos nequaquam reddetis meliores.*

Cum Optatiuo, οὐ γὰρ μήποτε καλιχύσειε τὰ πεφυκότα, *nequaquã prævalere posset aduersus ea, quæ accidunt.*

Sicut Atticis quoque abundat negatio, ita etiam eisdem sæpe deest, & subauditur. Sic Demosth. Φιλιππ. πρὸς ἓν οὐδ' ὁτιοῦν τούτων ὁμολογήσεται, dixit pro, πρὸς οὐδὲν οὐδ' ὁτιοῦν ὁμολογήσεται.

Atticis & abũdat & deest negatio.

μὴ negans cum indicatiuo.

Μὴ negatiuum iungitur Indicatiuo in præteritis, & in præsenti: δέδοικα μὴ λελήθαμεν, *vereor ne non intelligamus.* δέδοικα μή πως καὶ σέ τι τούτων ἐτάραξεν, *vereor ne te quippiam horum conturbarit.* In præsenti, φοβοῦμαι μὴ δυσκολότερόν τι νῦν διάκειμαι.

Nota cũ Optatiuo.

Iungitur etiam μὴ, similiter ὅπως μὴ, & ὡς μὴ, Optatiuis: ἐγώ σε κήδομαι μὴ, vel ὅπως μὴ, vel ὡς μὴ ἀδικοῖτο, *ego gero curam tui, ne quis afficiat te iniuria.*

Cum coniunctiuo.

Similiter Coniunctiuis, ἐλλειπτικῶς, deficiente scilicet σκόπει, vel ὅρα, aut alio simili verbo: ἀλλὰ μὴ λάθωμεν ἑαυτούς, vel sic, ἀλλ' ὅπως μὴ λάθωμεν ἑαυτούς, *sed videndum nobis, ne per imprudentiam erremus.*

μὴ pro οὐ, sed nũquam contra.

Et accipitur sæpe μὴ pro οὐ, sed nunquam οὐ pro μὴ. μὴ ἀπαγορευτικῶς construitur omnibus modis, dempto indicatiuo: μὴ λέγε, *ne dic.* μὴ γνῷς, *ne noscas.* μὴ γνῶις, *ne noueris.* μὴ γνῶναι, *ne noueris.*

Dum est interrogatiuum, iungitur indicatiuo: μὴ θέλεις φαγεῖν; *an non vis comedere?*

Nota de compositis à μὴ & οὐ.

Vt μὴ construitur ἀπαγορευτικῶς, & οὐ, ἀρνητικῶς: sic eorum composita, videlicet μήτοι, μήτοι γε, μήπω, & similia, ἀπαγορευτικῶς. Et οὔτοι, οὔπω, οὐδῆτα, & alia huiusmodi, ἀρνητικῶς. atque apagoreutica pro arneticis accipiuntur: non contrà arnetica

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro apagoreuticis.

Nota de μὴ cũ cæteris orationis partibus.

CONIVNGITVR μὴ cæteris orationis partibus in hunc ferè modum, μῶν μὴ, *nónne. μήτις, numquis. μήτι, numquid,* vel *nequid. μήπολε, an,* conſtruitur non tam percunctanter, quàm dubitanter: ἀλλὰ ἢ μήπολε ἀ τοῦτο ἦ τὸ αἴτιον, ἀλλὰ τὸ προειρημένον; *an potiùs non hæc cauſa eſt, ſed ſuprà dicta? μήπολε ἄγαν ἄνθες ἦ, haud ſcio, an ſtultum ſit.*

Cum Coniũctiuis & Indicatiuis.

Conſtruitur Coniunctiuis & Indicatiuis, vnde licet dicere, *μήπολε λέγεται,* vel *μήπολε λέγηται.*

Cum Optatiuo.

EST etiam quandoque negatiuum, vel optatiuum: *μήπολε τοσοῦτον ἀμελήσαιμεν ἀ ἀρετῆς, abſit vt tantùm negligamus virtutem.*

Capitur etiam pro ἐδέπολε, *nunquam. μήτοι γε nequaquam, ſaltem, certè. ὅτι μὴ, niſi. μήτι, μήτι δὴ, μή τι γε, μήτι γε δὴ, μήτε δήγε, μήτοι γε, μὴ ὅτι γε,* valent, *nedùm.* Et huic poſtremo reſpondet in conſtructione ἀλλὰ, vt μὴ ὅτι καλὸν, ἀλλὰ κάλλιστον, *non ſolùm honeſtum, ſed honeſtiſſimum.*

Μὴ γὰρ ὅτι, *non ſolùm enim. μὴ δῆτα, abſit:* vt μὴ δῆτα φίλε, hoc eſt, *abſit, vt hoc facias amice.* Ponitur etiam pro *dij auertant, dij meliora.* Pro hoc etiam ponitur μὴ γὰρ δὴ, vel μὴ γάρ γε: vt μὴ γὰρ δὴ γνώμης ἡμᾶς κατίσχυε ἡ τύχη, *abſit enim vt præualeat propoſito noſtro fortuna.* ὅπως μὴ, pro, μὴ ponitur. Lucian. in Iudi. dearum, ὅπως μὴ χαλεπλώητε δικαστῆ, *ne moleſti ſitis iudici.*

CONIECTANDI.

Coniectandi cũ Indicatiuo.

ADVERBIA coniectandi iunguntur Indicatiuis, ἴσως ἐρῶ, *fortaſſis dicam.* Quòd ſi Optatiuo iungantur, aut coniunctiuo, non fiet ſine cõiunctione ἄν expreſſa, vel ſaltem ſubaudita: ἴσως φαίη ἄν, *fortaſſe dixerit.* ἴσως ἂν ἔλθω, *forſitan venero.* quod cõmune eſt omnibus aduerbiis cum verbo conſtructis.

Εὖ ἂν ἔχοι, *bene habeat.* πόρρω ἂν εἴη, *procul abſit.* νὴ δι' εἴποι μ' ἄν, *per Iouem dixerim:* & ita in aliis.

Impe

Aduerbia coniectandi Imperatiuis non iunguntur.

Imperatiuis verò non conſtruuntur aduerbia coniectandi: non enim dicitur, τάχα γράφε, τυχὸν λέγε.

INTERROGANDI.

Interrogandi quibus verbis præfixa.

INTERROGANDI aduerbia præponuntur verbis: πόθεν πορεύῃ; πόθεν ἦλθες.

QVOD ſi quando poſtponantur, id fiet per figuram anaſtrophen. ἔρχῃ πότε; ὑπαίγεις πόθεν; Quæ figura frequentius fit in aduerbio πῶς, vt ἔσαι ὃ τοῦτο πῶς; *at hoc quónam pacto fieri poterit? γλύψεις ὃ πῶς; at id quónam modo euenturum eſt?*

πῶς pro plurimùm.

PONITVR etiam πῶς interdum nõ interrogatiuè, ſed emphaſeos gratiâ ſignificans *plurimùm*, & quaſi admirabundè profertur: ἐγὼ ὃ τέτυ τ' τρόπυ πῶς εἰμὶ ἀεὶ, *at ego mirè hoc ingenio præditus ſum.*

πῶς ἐ.

Πῶς ἐ, in reſponſionibus aſſenſionem ſignificat: πῶς γὰρ ἔ; *quid ni? πῶς οὐ ἀδικεῖς; nónne tu improbus es? πῶς οὐ αἰσχρόν; nónne turpe eſt? πῇ; quomodo? quaratione?* Huic reſpondet ἦ, vt dictum eſt.

πῇ μὲν πῇ δέ.

CVM autem apponitur μὲν & δέ, ſignificat partim: πῇ μὲν διαφέρει, πῇ δὲ ὁμοίως ἔχει, *partim differt, partim ſimiliter ſe habet:* quod etiam ſignificat τῇ μὲν, τῇ δέ, vt dictum eſt ſuperiùs. *πῶς & πῇ.*

πῶς & πῇ dum accipiuntur interrogatiuè, circumflectuntur, alia verò acuuntur in penultima: dum verò capiuntur indefinitè, loci aut figuræ, aut modi ſignificatiua, inclinãtur, niſi fuerint triſſyllaba. Nihil enim inclinatur, quod ſit plus quàm diſſyllabum, πόθεν ἔρχῃ; *vnde venis?* ἐρχόμενος δέ πόθεν, *alicunde veniens.* πῶς ἔχει; *quomodo habet?* ἔτω πῶς ἔχει; *ſic habet.* πότ' ἦλθες; *quando veniſti?* ἦλθεν δέπολε, *veni aliquando.* Et hoc pacto frequenter poſtponitur πότε, dictionibus infinitis intercedente Coniunctione δὴ, ὁποσοδήπολε, *quantuſcunque.* ὁποσοσδήπολε, *quotuſlibet.* ὁπότερος δήπολε, *vterlibet.* ὁπόπολε, ὁπαδήπολε, *vbicunque.* ὁπωσπολε, ὅπως δήπολε, ὅπως δήποτ' ἔν, ὅπη δήπολε, *quouis*

Universidad de Deusto
Biblioteca

modo, quomodocunque, vtcunque. ὅ δήποτε, ἅ δήποτε, ὅ,τι δήποτε, *quoduis.* ποῖος δήποτε; *interrogatiuè, qualis tãdem?*

OPTANDI.

εἴθε ἐν ἄφελε optandi cũ verbis modi Optatiui.

ΕἼΘΕ & αἄθε, aduerbia optandi conſtruuntur verbis Optatiui modi, εἴθε γράψειεν, *vtinam ſcriberet.* ἄθε γράφοιμι, *vtinam ſcriberem.*

Cum Indicatiuo.

Cùm autem adduntur indicatiuis, faciunt, vt optatiuam recipiant conſtructionem: εἴθε ἔγραψεν, *vtinam ſcripſiſſet.* εἴθε ὠφελεῖν, *vtinam licuiſſet facere.*

αὐθ' ὄφελες.

αὐθ' ὄφελες, habet quidem ſignificationem optationis, verùm hoc differt ab aliis optandi aduerbiis, quòd ſemper conſtruatur in ſecunda perſona. Ιλιάδ. α. αὖθ' ὄφελες παρὰ νηυσὶν ἀδάκρυτος καὶ ἀτήμων ἧσθαι, *vtinam ſederes.*

ὡς ὄφελες.

Dicitur etiam ὡς ὄφελες. Interdum enim ὡς additur, interdum non additur. Dicunt præterea καὶ γὰρ ὄφελον, pro ὄφελον.

Qualitatis aduerbia ſæpe inſeruiunt periphraſi.

Circumſcribũtur per nomen ſubſtãtiuum cũ præpoſitione.

μᾶλλον additur comparatiuis.

ACCOMMODATA huic loco mihi viſa ſunt quæ de Aduerbiorum Regimine, acutè & doctè noſtri temporis Grammaticus: Aduerbia (inquit) non verbis tantum, ſed etiam nominibus & participiis, quin & ſuo ipſorum generi apponuntur ad exprimendam aliquam circunſtantiam. Ariſtot. εὐδαιμόνως ζῶν, *beatè viuere.* Plato, μὴ πάνυ ἀξιονώνητον, *non admodum communicatione dignus.* Idem, ἅπαξ γε οὕτως, *tam diu.* Qualitatis aduerbia ſæpe inſeruiunt periphraſi. Demoſth. κακῶς ἔχων νόμος, pro κακὸς νόμος, *mala & iniqua lex.* Ariſtoph. ἀναγκάζομαι ἔγωγε μοι ζῶντα ποιεῖν, pro ἀναγκάζομαι τοῦτα ποιεῖν, *cogor hæc facere.* Eadem rurſus circumſcribuntur per nomen ſubſtantiuum cum præpoſitione. Iſocr. τὰς μετ' εὐσεβείας καὶ δικαιοσύνης ζώσας, pro τὰς εὐσεβῶς καὶ δικαίως ζώσας, *eos qui piè ac iuſtè viuunt.* Demoſth. οἱ μετ' ἀληθείας τι σκοποῦντες, pro ἀληθῶς, *verè.* Efferuntur eadem etiam per datiuum modalem. Ariſtot. ἀὴρ καὶ ὕδωρ καθ' ἑαυτὰ τῇ φύσει λευκά, *aër & aqua per ſe & ſua natura ſunt alba.* id eſt, φυσικῶς, *naturaliter.* Sic Virg. Æn. 7. *Conſilio hanc omnes animiſque volentibus vrbem aſſerimur*; pro, conſulto ac ſponte. Comparatiuum aduerbium μᾶλλον, comparatiuis ſæpe additur; pleonaſmi quidem ſpecie, non tamen ſine emphaſi. Eurip. ἡνιῶν δ' εὖ εἶη μᾶλλον εὐτυχέστερος. Sic Dionyſ. Hali

Halicarnaſſ. 3. 11, 9. πρεσβύτερον μᾶλλον ἢ φρονιμώτερον, *promptius quam prudentius.* Sic item Alcimus lib. 1. *Quoque magis natura hominis ſublimior exſtat.* Contra idem quandoque deeſt: vt apud Homer. quoque, βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι, *malo ego populum ſaluũ eſſe, quàm perire.* Negandi aduerbia interdum iterantur, aut per ſynonyma duplicãtur, ad negationis vim magis intendendam. Ariſtoph. μὰ τὸν Ἀπόλλω, οὔκ, ὦ, οὐ γε μὴ ὀμόσῃς ἐμοί, *non, per Apollinem; non; niſi mihi iuraueris.* Sic Demoſth. οὐ γάρ ἐστιν ὅμοιον, Ἀριστογείτων· οὐκ ὅμοιον, οὔ, *non eſt enim ſimile, Ariſtogiton; non ſimile, non.* Sic item Cicero de Aruſp. reſp. *Non ignouit, mihi crede, non: niſi fortè tibi ignotum putas.* Sic negatiuorum nominum & coniunctionum negatiuarum adiectione intenditur aduerbiorum negatiuorum efficacia. Plato apologia, σὸν ἔστιν οὐδὲν ἀγαθὸν κακὸν οὐδέν, οὔτε ζῶντι, οὔτε τελευτήσαντι. Sicut etiam Lucilius apud Nonium, *Proprium nil neminem habere,* (μηδένα μηδὲν ἔχειν ἴδιον) pro, Neminem quidquam habere proprium.

μᾶλλον ſubauditum in oratione.

Negantia iterata.

Aduerbiorum negatio intenditur.

Aduerbia, præmiſſo à fronte articulo, ſubaudito à tergo participio, nominum vicem gerunt. vt, Xenoph. τὰ ἔμπροσθεν ὄντα ἅμα καὶ τὰ ὀπίσθεν ἰδεῖν, *anteriora pariter & poſteriora videre.* ſic οἱ πέλας, οἱ πλησίον, οἱ ἐγγύς, ſcilicet ὄντες, *propinqui.* Sic item οἱ πάλαι, *veteres*: οἱ νῦν, *qui nunc ſunt*: εἰς τὸ αὖριον, *in craſtinum.* cuius generis alia ſupra quoque notata. Item ὁ πάνυ, *excellens, præſtans*: ὁ ἄγαν, *nimius*; & ſimilia. Horum imitatione Virg. dixiſſe putatur, *peccare fuiſſet ante ſatis:* vt ſit τὸ πρότερον ἀμφότερα: & Terent. Hecyra, *omne quod eſt interea tempus*, πᾶς ὁ μεταξὺ χρόνος. Interdum tamen etiam pleonaſticῶs aduerbio præmittitur articulus. vt τὸ πρῶτον, *prius*: τὰ νῦν, *nunc*: τὰ μάλιστα, *maximè.* itidemque τὸ ἐξ ἀρχῆς, & τὸ κατ' ἀρχὰς, *initio*: τὸ ἐπὶ τέλους, *exinde*: τὸ ἐπὶ πλεῖστον, *vt plurimum*, & ſimilia. quæ nonnunquam etiam (velut compoſita) coniunctè ſcripta reperiuntur; τοπρῶτον, πανυ, &c. In diuiſa ſcriptura ellipſis quædam videtur ſtatui: vt τὸ πρῶτον ſignificet, *ſi priora ſeu ſuperiora ſpectes*: τὰ νῦν, *ſi ſpectes ea quæ nunc ſunt*; ſeu, *quod attinet ad præſentem ſtatum.*

Articulus abũdans ante aduerbium.

Deriuata ſeruntur ſtructuram originis.

CASVM porro alium ſibi ſumunt aduerbia. Deriuata ſuæ originis ſtructuram plerumque imitantur. Plato, ἀξίως ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, *ita vt viro bono dignum eſt.* Ariſtot. Ethic. Eud. ἰσαχῶς τῷ ὄντι, *tot modis quot ens.* Demoſth. ὁμοίως τοῖς μάλιστα, *vt qui maximè.* Sic aduerbia è verbis & participiis deriuata. Hom. ἔξοχα πάντων, *ſupra omnes, præſtantius quam omnes.* Dionyſ. Halicar. συμφερόντως τῇ κοινῇ, *ita vt conducit reipub.* Sic item è præpoſitionibus orta. Homer. ὀτρυνέμεν πόλιν εἴσω, *cogere intra vrbem*, ſeu *in vrbem.* Apollon. ἐκβῆναι πύργων βεβήκει, *è turribus egrediebantur.* Quædam etiam pro-

prios sibi casus asciscunt, partim significationis natura, partim nominum imitatione, partim alio quopiam respectu.

Aduerbia regẽtia genitiuum.

GENITIVVM regunt Localia: vt, ἐγγὺς τ῀ πόλεως, *prope vrbem*: πλησίον τ῀ ἀγορᾶς, *prope forum*: πόρρω ἡμῶν, *procul à nobis*: ἐνώπιον ἐμοῦ, *coram me, in conspectu meo*: πρόσθε ποδῶν, *ante pedes*: πρόσθε θυρῶν, *ante fores*: ἕως τ῀ λόφου, *vsque ad collem*: μεταξὺ τ῀ ἄκρας καὶ τ῀ Καπιτωλίου, *inter arcem & Capitolium*: πέραν τ῀ Ἰορδάνου, *vltra Iordanem*: πέρα τ῀ μέτρου, *vltra modum*: εἴσω τ῀ χάρακος, *intra vallum*: ἐντὸς ὑμῶν, *intra vos*: ἔνδοθι κρήνης, *in fonte*: ἐκτὸς τ῀ σώματος, *extra corpus*: ἔξω τ῀ πόλεως, *extra vrbem*. Temporalia: vt οὖδας τ῀ δείπνου, *statim à prandio*: μέχρι τ῀ ἑσπέρας, *vsque ad vesperam*: εἴσω πεντήκοντα ἡμερῶν, *intra dies triginta*. Horum quædam genitiuum regunt respectu partitionis. vt πῆ γῆς; *vbi terrarum?* πανταχῆ τ῀ χώρας, *per omnes regionis partes*: ἐντεῦθα τύχης, *in hac fortunæ conditione*. Item, πότε τ῀ χρόνου; *quo temporis articulo?* περὶ τ῀ ἡμέρας, *matutino diei tempore*: ὀψὲ τ῀ ἡμέρας, *vespertina diei parte*. Sic illa Numeratiua, ἅπαξ τ῀ ἐνιαυτοῦ, *semel in anno*: πεντάκις τ῀ ἡμέρας, *quinquies in die*: vel *semel quot annis, quinquies quotidie*. Seriei & cohærentiæ aduerbia: vt, ἐφεξῆς τ῀ ἑνός, *deinceps post vnum*. Separationis aduerbia: vt ἀκινδύνως, *sine periculo*: χωρὶς τ῀ ἄλλων, *sine ceteris*: item apud poëtas, ἀπόνου πόνου, *absque labore*: δίχα δόμων, *sine domi*: νόσφι Διός, *sine Ioue*. Sic exceptionis aduerbia: vt πλὴν γυναικῶν, *præter mulieres, exceptis mulieribus*. Celandi aduerbia: vt λάθρα τ῀ φίλων, *clam amicis*: κρύβδα Διός τ' ἄλλων τε θεῶν, *clam Ioue aliisq; diis*. Causſæ: vt τ῀ ἀγαθῆ ἕνεκα, *boni causſa*: τ῀ ἀληθείας χάριν, *veritatis gratia*: τ῀ κέρδους ἕνεκα, *propter lucrum*. Similitudinis seu comparationis: vt, πολέμου δίκην πυρὸς, *instar fluuij aut ignis*. Sic Philo, ἐρπυσάσης νοσήματος τρόπον ἀμφάγη, *more serpentis vlceris perederit*. Comparatiua & superlatiua: vt, μᾶλλον τ῀ φύσεως, *magis quàm natura postulat*: πλέον τ῀ δέοντος, *magis quàm oportet*: μάλιστα πάντων, *omnium maximè*: ἥκιστα πάντων, *omnium minimè*.

Temporis.

Numerandi.

Cohærentiæ.

Separandi.

Excipiendi.

Celandi.

Causſandi.

Similitudinis.

Comparatiui & superlatiui gradus.

Regunt datiuũ Aduerbia congregandi.

DATIVVM regunt Congregatiua: vt ὁμοῦ τοῖς συμμάχοις, *vna cum sociis*: ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, *vna cum prima luce*.

Accusatiuum iurandi.

ACCVSATIVVM regunt Iuratiua aduerbia: vt, νὴ τ῀ Δία, *ita per Iouem*: μὰ τ῀ Ἀπόλλω, *non per Apollinem*. At τί in μεγαλωστί, νεωστί, & similibus, pleonasmi habet speciem, aliquantum tamen significationem adauget: vt in νυνί, ὁδί, adiectio finalis demonstrat efficacius; velut demonstratiuum ἰδού.

τί pleonasticως.

Aduerbia regẽtia duos casus.

DVOS etiam casus quædam adsciscunt; modo genitiuum, modo datiuum. Ioan. 19. ἐγγὺς ἦν τ῀ πόλεως, *erat prope vrbem*: at Aristot. ἐγγὺ ἐστὶ τῇ κοιλίᾳ, *vicinum est ventri*. Rursum

Rursum Ioan. 4. πλησίον τ῀ χωρίου, *prope prædium*: at Aristot. τ῀ πλησίον τοῖς ἀγγείοις πεπεμμένων, *eorũ quæ prope vasa ponũtur*. Rursum Galenus, ἐφεξῆς αὐτῶν, *post eos*: at Aristot. Polit. ἐφεξῆς τοῖς εἰρημένοις λεχθήσεται, *consequenter post supra dicta dicamus*. Rursum Epigramm. lib. 1. ἄμμιγα νεκρῶν κεῖμαι, *inter mortuos iaceo*: at lib. 3. ἤσκησεν Μουσῶν ἄμμιγα καὶ Χαρίτων, *inter Musas & Gratias exercuit*.

Quædam aduerbia sibi adsciscunt Præpositionem.

QVAEDAM præpositionem sibi adsciscunt. Aristot. μέχρι τ῀ ἡλίου, *vsque ad Solem*. Aratus, μέσσα παρ' αὐτὴν ὀφρύν, *vsque ad ipsam caudam*. Cum verbis autem quam variè constructuntur, fusius exposui.

Aduerbia Synonyma iuncta.

CONIVNGVNTVR etiam interdum aduerbia synonyma. Hesiod. Ergon. 1. νόσφιν ἄτερθε κακῶν, καὶ ἄτερ χαλεποῖο πόνοιο, *sine malis & absque difficili labore*. Sic apud Aristoph. μάλα σφόδρα, *magnopere*: & apud Platonem πάνυ σφόδρα, *omnino*. vt & apud Cic. de legibus, *Sanè quidem Hercule*; *& est ista rectè docendi via*.

Ordo aduerbiorũ in oratione.

ORDINE quoque variant. nam cætera ferè omnia præcedunt suum casum; sed causſæ ac similitudinis aduerbia plerumque sequuntur. interdum tamen illa postponuntur, hæc præponuntur.

Aduerbia in oratione absolutè posita.

ABSOLVTE quoque sine casu ponuntur quædam. Thucyd. ἔτη ἐγγὺς τριακόσια, *anni prope trecenti*. Dionys. Halicarnass. ὡσεὶ πεντακόσια ἔτη, *annos fermè quingentos*. Idem, ἐτῶν ὡσεὶ πεντακοσίων, *annis fermè quingentis*. Aristoph. σὺ ἔστιν οὐκ῀ ἄλλο ἐγὼ, *non est alius præterquam ego*.

Aduerbia quæ per ellipsin reticentur.

PER ellipsin reticentur interdum causſalia. Sic apud Thucyd. lib. 1. διότι δ' ἔλυσαν, ὡς ἀλλίας ἔγραψα πρῶτον καὶ οὐκ ἀφορμὰς, τ῀ μήπινας ζητήσαι ποτὲ ἐξ ὅτου τοῦτο πόλεμος τοῖς Ἕλλησι κατέστη, id est, ἕνεκα τ῀, seu ὑπὲρ τ῀, *eam ob rem, seu ea de causſa, vt ne quis fortè quær.* Sic Terent. Adelph. *Ne id assentandi magis, quàm quod habeam gratum, facere existimes.* Sallust. *Regium imperium, quod initio conseruandæ libertatis atque augendæ reipub. fuerat.* nam in his quoque subauditur gratia, causſa. itidemque Institution. Iustin. lib. 3. *laudamus quidem prætores suæ humanitatis.*

SYNTAXIS CONIVNCTIONVM.

CONIVNCTIONES non modò reliquas orationis partes connectendi vim habẽt, verùm etiam inter seſe, & vnà cum aduerbiis variè connexæ, variam obtinent signifi-

cationem & constructionem: quarum hîc aliquot subiiciemus exempla.

Ἀ ΛΛΑ Ἀ.

ἀλλὰ. ΑΛΛΑ γὲ, ἀλλὰ δὴ, ἀλλὰ νὴ δία, vel νὴ δῖ' ἀλλὰ, id est, *at enim. ἀλλὰ ἦν, saltem, tamen, potius. ἀλλὰ μὴ, nunquid?* Quandoque non interrogatiuè, pro *non autem. ἀλλὰ δὴ καί, quinimò, atque etiam, esto*, concedendi. *ἀλλά τε, atqui, at verò. ἀλλὰ μὲν, atqui, at verò.* In principio orationis significat *enimuerò. ἀλλὰ μὲν οὐδὲ, neque verò, sed neque. ἀλλ' ἢ, sed nunquid. ἀλλ' ὅτι, ἀλλ' ὅτι ἢ; vtrum, nunquid? ἀλλ' ὅτι, nisi quòd, quàm quòd*: vt, οὐχ ἕτερον ἀλλ' ὅτι, *non aliud, nisi quòd, vel quam quòd. ἀλλ' εἰπέρ*, de quo dicetur posteà.

Δ Ὲ.

δὲ. ΔΈ τε, δέπου, δέτοι, *autem.* ὃ δὲ, *porrò autem*: vt, ἐὰν μὴ ὃ δὲ συμφέρῃ, *porrò autem si conferat. μεταβατικόν ὅτι.*

Μ Ὲ Ν.

δὲ & μὲν se consequuntur. ΔῈ & μὲν sese in oratione mutuò consequuntur: sic vt μὲν quidem præcedat, δὲ verò sequatur: ΟΥ̑ΤΟΣ μὲν λαλεῖ, ἐκεῖνος δὲ σιωπᾷ, *hic quidem loquitur, ille verò silet.*

ΗΜΈΝ, ΗΔῈ.

ἡμὲν & ἠδὲ inchoatiua orationis. SIMILITER sese consequuntur eorum composita, ἡμὲν & ἠδὲ, quæ quidem sunt inchoatiua orationis: & ἡ μὲν quidem præcedit, ἠδὲ verò sequitur. ἡμὲν ὅσοι ναίουσι οὐρανὸν, ἠδὲ ὅσοι κληρώσαντο χθόνα, *& quicunque sortiti habitant cœlum, & quicunque sortiti sunt terram.*

ΜΈΝΤΟΙ.

μέντοι. ΜΈΝΤΟΙ, *verò, sanè*, assentientis est, interdum ornatus causa magis, quàm significationis ponitur, vel explendæ orationis gratia: vt τοῦτο μέντοι τοιοῦτο, *hoc sanè tale est.* Sic Aristoph. in Pluto, καὶ δῆτα μέντοι καῦτα, quæ locutio est Attica, pro eo quod est, atque hæc quidem sunt huiuscemodi, vel ita se habent: clausula est superioris sermonis, & transit ad

ad alium. Dicitur etiam sic, καὶ δὴ μέντοι ταύτῃ, *sed de his hactenus.*

Accipitur etiam μέντοι, vt respondeat particulæ μὲν, sic vt μὲν præcedente, sequatur μέντοι, positum pro δέ.

Est etiam aduersatiuum, sicut Latinis *verùm.*

ΜΈΝΤ' ἄΝ.

μέντ' ἄν. ΜΈΝΤ' ἂν, *atqui, at.* δικαίως μέντ' ἂν ἀπέθανον, *atqui iustè morte affectus fuissem.* μαίνοιτο μέντ' ἂν, *at insaniret.* μὲν ἔνγε ναὶ, *quinimò, verè, atqui.* μέντοι πῶς, μέντοιγε, *nimirùm, tamen.*

Κ Α Ὶ.

καὶ præcedit dictiones τε sequitur. ΚΑΊ præponitur dictionibus in oratione, τε verò sequitur inclinata θεοίτε, καὶ ἀνέρες, *diique, & viri.* & ita inter sese construuntur, vt τε præcedat, καὶ sequatur.

Καίτοιγε, καίτοι, *atqui, etiam, verùm, sed, quamquam, & quidem, proinde, itaque.*

καὶ Atticis geminatum. Καὶ δὴ, *continuò, protinus*, hoc est, *ideo.* καὶ μὲν, *atqui.* καὶ Atticis sæpe geminatur, καὶ μέντοι καὶ, *atque etiam.* καὶ γὰρ καὶ ἐγὼ, *etenim ego quoque.* καὶ δὴ καὶ, *equidem etiam.* καὶ τοὶ καὶ, *atque adeo.* καὶ αὖ καὶ, *& rursus etiam.* καὶ ἵνα δὴ καὶ, *& vt etiam.* καὶ μὲν καὶ, *quinetiam.* καὶ ἔγωγε καὶ αὐτὸς, *& ego ipse.* Nam καὶ Atticis quidem παρέλκει.

Κ Ἂ Ν.

καὶν cũ Coniunctiuis. ΚἈΝ pro καὶ ἐὰν, *& si, vel quòd si, vel sin*, construitur Coniũctiuis, κἂν ἀναγκασθῇ, *quòd si cogatur.* Cùm verò significat quamuis, gaudet Optatiuis, etiamsi tanquam de præsenti sermo sit. Quomodò & Plato 2. de Repub. de cane loquens, ὃν δ' ἂν γνώριμον ἴδῃ, ἀσπάζεται, κἂν μηδὲν πώποτε ὑπ' αὐτοῦ ἀγαθὸν πεπόνθοι, *quemcunque conspexerit notum, salutat, quamuis nihil vnquam ab eo susceperit boni.* Cùm autẽ significat *atque adeò*, vel *etiam*, iungitur etiam Optatiuo, atq; Indicatiuo. Indicatiuo, κἂν ἐπήνεσεν, καὶ

Et Optatiuis. καὴ στεφανῶν ἐπήνεσον, *ego laudassem, & coronandos censuissem.* Optatiuo, Aristoph. κἂν προσκαθεύδωμεν γ' ὡς ὁμόσαι πριώβολον. Significat etiam saltem.

Et quando sæpe geminatur in oratione, ponitur pro siue. Est etiam quandoque particula potentialis.

ΚΑΝ ΕΙ.

κἂν εἰ cum Indicatiuo. ΚΑΝ εἰ Indicatiuo iungitur: κἂν εἰ πάντα ταῦτα ὑπῆρχεν, *& si in eo omnia hæc essent.* Ponitur etiam cum Optatiuo, & per tmesin, κἂν ἀσέβειαν εἴ τις καταγνώσκοι τις, *& si impietatem condemnet quis.* Vnde frequens est apud Aristotelem, κἂν εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον, *& si quid aliud simile.*

ΚΑΝ ΕΙ ΜΗ.

κἂν εἰ μὴ. ΚΑΝ εἰ μὴ, *etsi, tametsi, si non:* vt, κἂν εἰ μὴ διὰ ἄλλην αἰτίαν, ἀλλὰ διὰ ταύτην, *etsi non ob aliam causam, certè ob istam.*

Nota. Κἂν etiam per se significat, *etiam si:* vt πότερ' ἂν μηδὲν ἀδικῶν φαίνηται τὴν πόλιν, ἢ κἂν ἀδικῶν, σκοπεῖτε, *vtrum si publicè insons sit, an etiam si nocens, considerate.*

Ἢ.

ἢ definitè vel declaratiuè. Ἢ, *vel, dum* capitur definitè, vel declaratiuè, sola iacet, vt Ιλιάδ. ά. βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόν ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι, *ego malo populum saluum esse, & non perire.* Quo in loco ἢ significat, *& non.*

Dubitatiuè. Capitur etiam dubitatiuè: τί ἦ λαὸν ἤγαγεν ἐνθάδε; ἢ οὐχ Ἑλένης ἕνεκόμοιο; *quid autem populum adduxit huc? an non propter Helenam formosam?*

Ἤτοι.

ἤτοι pro μὲν. Ἤτοι quandoque idem valet quod μέν, & est initialis in oratione: vt ἤτοι ὃγ' ὡς εἰπὼν κατ' ἄρ' ἕζετο, *ille quidem sic fatus consedit.*

Quandoque est disiunctiua æquiualens Coniunctioni ἤ, quam præcedit in oratione: ἤτοι ἀγαθὸν, ἢ φαῦλον, *vel bonum, vel malum.*

Ἤπερ. Ἤπερ valet ἤτοι, & eodem modo postponitur ei in

in oratione ἤ, vt εἰ ζῷον, ἀκούω ἥπερ λογικὸν, ἢ μὴ, *si animal, igitur rationale est, vel irrationale.*

Ponitur etiam pro ἤ, *quàm,* post comparatiuum: vt πολὺ μᾶλλον ἥπερ τὶς ἄλλος, *multò magis quàm quiuis alius.*

ΕΙ.

εἰ cum Indicatiuo. ΕΙ construitur plerumque indicatiuo, & habet vim Optatiui, vel Optatiui certè loco ponitur, cùm ei additur ἂν particula potentialis. Ioan. 8. εἰ ὁ θεὸς πατὴρ ὑμῶν ἦν, ἠγαπᾶτε ἂν ἐμὲ, *si Deus esset pater vester, diligeretis me.*

Cum Optatiuo. ΝΟΝΝΥΝΟΥΑΜ cum Optatiuo: εἰ ἡδονὴ τἀγαθὸν εἴη, ταύτῃ ἂν ὁρίζοιτο ἡ εὐδαιμονία, *si voluptas ipsum bonum esset, hoc pacto definiri posset felicitas.* Interdum cum Coniunctiuo, præsertim si cum aliis coniunctionibus capiatur: Ιλιάδ. ά. εἴπερ γάρ τε χόλον γε κἀὴ αὐτῆμαρ καταπέψῃ, *quòd si iram ipso die concoxerit.* εἰ μὴ, id est, *nisi:* vt τί δε, εἰ μὴ, *quid aliud, nisi.* εἰ δ' ὃ μὴ, *sin minus, alioqui.* εἰδ' ἄγε, *age, agedum.* εἰγὰρ, *si saltem.* εἰ γὰρ ὤφελον, dicitur, pro εἴθε ὤφελον, *vtinam.* εἰδ' ἄρα, εἴπερ ἄρα, ἀλλ' εἴπερ, ἐὰν δὲ, hæ clausulæ dum per parenthesim inseruntur orationibus, significant, quòd si quando id faciendum sit, vel, quòd si quoddam est huiusmodi, aut aliud simile, prout oratio postulat: ἄμπελον δ' οὐ δεῖ ἄπλεθαι περικάζοντος βότρυος, ἀλλ' εἴπερ ὅταν ἀπεμελάνθη, *quòd si quando id faciendum sit, tum certè demum, cùm nigra iam vua fuerit.* ἀπέχονται οἱ μοναχοὶ τῆς σαρκοφαγίας, εἰδ' ἄρα, ἐν ἀσθενίᾳ, *abstinent monachi ab esu carnium: quòd si quando vescantur carnibus, id in ægritudine est.* οὐδεὶς εἰς ψάμμον σπείρει, ἐὰν μὴ, τῆς γεωργίας ἄπειρός ἐστιν, *nullus arenæ mandat semina, quòd si quis sit huiusmodi, is agriculturæ inexpertus est.*

ΕΑΝ, καὴ ΕΠΕΙΔΑΝ.

ἐὰν ἐν ἐπιθεὶν gaudent Coniunctiuo. ΕΑΝ & ἐπειδὰν gaudent Coniunctiuo, vt ἐὰν θέλῃς, *si velis.* ἐπειδὰν ἴδωσι, *cùm vidissent.*

ΕΠΕΙ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ἐπεὶ ὅτ' ἐπειδὴ cũ indicat. & infinitiuo.

ΕΠΕΙ ET ΕΠΕΙΔΗ.

ΕΠΕΙ & ΟΤΗ iunguntur indicatiuo & infinitiuo. ἐπεὶ ὃ ἄφθη, ΟΤΗ ὃ ἠλθέτην, ΟΤΗ τάχιστα, *simul atque, simul vt*, hoc est, ὡς τάχιστα.

ΙΝΑ.

ἵνα cum Coniũctiuis. Et Optatiuis. Et Indicatiuis.

ΙΝΑ construitur Coniunctiuis: ἵνα διδάξω, *vt doceam*. Et Optatiuis, si de re præterita fiat sermo: ἀφίκετο ἵνα θεᾶτο, *venit vt spectaret*. Et Indicatiuis in præterito imperfecto, perfecto, & indefinito, vbi aliquid de re præterita volumus subesse, aut non subesse: ἐκέλευ αὐτὸν λαβεῖν συγγραφὴν, ἵν' εἶχεν ἢ νόμος ἀπαιτεῖν, *oportebat eum accipere syngraphan, vt posset iure exigere*.

γὰρ quibus iungatur.

ΓΑΡ.

ΓΑΡ his coniungi potest, γάρτοι, γάρδη, γὰρ αὖ, γάρ που, γὰρ δήπου, γὰρ τἄν, pro γάρτοι ἄν.

ὅτι cũ Indicat. Optatiuo. Superlatiuis.

ΟΤΙ.

ΟΤΙ gaudet indicatiuis, λέγει ὅτι ἥξει, *dicit quòd veniet*. In locutione narratiua additur Optatiuo, ἠγγέλλετο ὅτι γένοιτο, καὶ εἴη, καὶ ἔθοι, *nuntiabat quod fieret, & esset, & erit*. Iungitur quandoque superlatiuis, ὅτι πλεῖστον, ὅτι μάλιστα, *quàm plurimùm, quàm maximè*.

ἄρα.

ΑΡΑ, ΑΡΑ.

ΑΡΑ aliis dictionibus constructa significat dubitationem, ἐκ οἶδα ὅ, τι λέγοι ἄρα, *nõ noui quid diceret*. ἐγεγόνει ἄρα, *fuisset*. διατεθείη ἄρα, *constituisset*. ὅπως ἄρα φεύγοις, *sic fugias*. ὡς δέδοικα ὅποι ἄρα ὀκνοίμην, *quàm timeo quorsum euadas*.

ἆρα in principio orationis.

ΑΡα verò hoc modo construitur: ἆρ' ἔν, ἆρά γε, *vtrum*. ἆρα ἔν, *itaque*: & ponitur in initio orationis ἆρ' ἐν, *vtrum, an non*. ἆρά πολε, *vtrum a tandem*. ἆρα μὴ, *nunquid, vtrum*, idem valet quod ἀλλὰ μὴ, in consequentia orationis.

ΟΤΝ

ΟΤΝ.

ΟΤΝ ἂν post nomina infinita.

ΟΤΝ postponitur nominibus infinitis, ὁποιοσιοῦν, *qualiscunque*. ὁποσισοῦν, *quantuscunque*. ὁποσοσοῦν, *quotuslibet*. ὁπηλικοσοῦν, *quantuscunque*. ὁποδαποσοῦν, *cuiascunque*. ὁποσιπλασιῶν, *quamlibet multiplex*. ὁποτεροσοῦν, *vterlibet*. ὁπωσοῦν, ὁπωσιοῦν, ὅπη ἔν, *quouis modo, quomodocunque*.

ἄττα iungitur adiectiuis.

ΑΤΤΑ.

ΑΤΤΑ multis adiectiuis iungitur: vt, ποῖ ἄττα, ποῖ ἄττα, πολλ' ἄττα, ὀλίγ' ἄττα, ἕτερ' ἄττα, ἰδιαῖ' ἄττα.

Sunt enim additamenta, plus ornatus quàm significationis afferentia orationi, veluti Latinis, *quis tandem, quisnam, qualisnam*.

ἄττα pro τινα.

Ponitur etiam per se, pro τινὰ: vt ἔλεγον ἄττα, *dicebam quædam*. Quare subiungitur quandoque substantiuis nominibus, εἰς δείματ' ἄττα, *in terrores quosdam*.

ἄττα cum Substantiuis.

Seruit interrogationibus.

Seruit & interrogationibus, cùm est aspiratum: vt, πῶς καὶ ἄττα ποτὲ διελέχθη; *quomodo, & quæ disseruit?* Nam relatiua interdum pro interrogatiuis ponuntur.

ἦπου seruit interrogationi.

ΗΠΟΥ.

ΗΠΟΥ, *vtique, profectò, nimirùm*, seruit etiam interrogationi, vt Latinis, *nempe*.

ἦπου & ἠπάγε sequuntur ὅπου.

Significat etiam ἦπου, & ἠπάγε, *multò magis*, & præponitur illis ὅπου: vt, ὅπου ἐκεῖνοι οἰκεῖσαι πόλεις οἷοί τε γεγόνασιν, ἦπου ἡμεῖς ἂν δυνηθείημεν κατασχεῖν, *quandoquidem illi valent inhabitare ciuitates, multò magis nos possemus*.

Pro multò minùs.

Eadem seruata Syntaxi Significat etiam nonnunquam, *multò minùs*: vt, ὅπου αὐτοκράτωρ δ' δυνατα, ἦπου ἡμεῖς ἰδιῶται δυνηθείημεν ἄν, *quandoquidem imperator non potest, multò minùs nos priuati homines possemus*. Sic Athenæus lib. 11. ἀδυνατῶν ὃ καὶ Φαῖδρον καὶ Σωκράτει γενέσθαι, ἦπου γε καὶ ἐρώμενον αὐτὸ γενέσθαι, *fieri non potest, vt Phædrus Socratis ætate fuerit, multò minùs*

vt

vt amasius eius fuerit, vel *nedum, vt amasius eius fuerit.*

Quandoque illi subiungitur χολῇγε, quod etiã significat *multò minùs*: & dicitur coniunctim, ἦπε χολῇγε, pro *multò minùs*, Atticè.

ἦπε χολῇγε. Atticismus.

ἦ ἤν.

Ἦ ἤν ποτε, *ecquando autem.* ἦ γάν, *nónne*, pro quo quandoque dicunt, ἦ ἄ.

ἦ γὰρ ἀὼ.

Ἦ γὰρ ἄν, *alioqui, alioqui si, nam si.* Ιλιάδ. ά. ἦ γὰρ ἂν Ατρείδη νῦν ὕστατα λωβήσαιο, *nam alioqui nunc vltimum improbo tibi esse contigisset.* Chrysost. 2. de fato, ἦ γὰρ ἂν ἐποπτεύσαντες αὐτὸν εἶη) ἐχθρὸν, ἔφυγον, *nam si existimassent vel, alioqui si existimassent ipsum esse hostem, fugissent.*

ἦ μὰν apponitur iureiurando.

Ἦ μὰν, *verè*, apponitur ferè iureiurando: νὴ δῆτα ἦ μὰν ἐγὼ ἔπαθόν τι τοιοῦτο, *verè per Iouem tale quippiam ego passus sum.*

Post interrogationem & exclamationem.

Conuenit etiam post interrogationem & exclamationem: ὦ Ζεῦ, ἦ μὰν καλὸς ἐφάνη οὗτος, *ô Iupiter, verè formosus hic apparuit.*

Additur etiam sponsionibus & promissionibus: ἦ μὰν ποιήσω, *certè faciam.*

Γ Ε.

γε iungitur Coniunctionibus.

ΓΕ omnibus fermè iungitur Coniunctionibus, ἀλλὰ μήγε, καὶ μήγε, & sic de aliis.

Δ Η.

δὴ post alias cõiunctiones.

ΔΗ etiam aliis subiungitur, καὶ δὴ, *continuò*, *protinus*, *hoc est*, *ideò.* ἀλλὰ δὴ, *at enim.* οὐδὲ δὴ, *nec verò.* φέρε δὴ, *age verò.* εἶεν δὴ, *esto verò.* ἴθι δὴ, *id est*, ἴθι. ὃς δὴ, pro ὅς. οἷος δὴ, pro οἷος. τί δὴ, *quid tandem*: pro quo etiã dicunt, τί μὴν, ποῖον δὴ, *quale tandem.* ὅ δὴ, *porrò.* δή που, *vtique, nimirùm, profectò.* ἆρα δήπου; *nunquid?* δήπουθεν, *vtique, nimirùm.* ὅπου δήποτε, ὅπου δή, id est, *vbicunque.* ὁ δήποτε, ὅ τι δήποτε, ἃ δίποτε, *quiduis.* ὁπωσδήποτε, ὁπωσδή, ὁπωσδηποτοῦν, ὁπηδήποτε, *quouis modo, quomodocunque.* πόσος δήποτε, *quot tandem.*

M H N.

τί μὴν concedentis.

ΤΙ μὴν, *quid nam.* Aliquando etiam concedentis est, pro *quid ni?* γε μὴν, *verò.* καὶ μὴν, *atqui.* ὅμως μὴν, *tamen.*

Π Ο Υ.

που conuenit interrogationi.

ΠΟΥ interdum conuenit interrogationi, vt ἆρ' ζῴων ἐστὶ, τὸ μὴ που λογικὸν, τὸ δὲ μή, *est animalium aliud quidem homo, aliud verò non.*

Est etiam nonnunquam in oratione otiosum, quemadmodum δή & γε, & τοι, & μὴν, & αὖ: & postponitur, vt in his, μέν που, γέπου, ἤδή που, ἄτου που, ἴσως που, δή που, ἤδη που, δήπουθεν, ἦ που, ὅπου, ὅπου, ἄχρι που, μέχρι που.

T O I.

τοι construitur cum multis dictionibus.

ΤΟΙ cum multis construitur dictionibus: ἄτοι, πάνυ τοι, γάρτοι, δέτοι, & ita in aliis, ornatus tantùm gratiâ, & explementi orationis. In τοιγάρτοι etiam geminatur.

Interponitur etiam sine compositione, διά τοι τοῦτο; *quamnam ob rem est hoc?*

τοίνυν ante Coniunctionem ἂν.

Τοίνυν, quando præponitur Coniunctioni ἄν, valet *at, atqui*: vt ὑπὸδ' τοίνυν ὑδ' ἂν εἷς, *atqui nullus est omnino vestrum.*

Nota de τοίνυν in assumptionibus.

In assumptionibus *etiam*: vt ἀλλὰ μήν, ponitur. ἔτοίνυν παρῆλθεν ὑδείς, *at nemo tum prodiit.*

τοίνυν proinde.

Significat etiam *proinde* συλλογιστικῶς: ἐν μὲν τοίνυν τοῦτο ἄρτι ἂν ἐποεισάμεθα, ὥστε δοκεῖν τι λέγειν; *proinde vnum hoc inuenimus, vt aliquid dicere videamur.*

τοίνυν igitur.

Aliquando significat *igitur*: ἄκουε τοίνυν, ὡς ἔχει τ' ἀμά, *audi igitur, vt sese habent res meæ.*

Ponitur etiam pro μέντοι: ἐνταῦθα τοίνυν πάντες προσέβλεψαν ἀυτῷ, *hic quidem omnes intuebantur eum.*

Expletiuum.

Est etiam nonnunquam expletiuum: μηδαμῶς τοίνυν εἴπῃς, *tu verò ne dicas.*

ἔτι, τοίνυν.

Ἔτι, τοίνυν, *iam verò, atque etiam.* ὐ τοίνυν, *neque verò.* Et ponitur pro ἀλλαμὴν ὐ, ὅτι τοίνυν, *quod verò, quòd autem, itaque quòd.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ἂν.

ἂν cum imperatiuo. Aristophanes in Ranis. ὅιμοζε μᾶτ' ἂν.

Ἂν cõstruitur Græcis & δυνητικῶς, hoc est, vt denotet potentiã, & ἀοριστολογικῶς, hoc est, *infinitè*. δυνητικῶς, *quidem*, vt εἰ καὶ μὴ ποιήσειε, ἀλλ' ἐποίησεν ἄν, *& si non fecit, fecisse tamen credi posset.*

ἂν habens vim verbi taciti.

Et habet quandoque vim verbi taciti, ac subaudiendi: τοσαύτῃ ἐποιήσαντο σπουδῇ, ὅσῃπερ ἂν τὴν ἑαυτῶν χώρας σπουδαίας, *tam enixè contenderunt, quàm facere potuissent, si suum agrum populantes vidissent.*

ἂν adfert compendium in oratione.

Adfert enim particula hæc compendium in oratione: vt, δόξαν μοὶ ἐγὼ γ' ἂν συγχωρεῖν, τὰ δ' ἕτερα ὡς ἐκ ἂν: ibi ἐκ ἂν, *ponitur pro non etiam, vel non itidem concederem.*

Iungitur δυνητικῶς, *omnibus temporibus.*

Ἂν CVM PRÆSENTI.

ἂν cum præsenti Optatiui.

Præsenti quidem in Optatiuo, ἐκ ἂν λέγοις, ἐκ ἂν φαίης, *non diceres.* σὺ γὰρ ἂν ἐκεῖνον περιορῴης, *tu sineres illum.* Et in Coniunctiuo. Plato in Phædro, καλὸν γὲν ἂν εἶδος ἢ καταγνοίης ὁ τοῦτο λαβὼν, *atqui bellam speciem is intellectu perciperet, qui hoc assequi posset, vel intellectu perceperit, qui hoc assecutus fuerit.*

Coniunctiui.

Infinitiui.

Et infinitiuo, τί ποιεῖν ἂν, ἢ τί οἴεσθε λέγειν; *quid dicturos fuisse existimatis, aut quid facturos?*

Ἂν CVM PRÆTERITO.

ἂν cum præterit. Indicat.

Præterito verò in indicatiuo, cùm de rebus præterita loquuntur, τίς οὕτως ἄγριος, ὅστις ἐδυνήθη ἂν τοῦτο ποιεῖν; *quis tam immitis, qui posset hoc facere?*

Per Optatiuum loquẽdo de præsenti.

Potest hoc & per Optatiuum enuntiari, sed ita vt loqui videamur in re præsenti: ὅστις δυνηθείη ἂν τοῦτο ποιεῖν, *qui tamen posset hoc facere.*

Iunctum præteritis omnibus.

Et inuenitur hoc pacto iunctum præteritis omnibus etiam perfectis, & plusquamperfectis. Perfecto, vt Demosth. πειράσομαι τὸν τρόπον εἰπεῖν, ὃν ἂν μοι δοκεῖτε μάλιστα παρεσκευάσθαι, *conabor eo modo dicere, quo mihi videmini, &c.*

Plusquam

Plusquamperfecto.

Plusquamperfecto, ὅτι μὴ δεῖ τὰ γράμματα ἐπίστασθαι, ἐκκνῆσαι ἂν, *quòd quidem oporteat scire literas, &c.*

Per præteritum loquũtur de futuro.

Per præteritum item sæpe loquuntur de futuro, addita particula ἂν, tam in verbis, quàm in participiis: vt, ποιήσασθαι ἂν, pro ποιήσεσθαι: ἐλεχθέντων ἂν, pro ἐλεχθησομένων: ἂν ὑποστάς, pro ὑποστησόμενος: ἡγησάμενον ἂν, pro ἡγησόμενον.

Ἂν CVM FVTVRO.

ἂν futuris optatiui.

Futuris item additur in Optatiuo: ἐκ ἂν λέξοις. Insuper indicatiuo & infinitiuo, licet id sit rariùs: ἐλπίζω ὅτως ἂν ἄριστα πράξειν, *puto me hoc pacto optimè facturum.* Id fit plerumque in verbis quæ futurum poscunt: vt, νομίζω, οἶμαι, ἐλπίζω, ἡγοῦμαι, φημὶ προσδοκῶ, & similibus: licet etiam sine his verbis inueniatur additum futuro apud autores, vt est illud Isocrat. in Areop. ἡμεῖς γὰρ ὡς μὲν ὅτως οἰκοῦμεν τὴν πόλιν, ὥσπερ νυνὶ οἰκοῦμεν, ἐκ ἔστιν ὅπως ἐκ ἂν βελτίω σόμεθα καὶ πολεμήσομεν, &c. *nos si inhabitaremus ciuitatem, quemadmodum nunc inhabitamus, quouis modo consulturi essemus & bellaturi.*

Indicatiuo & infinit. rarius.

Nota quod Latini per Coniũctiuũ per se positum, hoc Græci per alios modos addita Coniunctione ἂν.

Itaque quod Latini per coniunctiuum per se positum, hoc Græci etiam per alios modos efferunt, addita coniunctione ἂν: vt, διδαξαίμην ἂν, vel ἐδιδάξαν ἂν εἰ ἐβουλήθης, *docuissem, si discere voluisses.*

Item quod Latini exprimunt per imperfectum coniunctiuum, dum de rebus transacto tempore promissis vel cogitatis loquuntur, hoc Græci per præsens, vel futurum loquũtur: τὶ πράξοι ἂν, ἐνοεῖν ἤρξατο, *quid ageret, cœpit cogitare.* ἐλεξε μέλλοντας, ὅτι ποιήσειεν ἂν ὀρθῶς, *dixit futuros, qui rectè facerent.* τί ἂν λέγοιτο ἐκ οἶδεν, *non nouit, quid diceret.*

ἂν modò præcedit, modo sequitur verbum.

Et modò præcedit, modò sequitur verbum, ad quod refertur: ὅστις ἂν ὡς ἔχοι λέγειν, vel ὅστις ταῦτ' ἔχοι ἂν λέγειν, *quicunque hæc possit dicere.*

Cum particula γὰρ.

Construitur etiam cum particula γὰρ interrogatiuè: σὺ γὰρ ἂν ἐκεῖνον περιορῴης; *sineres tu illum?* Cùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem sine γὰρ ponitur, non habet eandem vehementiam: vt, τί ποιεῖν ἂν ὄιεσθε; *quid facturos fuisse existimatis?*

ἂν cum ὅπως. Construitur etiam cum ὅπως, & cum ὡς, & tum Optatiuo Subiunctiuoque conuenit: ἀγωνίζομεν, ὅπως ἂν τὴν νίκην προλάβωμεν, *certamus, vt victoriam præripiamus.* μόνον σπουδάζω ὅπως ἂν χαρισαίμην σοι, *solùm studeo, quónam pacto gratificer tibi.* διδάξω ὡς ἂν τῆς σοφίας βάθος μὴ ἀγνοίης, *docebo vt sapientiæ profunditatem non ignores.* διηγήσομαι ὡς ἂν τοῦτο καλῶς γένοιτο, *narrabo quónam pacto hoc bene fieret.*

ἂν ἈΟΡΙΣΤΟΛΟΓΙΚΩΣ.

ἂν indefinitè sumptum. ἂν indefinitè acceptum plerumque Subiunctiuo construitur: ὅ τι ἂν λέγῃς, *quodcunque dicas.* ὅτῳ ἂν διαφέρῃς, *quantocunque differas.* ὁπόδαπος ἂν ᾖ, *cuiascunque sit.* ὁπότερος ἂν ᾖ, *vterlibet sit.* ὅπῃ ἂν ἔλθῃ, *quacunque eat.*

Cum Optatiuo quoties res præterita narratur. Interdum cũ Optatiuo, sed tum demum, cùm res præterita narratur. ἡνίκ' ἂν εἰπεῖν τι κατὰ τούτων δέοι, *cùm oporteret, vel cùm oportebat dicere quippiam aduersus hæc.*

ἂν & ἐὰν pro ἢν. Ἂν & ἐὰν, pro ἢν acceptæ, inueniuntur etiam cum Optatiuo: ὡς ἐὰν, siue ὡς ἂν πρότερός τις εἴποι, *quasi verò si quis prior dixisset.*

APPENDIX.

ἂν potentialiter sumptum. ἂν potentialiter acceptum, siue indefinitè sæpe deest in oratione. Demosth. οὐδείς ποτε ἀνθρώπων εὕροι τὸ κατ' ἐμὲ οὐδὲν ἐλλειφθὲν, pro εὕροι ἄν, *nemo vnquam hominum inuenire posset delictum aliquod in me.*

ἂν abundat. Sæpe item abundat. Aristoph. in Pluto: ἤ τοι γ' ἂν ἔχοι τίς ἂν δίκαιον ἀντειπεῖν ἔτι, *quod iustum posset quispiam adhuc contradicere.* In quo loco abundat alterum ἄν.

Coniunctiones aliquando orationi adferunt ornamentũ sed nihil sententiæ. Ponuntur enim Græcis tum cæteræ orationis partes, vt dictũ est, tum præcipuè coniunctiones, sic

sic vt orationi adferant nonnunquam ornamenti aliquid, sed nihil sententiæ: quod potissimùm fit in coniunctionibus expletiuis, & in iis, quæ hic sequuntur.

ὅΥΝ.

ὅΥΝ: vt ὅπερ οὖν ἐποίησεν, pro ὅπερ ἐποίησεν, *quod fecit.* ὥσπερ οὖν καὶ ἔχει, pro ὥσπερ καὶ ἔχει, *quemadmodum se habet.* ὡς οὖν, pro ὡς. *οὖν.*

ὦΝ Ιωνικῶς.

ὦΝ non modò abundat, sed etiam inter præpositionem, & verbum compositum interponitur: ἀπ' ὧν ἔδοντο, pro ἀπέδοντο, *reddebant.* ἐξ ὧν εἷλον, pro ἐξεῖλον. ἀπ' ὧν ἔβαψεν, pro ἀπέβαψεν. κατ' ὧν ἐκάλυψε, pro κατεκάλυψε. *ὧν abundat, & inter præpositionem & verbum compositum inseritur.*

ΤΈ.

ΤΈ: vt ἐφ' ᾧτε, pro ἐφ' ᾧ. *τὲ.*

ΚΑΊ.

ΚΑΊ: vt καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ λόγος ἀληθής ἐστιν, *etenim sermo ipse verus est.* *καὶ.*

ἄΤΤΑ.

ἄΤΤΑ, vt ποῖ' ἄττα, ἕτερ' ἄττα, vt suprà dictũ est. *ἄττα.*

ὅΤΙ.

ὅΤΙ, vt Ioan. 1. ὡμολόγησεν ὅτι οὐκ εἰμὶ ἐγὼ Χριστὸς, *confessus est, non sum ego Christus.* Nam nisi abundaret ὅτι, sensus esset, Baptistam esse confessum, Euangelistam non esse Christum. Et cap. 4. καλῶς εἶπας, ὅτι ἄνδρα οὐκ ἔχω, *bene dixisti, virum non habeo.* Quo etiam in loco, si ὅτι non abundaret, nihil significaret aliud, quàm rectè dixisse Samaritanam, quòd Christus virum non haberet. *ὅτι abundans.*

Item Marci 13. λέγοντες ὅτι ἐγώ εἰμι, *dicentes ego sum.* Quo in loco, si nõ abundaret ὅτι, sensus esset, venturos qui dicerent, Christum esse Christum. Rursus Apocal. 3. λέγεις ὅτι πλούσιός εἰμι, *dicis, ego sum diues:* cùm alioqui esset sensus, tu dicis me esse diuitem.

Ὡ Σ.

ὡς abundans.

Integræ orationes aliquando Græcis abundant.

Ὡ Σ, pro ὅτι, vt λέγεις ὡς καλός εἰμι, *dicis, ego sum formosus.* Neque solùm abundant Græcis orationis partes, sed nonnunquam totæ orationes: veluti, εὖ οἶδ' ὅτι, vt Παῦλος (ὡς πᾶσι εὖ οἶδ' ὅτι ἐν γραφεῖς δῆλόν ἐστι) τὸ Πέτρου ἐπετίμησε, *Paulus (vt omnibus per scripturas manifestum est) Petrum increpauit.*

Εὖ ἴσθι.

εὖ ἴσθι abundãs.

ABVNDAT etiam interdum εὖ ἴσθι, quod Græcis vsui est eo loco, quo Latinis, mihi crede: vt οὐδεὶς ἴσθι, τοῦ ἀνόμων σωθήσεται, *nemo, mihi crede, iniquorum seruabitur.*

QVOD hæc Coniunctionum Syntaxis confusius hic à VARENNIO tractata sit quàm vt vlla certa præceptionum ratio rudioribus ex ea tradi, imo vel colligi possit, è re is studiosorum visum est, quæ de Coniunctionum Syntaxi, ordine & compositione sunt à recentioribus tradita hic attexere.

Coniunctionum Syntaxis.

CONIVNCTIONVM itaque Syntaxis, est eadem fermè quæ apud Latinos. Copulatiuæ, disiunctiuæ, ac discretiuæ, similes plerumque voces requirunt; sed sortiuntur interdum dissimiles. Plutarch. ὀδὲ θερμὸν ὕδωρ τοσόνδε πίνει καλὸν γῦρα, ὡς δόξα ποιεῖ καὶ τὸ τιμᾶσθαι μεθ' ἡνωμένως πόνον ἡδὺ, καμάτων τ' ἀνήκεστον. ibi enim; vt similes essent dictiones, dicendum fuisset ἡ δόξα καὶ ἡ τιμὴ, *gloria & honor.* Sic modos interdũ diuersos sortiũtur. Aristot. Rhet. Alex. 174, 9. ἐαὶ μὴ δωνατὸν ἢ τὸτο ποιεῖν, ἀλλὰ νομίζεις δεῖξαι τὸ ἐναντίον. vt apud Ouid. quoque Metamorph. 4. *Tecta repente quati, pingues̃q; ardere videntur Lampades; & rutilis collucent ignibus ædes; Falsaq; sæuarum simulacra vlulare ferarum.* nam ibi etiam veteres codices (teste Georg. Fabricio) indicatiuè habent *collucent*; cum in cæteris commatibus modus sit infinitiuus. Similiter etiam aduerbia relatiua diuersos quãdoque casus sortiuntur. Aristot. Eth. Eud. 187, 5. οἱ δὲ, ἀδὲ πίστις ἐνδιαλαμβάνουσιν ἐν τοῖς ἀτυχήμασι ἀξιοῦσι πιστεύειν, ὡς ἐξαπατῶντες καὶ πεποιημένοις. ibi enim regula dandi casu postulat, ὡς ἐξαπατῶσι καὶ πεποιημένοις: *alij ne iis quidem qui in rebus aduersis nobiscum permanent, credendum existimant, quippe qui simulent & decipiant.* Paulo melius excusari potest hic eiusdem locus Metaphys. 134, 26. ἀμφίεσιν δὲ ἢ ῥυσμὸς, ὅ ἐστι σχῆμα· ἢ τροπὴ, ὅ ἐστι θέσις· ἢ ἁφὴ τάξις, ὅ ἐστι τάξις. ibi enim sequentis nominis casus cum relatiuo conformatus est; cum alioqui cum antecedenti conformari debuisset, sic τροπὴ σχήματι.

Aduerbia relatiua sortiuntur diuersos casus.

Syntaxis copulatiua καὶ.

COPVLATIVA καὶ, à viginti ad centum, præponit numeralium nominum minus; post centum, postponit minus. Sic Herod. 92. μίλιοι τε καὶ πεντεκόντοντα καὶ τριηκόσιαι: & mox, ὀκτὼ μυρίοισί τε ἔτεσι καὶ χιλίοισι, καὶ τριηκοσίοισί τε καὶ πεντεκόντοντα. Mixte Pausanias 332, 8. ἑξήκοντά τε καὶ τετρακοσίους πεντήκοντα, pro, *ad quadringenta & septuaginta stadia.* Interdum hic pro copulatiua ponitur præpositio πρὸς, ἐπὶ, vel μετὰ, Diog. L. πέντε πρὸς τοῖς ὀγδοήκοντα. Plutarch. τριακόσιοι ἐπὶ χιλίοις καὶ μυρίοις. Pausan. ὀλυμπιάδι τῇ πρὸ τῆς μετὰ δέκα καὶ διακοσίας: quod Latinius dixeris, *Olympiade post ducentesimam vndecima.* Copulatiua interdum præter morem inseritur. vt Pausan. 95, 16. μία ἢ καὶ δέκα νίκαι: & 179, 17. δύο μὲν ἐπὶ ταύταις ἔτη καὶ δέκα. compositè namque sine copula dici solet δυοῖν δέοντα & δώδεκα, vt etiam apud Latinos. Eadem interdum contra morem omittitur: vt Demosth. μίαν ἐξήκοντα: & rursum, χιλίας τριακοσίας πεντήκοντα μίαν: quorum prius Latinis planè inusitatum est, posterius vsurpatum etiam à Plinio. Similis coniunctionis ellipsis est in istis: Pausan. 252, 41. ἐλλιπὲς τὸ πόλεως σταδίοις ἀπέχοντα ἑπτά: Dionys. Hal. in Dinarcho, ἐγγεγράμμενα σὺν ἐλάττῳ εἴκοσι μνῶν ἄξια. ibi enim subaudienda est aduersatiua ἢ *quam*: vel transposito commatum ordine, καὶ: quemadmodum scilicet idem Pausan. 79, 21. πεντακοσίοντα καὶ ὀκτὼ σταδία. Sic Cæsar quoque, *amplius septingenta à litore discesserant.* & Liuius, *plus quinquaginta hominum milia ceciderunt.* ac rursum, *minus duo milia hominum effugerunt.* itemque Plautus, *minus quindecim dies sunt quòd minas* XL *accepisti.* nam ibi quoque subaudiẽdum quidem. Rursum pro copulatiua καὶ extra numerationem quoque vsurpatur præpositio μετὰ cum genitiuo: vt, τοὺς μικροὺς μετὰ τῶν μεγάλων, *paruos cum magnis*; pro, paruos simul & magnos: sicut etiam Virg. *Remo cum fratre Quirinus Iura dabunt*, pro, Quirinus & frater Remus iura dabunt. itidemque Silius, Horatius, Terentius. Itidem etiã Apollon. Arg. 1. ἠΰτε ἀίσσοντες ὕπερθε ἅλος ἄμμιγα πυρὸς ἄϋτμὴ, *grandes cum paruis*, seu *grandes inter paruos.* De καὶ post ὁμοίως dicetur in sequ. paragr.

Copulatiua præter morem inserta.

Imo & omittitur.

Ellipsis coniunctionum.

μετὰ pro καὶ.

Ordo Coniunctionum in structura orationis.

AD ordinem porro quod attinet, Gaza tradit coniunctiones alias antecedere, alias in medio collocari, alias consequi: ac rursum antecedere & consequi vel orationem, vel dictionem, vel vtrumque. Periodum ordiri possunt καὶ, τε, cum composita ἤτοι: εἰ, cum suis compositis, εἰώθει, εἴθε, ἐπεὶ, ἐπειδὴ: itemque cognatæ illius αὖ, ἐαὖ, ἰὼ: ad hæc ἀλλὰ, & in carmine αὐτάρ: ἄρα, μὲν: ὅπ, διότι: ἵνα, ὅπως: τοιγὰρ, τοιγάρτοι. Post principia secundo tertióve loco sequuntur τε, γὰρ, μὲν,

Universidad de Deusto
Biblioteca

μὲν, δὲ, γὲ, ἔν, τοίνυν: itidemque potentialis ἂν: & apud poëtas κεν, ῥα, ceteræque expletiuæ. Modo præponuntur, modo postponuntur δή, ἄρα, τοιγαροῦν. atque hæ quidem absolute, ac magis antecedentium quam consequentium respectu.

Coniunctionum consociatio.

In quibusdam vero consociatio quædam est, mutuusque connexus; vnde ἐπακολουθητικοὶ & ἀναφορικοὶ συνδέσμοι appellantur: quibus scilicet duo pluráve periodi membra mutuo quodam consecutionis nexu copulantur. Harum quædam geminantur: vt Xenoph. καὶ ἄλλοθι, καὶ ἐν ὑφῇ, ἐν *alibi, & in textura*: seu, vt Cic. vertit, *tum in cæteris, tum in textili.* Sic τε apud poëtas: nonnunquam tamen etiam in prosa: Pausan. 148, 32. τοῖς Ἀχαιῶν παισί τε καὶ τῷ ἐπιχωρίῳ, βασιλείας τε μετεῖχε σφίσι. Frequentissimè autem in compositione: vt, εἴτε-εἴτε: εἴτεν-εἴτεν: αὖτε-αὖτε: ἑαυτε-ἑαυτε, *siue.* Sic ἔτε-ἔτε: μήτε-μήτε, *neque*, cum synonymis ἠδὲ-ἠδὲ: μηδὲ-μηδὲ, aliisque consimilibus. Sic etiam disiunctiua ἤ-ἤ, *aut.*

Coniunctiones quæ in connexione variãtur.

Quædam variantur: vt πολλά τε καὶ μεγάλα, *cum multa, tum magna.* Sic Plato, εἴτε ἔχει, καὶ εἰ μὴ, *siue sufficit, siue non.* Sic etiam ἤτοι-ἤ, *aut.* Sic concessiuæ μέν, infertur aduersatiua δέ. Xenoph. δίκαιον μέν, σοφὸν δ' οὔ, *iustum quidem, at non sapientem.* In hac connexione interdum omittitur μέν: interdum pro δὲ ponitur ἀλλὰ, ἀτάρ, ὅμως, vel alia synonyma. Nonnunquam etiam plures aduersatiuæ copulantur: vt Aristot. Analyt. post. 258, 22. ἀλλ' ἄρξασθαί γε ὅμως ἀνάγκη, *at incipere tamen necesse est.* Sic De mundo, τῇ μὲν θείᾳ δυνάμει πεφύκεν, ἡ μὲν τῇ γε οὐσίᾳ, *diuinæ potentiæ quidem conuenire, at non item substantiæ.* Sic aliis etiam concessiuis aut positiuis conditionibus suæ inferuntur aduersatiuæ. Paulus 1. Cor. 9. εἰ ἄλλοις οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος, ἀλλά γε ὑμῖν εἰμί, *si fortè aliis Apostolus non sum, at vobis saltem sum Apostolus.* Homer. Il. α, εἰ καὶ χόλον γε κεῖται ἐνὶ φρεσὶν, ἀλλ' ἄγε καὶ οὕτω ἔχέτω χόλον, *etsi enim eo die iram deuorarit ac repressérit, seruat tamen eam in posterum.* Sic post κεν infertur interdum δέ, interdum ἀλλά. nonnunquam etiam vtrinque fit reduplicatio: vt Aristot. Meteorol. 1. de stellis, κἂν εἰ μείζους κἂν ἐλάττους φαίνονται, ἀλλ' ὅμως ἀδιαίρετοί γε καθ' ἑαυτὰς εἶναι δόξουσι, *etiamsi maiores aut minores videãtur, attamen indiuiduæ per se certè esse videntur.* Idem de Cælo lib. 1. κἂν εἰ μὴ ἄπειρον μέν τὸ σῶμα τὸ πᾶν, ἡμεῖς μὲν ἀλλὰ τοσοῦτόν γε ὡς εἶναι πολείας ἀρκούσας, *ac licet non infinitum sit corpus vniuersum, attamen tantum saltem est vt plures sint cæli.* Sic ἡ μόνον-ἀλλὰ καὶ, *non tantum-sed etiam.* cuius generis sunt etiam illa, ἔχ ὅπως-ἀλλὰ καὶ: & ἔχ ὅσον-ἀλλὰ κἄ: & ἔχ ὅπως-ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον: item hæc vtrinque negantia, ἔχ ὅπως-οὐκ' ἀδέ: & ἔχ ὅπ-οὐκ' ἀδέ quorum exempla in Indice Dionys. Halic. à Sylburgio notata sunt. Ea Latinè dupli

dupliciter enuntiari possunt: vt, *non dicam eruditus, sed ne primis quidem elementis initiatus*: &, *non modo non doctus, sed-*. Similis consecutio est inter εἰ & potentialem ἂν; & quidé ordine reciproco, sed ita vt εἰ ponatur initio, ἂν vero vel in medio, vel in fine. vt Plutarch. Apophth. ἔλαθον ἄν, εἰ Ἀλέξανδρος ἥλω, *accepissem, si Alexander essem.* Aristot. De Anima, εἰ κινεῖ γε αὐτὴ ἑαυτὴν, κἂν αὐτὴ κινοῖτ' ἄν, *si ipsa seipsam mouet, etiam ipsa moueatur.* Demosth. εἴπερ ἄρχειν μοι δοίη, τῶν ἐμαυτῆς πόλεως τύχην ἂν ἑλοίμην, *si quis optionem mihi daret, nostræ ciuitatis fortunam eligerem*; seu, *electurus essem.* καὶ quoque post ἴσος, ὅμοιος, ὁμοίως, & similes particulas, relatiuam quandam vim habet: quippe quæ ponatur pro aduerbio ὡς, sicut apud Latinos *Ac* & *Atque*. Eius generis exempla apud Pausan. 493, 21. sed reperiuntur etiam apud Aristot. Meteorol. 71, 26. De poëtica 231, 3. itidemque in Organ. 148, 25. τὸν τὸ σημαῖνόν κ- *idem significat ac-*. Tanta vero in hoc genere est varietas, vt etiam Aristoteles ad Theodecten, particularum collocationem & ἀναπόδοσιν inter primum elegantis orationis munus recensuerit. quamobrem bonorum auctorum lectione melius quàm nostris præceptionibus eius rei cognitio comparari poterit. Et post pauca subiungitur earum compositio his verbis.

εἰ & ἂ consecutio.

Particularum connexio quantũ orationi conferat.

Componvntvr etiam Coniunctiones nonnullæ: vt εἴτε, εἴπερ, εἰ ἄρα, καὶ ἄρα: καίτοι, ἤτοι, γάρτοι: τοιγάρ, τοίνυν: item tres, τοιγάροῦν, τοιγαροῦν, εἴτεν. Ipsa etiam γέ, composita videtur ex γὲ & ἄρ, vt γεῶ ex γε & ἔν. sic ἐαὼ ex εἰ & αὖ: κἂν ex κὴ & ἄν, per crasin: itidemque ὦ ex ἐαὼ. Componuntur etiam cum aduerbiis, vt ὅπαν, ὁπόταν: ὥστε, ὡσανεί: ἔτε, μήτε: ἠδὲ, μηδέ. Sic etiam ἐπεί composita videtur ex ἐπὶ & εἰ: atque inde ἐπειδή, ἐπειδήπερ, ἐπειδάν. ἔν, ὁπότε, ἄν. Nominibus & aduerbiis annectuntur ea signif. qua *cumque* apud Latinos: vt ὁπισοῦν, *quicumque*: ὁτεοῦν, *cuiuscumque*: ἅτιν, *quicumque*: ὁποιοσοῦν, *qualiscumque*: ὁποσοσοῦν, *quantuscumque*: ὁποτερασοῦν, *vtercumque*: ὁποσαπλασιοσοῦν, *quotuplexcumque*: & ὁπεοῦν, *vbicumque*: ὁπωσοῦν, *vtcumque, quomodocumque*: apud Xenoph. etiam ὁδ' ὁπωσοῦν, *nequaquam*. Item ὁποιοσδήποτε, *qualiscumque*: ὁποιδήποτε, *quocumque*. & Eurip. ὅπεπερ ἐγὼ, *vbicumque est.* qua significatione vsurpatur etiam ἂν & ἐαὰν extra compositionẽ. περ apud poëtas annectitur, pro καίπερ: vt ἱέμενοί περ, *quamuis cupientes.* δὲ accusatiuis nominum annexa, fungitur apud poëtas vice præpositionis εἰς. Sic interdum etiam in prosa, μεγάνδε. *Megara versus.* atque inde aduerbia localia in ζε. Eadem δὲ fungitur vice demonstratiui verbi ἴδε, in ὅδε *hic*, ὁποιόσδε *talis*, τοσόσδε & τηλικόσδε *tantus*, ὧδε *sic* & *hic*: Atticeq; vertitur in δί, ὁποῖδί, τοσουτοδί, τηλικουτοδί, ὠδί: ad intenden-

Coniunctionum compositio.

Cum aduerbiis.

Nominibus & aduerbiis.

δὲ pro εἰς.

δὲ pro demonstratiuo.

dam demonstrationis vim. idem enim est ὅδε quod ὅτῳ ἵδε: & ὧδε idem ac ὅπως ἵδε: sicut etiam *hicce* apud Latinos vsurpatur pro *hic ecce*. Non raro tamen absque vllo significationis augmento, numeri tantum explendi gratia, annectuntur hæ particulæ: vt, ὅσπερ, & apud poëtas ὅστε, nihil amplius significant quàm simplex ὅς. sic ὥστε, ὡσπερ, ὅπερ, καθάπερ, καθότι, καθάπερ sic etiam in τοιόσδε & τοιοσδί, postremæ particulæ expletiuæ sunt. Antesign. supra 350,31. καί quoque cũ varij generis vocibus per apostrophũ cõtrahitur, 229,27. vbi Etymologicon hanc tradit regulam, ι tum demum subscribi, cum in sequentis dictionis initio fuerit ϛ vel ο: vt κἀστι, ex καὶ ἐστι: κἀν, ex καὶ ἐὰν sic κἀγὼ factum esse ex καὶ ἐγὼ: at κᾠ ex καὶ οἱ. Caussalis ἵνα nonnunquam vice Præpositionis ἕνεκα ponitur. Aristoph. Nub. ἵνα δὴ τί τῶνδ' ἕνδον ᾠκοδόμηκεν; id est, ἕνεκα τί δή, *cur igitur?* sic idem alibi, ἵνα τί χρῆν; *cur enim?* qui loquendi modus passim in Bibliis est obuius.

καὶ cum varij generis vocibus.

ἵνα pro ἕνεκα.

Coniunctiones cumulatæ in oratione.

CONIVNCTIONES etiam cumulantur interdum in oratione. vt Il. γ, ἦ μὲν δὴ πρίν γ' αὖχέ' ἀρηϊφίλῳ Μενελάῳ Σὴ πρὸ βίη καὶ χερσὶ καὶ ἐγχείῃ φέρτερος εἶναι. Sic etiam potentialis ἄν geminata reperitur in vno eodemque commate apud Dionys. Halicarn. in Isæo, 106,2. τίς ἂν οὖν οὐκ ἂν ὁμολογήσαι; nisi fortè legendum ἄρ' ἄν. Sæpius ea geminatio fit in κε: quamquam significatione variante. Lucian. καί που καὶ ἐῶσιν κἀκεῖ ῥήγνυται, *& alicubi etiam vestis dirumpitur.* Sic καὶ γὰρ κε, καὶ μὲν κε, καὶ δὴ κε, passim obuia. Contra Asyndeton orationis schema dicitur quod Coniunctionibus caret. In hoc genere de copulatiuæ omissione dictum supra. Sic Aristotel. Magn. mor. lib. 2. ἀγαθὸς δὲ, δίκαιον, πλοῦτον, δόξαν, τιμὴν, τὰ τοιαῦτα. & in fine lib. 3. Rhet. εἰρηκα ἀκηκόατε, ἴσχε, κράτει.

Asyndetõ quid.

μὲν omissum.

E concessiuis omittitur interdum μέν: (sicut etiam è disiunctiuis prior nonnunquam omittitur, ἤ, vel ἤτοι) & contra interdum aduersatiua ὅμως seu ἀλλὰ. Omittitur etiam nonnunquam caussalis ἵνα seu ὅπως: & potentialis ἄν. Sic etiam Optatiuæ εἴθε & εἰ γάρ.

Et ἵνα.

DE INTERIECTIONIBVS.

Cum nominatiuo.

INTERIECTIONVM quæ Latinis appellantur, sua etiam rectio est, sed varia. Eurip. οἰ ἐγὼ μελέα, *hei ego misera.* ὦ λόγος, ὦ φρένες, ὦ σωτῆρες, ὦ ἐπιχειρήματα, ὦ ἀρμονία, ὦ σεμνὴ νίκη, ὦ σύνεσις, ὦ ὁμόνοια, *o sermo, o mentes, o prudentia, o epicheremata, o concinnitas, o concordia.*

Cum

Cum genitiuo.

Αἰ, φεῦ, ὦ, οἰ, ἰὼ, βαβαί. Fauorin. αἰὴ αἰὴ τῶν νεογνῶν μου παίδων, *heu heu recèns natos meos liberos.* Soph. φεῦ τοῦ θανόντος, *heu mortuum.* Aristophanes, ὦ μοι σοφίας, *ô sapientiam: ô mei insaniam tuam.* Lucian. οἵ μοι τῶν κλημάτων, οἵ μοι τῶν ἀρῶν, *heu possessiones, heu agros.* Suid. ἰὼ ἰὼ τραυμάτων ἐπωδυνίων, *ô ô vulnera dolorifica.* Fauor. ὦ τῆς ἐμῆς ἀθλιότητος, *ô meam ærumnam.* Idem, βαβαὶ τῆς εὐδαιμονίας, *papæ, quæ est hæc fœlicitas!*

Cum datiuo.

ἰὼ, οἰ, ὦ, αἰ. Sophocles, ἰὼ μοί, μοί, *hei mihi, mihi*: vel, *hei mihi misero.* Aristophanes, οἰ μοι, ἀπολώλεμμαι μόνος, οἵ μοι μᾶλλ' ὠλῶμι, *hei mihi, obuolutus sum solus, hei mihi valde ruinus.* Fauor. ὤ μοι τοῦ δειλοῦ, *hei mihi misero.* Idem, αἰὴ αἰὴ μοὶ τῶν ἀρῶν, *hei hei mihi propter agros.*

Cum vocatiuo.

ἰὲ, ἰὲ, ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, *ahu, ahu, ô Iupiter rex.* ἃ μὴ λέγε, ὦ πονηρέ, *ah ne dic, ô improbe.* Aristoph. ἰὼ ἰὼ τέκνον, *ohe ohe fili.*

Sine casu.

PLERVMQVE sine casu sunt. Sophoc. φεῦ φεῦ φροντίς, *papæ papæ sapere.* Aristoph. φεῦ, εἴθ' ὄφελ' ἡ σεμνὴ σὴ πολίτας κακῶς, *eheu, vtinam auspex nuptiarum periisset male.* Gregor. ὤ πῶς ἀδακρυτὶ τῶν τοιῶνδε συνέγκω μνήμῳ; *ô quomodo sine lacrymis horum feram memoriam?* Idem, ὦ τίς Ἱερεμίας ὀδύρεται τὴν ἡμετέραν σύγχυσιν, *ô quis Ieremias deplorat nostram confusionem.*

DE ABSOLVTA RECTIONE, AC PRIMVM DE EFFICIENTE.

HABENT Latini rectionem absolutam ex ellipsi aduerbij in nominibus causæ & mensuræ, quam Græci Grammatici nominatim profitentur ex eadem ellipsi proficisci. Hanc magnus sui temporis declamator sic est persecutus.

EFFICIENS ponitur in genitiuo: πατρὸς ἐσθλοῦ κἀγαθοῦ πεφυκέναι, *patre strenuo & bono natum esse.* Sic caussa per quam; κρεμῶ σε ποδὸς, *suspendo te pede*: λύκον τῶν ὤτων κρατῶ, *lupum auribus teneo.* Item caussa propter quam. Phal. τίνι δὴ τῇ πέρυσι αὐτὸν ἐπαινέσαντες, τῷ τρόπον ἐπιμωρώμεθα, *cui igitur ob artem ipsum laudantes, ob mores multabamus.* Andocyd. ἐγὼ δὲ τῇ μὲν τύχῃ, ἧ ἐχρησάμην, δικαίως ἂν κατὰ πάντων ἐλεη

Efficiens in Genitiuo.

Caussa per quã.

Propter quam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ἐλεηθείλω, ego ob fortunam, qua vsus sum, meritò apud omnes misericordiam consequar. Sic ζηλῶ σε τ̃ ἐλευθεριότητος, admiror te ob liberalitatem. εὐδαιμονίζω σὲ τ̃ παῤῥησίας, beatum te iudico propter libertatem loquendi. φιλεῖ αὐτὸν τ̃ ἀρετῆς, amat illum ob virtutem. ἀξιῶ σε τιμῆς, dignor te honore. In primo genere subaudiunt ὀν, in secundo ὀν vel ἀφ', in postremo ἕνεκα.

Præpositio addita efficienti.

ALIQVANDO præpositio additur. λίθοι ὑπ' πυρὸς ἀφ' φωείς, lapides ex igne transluentes. Hesiod.

δοῦ μὲν μετρεῖσθ παρ' γείτονος, δοῦ δ' ἀποδῶναι,
αὐτῷ τῷ μέτρῳ. ——
Bene quidem mensurator à vicino, bene verò redde,
Eadem mensura. ——

Xenoph. ὑπ παντὸς τρόπου ζητεῖ, ex omni modo quarit, pro omni modo.

Efficiens datiuo expressa.

HIC aliquando datiuus adhibetur. Aristot. οὐκ εἰκὸς τοὺς θεοὺς χαίρειν ταῖς δαπάναις τ̃ θυομένων, ἀλλὰ ταῖς εὐσεβείαις τ̃ θυόντων, non verisimile est deos delectari sumptibus sacrificiorum, sed pietate sacrificantium. παρούσης ἀγαθῆ τύχη, abi bona fortuna. πάσῃ δυνάμει σοι βοηθήσω, totis viribus tibi auxiliabor. τῷ ξίφει ἐπάταξε, gladio percussit. ἐστεφάνωσεν αὐτὸν χρυσῷ στεφάνῳ, coronauit ipsum aurea corona.

De Materia.

Materia in Genitiuo.

MATERIA similiter in genitiuo ponitur, λίθου λευκοῦ ἐποίησε τ̃ νεών, lapide candido fecit templum. νόμισμα χρυσοῦ & ἀργύρου κεκομμένον, numisma auro & argento cusum.

Præpositio materiæ apposita.

PRAEPOSITIO tamen hîc frequens est. Herodot. οἶνῳ ἐκ κεδρίνων πεποιημένῳ ἀφεψέοντα, vino ex cedreis confecto vtuntur. Theophr. ἐκ τριήρεις ὑπ κέδρου ποιοῦσι, triremes ex cedro faciunt. Ioseph. εἰσενήνεικε καὶ κάννου σκεύη, λυχνίαν, τράπεζαν, βωμὸν, ὑπ χρυσοῦ πεποιημένα, importauit & noua vasa, candelabrum, mensam, aram, ex auro facta.

Materiæ Datiuus.

DATIVVS hîc etiam aliquando est. Demosth. ὑπὲρ μὴ καυχᾶσθαί ταῦτα σεμνύνομαι, οὐδὲ γραφεὶς ἀποφυγεῖν, non eo glorior quòd hæc non prodiderim, neque eo quòd accusationem effugerim. Talis illa rectio est Latinis, authoritate grauis, humanitate politus.

De Mensura.

Mensura in Accusatiuo.

MENSVRA ponitur in accusatiuo. Thucyd. ἀπέχει δὲ ἡ Πλάταια τ̃ Θηβῶν σταδίους ἑβδομήκοντα, abest autem Platæa à Thebis stadia septuaginta. Arrian. ἀπέχει σταθμοὺς τρεῖς, distat stathmos tres, id est, iter trium dierum.

Cum præpositione.

MENSVRA aliquando à præpositione regitur. Polyb. de lõgitudine Hispaniæ, ἀπέχει δ' κατ' Ἡρακλείους στήλας σταδίους

μυρίους ὁ τόπος οὗτος ὀκτακισχιλίους σταδίους, distat ab ostio secundum columnas Herculis, circiter octies millena stadia.

De Tempore.

Tempus Accusatiuo exprimitur cum nota-tur quãdiu, vel.

DEINDE etiam temporis, tanquam mensuræ, accusatiuus est, cùm exprimitur *quamdiu*. Demosth. οἱ χρηστοὶ πρέσβεις ἔτοι καθῆντο ὑπ Μακεδονίαν τρεῖς ὅλους μῆνας, isti boni legati sedebant in Macedonia tres totos menses. Idem, ὥστε ἅπαντα τ̃ βίον ἀναδύνειν εἶναι ὁμολογῶ, itaque me omnem vitam esse obnoxium confiteor. Item, cùm exprimitur *quando*, sed rarius.

Quando.

Idem, κατέπλευσαν δεῦρο τρίτον ἔτος, huc enauigarunt tertium abhinc annum. Idem, ἐξῆλθον ἔτος τρὶ τρίτον, exij annum abhinc tertium.

Sed sæpius est genitiuus pro quando.

CVM exprimitur quando, genitiuus est sæpius. Hippocr. αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἤρος θερμότεραι φύσει, ventres hyeme & vere calidissimæ naturâ. Thucyd. χειμῶνος ἤδη ἀνεχώρησαν, hyeme appetente regressi sunt.

Iuncto participio.

HIC participium frequenter est, ἐμοῦ παρόντος, me præsente. Aliquando participium solum, ἐληλύθοντων δὲ, vbi autem venissent.

Atticismus Nominatiui.

Atticismi.

ATTICE pro genitiuo absoluto, qui ad quando respondetur, est nominatiuus, vt ἀκοῦσθεν, εὐδεχόμενον, πεπραγμένον, cùm esset auditum, cùm contigisset, cùm mandatum esset. Aristot. ἀνοίγοντες & σώματος πόρους, πάλιν γίνεται τὸ πῦρ, apertis meatibus corporis, rursus fit ignis.

Atticismus Dativi.

DATIVVS hîc est aliquando. Isocr. οἷς θνητοῖς, πῶς οὐκ ἀνήκεστα μέγα φρονοῖμεν; quibus factis, quomodo non meritò magnificè de te senseris? Xenoph. παρελθόντι τῷ ἐνιαυτῷ φαίνεσι πάλιν οἱ Ἔφοροι φρουρὰν ἐπὶ τῷ ἦλιν, circumacto anno, deserunt denuò Ephori custodiam in Elin.

Atticismus Accusatiui.

QVA forma & accusatiuus sumitur, & ferè cum ὡς vel ὥστε: vt ὡς τ̃ ἄνδρα τοῦτο ποιήσαντα, pro τοῦ ἀνδρὸς ποιήσαντος, cùm vir istud fecisset. Sed id frequentissimum est in participiis impersonalium, δέον, cùm oporteat: δέησαν, cùm oportuerit: ἐξὸν αὐτῷ ποιῆσαι, cùm ipsi permissum esset facere: ὡς μηδὲν αὐτῷ διαφέρον, tanquam nihil eius interesset. Xenoph. δόξαν δ' ταῦτα, συνήρυξαν ἅπερ ποιῆσαι, his verò decretis, edixerunt sic facere. Plat. δόξαν δ' ἡμῖν ταῦτα, ἐπορευόμεθα, his verò per nos decretis, proficiscebamur.

Genitiuus pro quamdiu.

ITEM, cùm quamdiu exprimitur, aliquando genitiuus est. Aristoph. πολλοῦ γὰρ αὐτοὺς ἐγὼ οὐκ ἑώρακα χρόνου, nam longo tempore eos non vidi.

Datiuus temporis.

PRO quo datiuus simili modo ponitur. Thucyd. ὑστέρῳ χρόνῳ ἐπὶ Τεγέαν ἐστράτευον, insecutis temporibus aduersus

Tro

Universidad de Deusto
Biblioteca

Troiam exercitum duxerunt. Idem, τῇ αὐτῇ δὲ ἡμέρᾳ αὐτοῖς συνέβη, *eadem autem die ipsis euênit.* Arrian. ἐτελεύτα δὴ Ἀλέξανδρος τῇ τετάρτῃ καὶ δεκάτῃ ἑκατοστῇ Ολυμπιάδι ἐπὶ Ἡγησίου ἄρχοντος Ἀθήνησιν, *decessit igitur Alexander centesima decimaquarta Olympiade, Hegesia imperante Athenis.*

Tempus cum præpositione.

TEMPVS à præpositione aliquando regitur. Hesiod.

νοῦσοι δ' ἀνθρώποισιν ἐφ' ἡμέρῃ ἠδ' ἐπὶ νυκτὶ
αὐτόμαται φοιτῶσι, κακὰ θνητοῖσι φέρουσαι.
Morbi autem hominibus in die atque in nocte
Spontanei veniunt, mala mortalibus afferentes.

Heracl. ἅπας ἀναπαύεται πόλεμος ἐν χειμῶνι, *omne cessat bellum in hyeme.* κριθῶν δὲ μέδιμνος ἔσται σοὶ ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας τὸ ἄριστον, *hordei verò medimnus erit tibi in quolibet die prandiũ.* Sic ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν, *per totum diem, vel in dies singulos.* ὑπὸ τὰς αὐτὰς ἡμέρας, *sub eosdem dies.* Huc referuntur genitiui illi, μικροῦ ἐξέφυγε, *parum abfuit quin effugeret:* μικροῦ διῆλθε, *ferè euasit.* Item ὀλίγου δεῖν, *fermè.*

De Nominibus vrbium.

Nomen vrbis regitur à præpositione.

NOMEN proprium vrbis, regitur à præpositione. Homerus,

Ἄργει ἐν ἱπποβότῳ θανέειν καὶ πότμον ἐπισπεῖν,
In Argo equorũ nutrice mori, & fatalem sortem attrahere.

Ioseph. καθιδρύσας αὐτῷ ἐν Ἱεριχοῦντι βασίλειον, οὐδὲν τῆς εἰς πλῆθος κακώσεως παρέλειπεν, *vbi collocasset ipsi in Hierichunte regiam, nihil afflictionis in populum prætermittebat.* Sic ἐς Λακεδαίμονα, *in (vel ad) Lacedæmonem:* ἐς Πέλλιον, *in Pellium.* Hæc ille. quæ & nobis de Syntaxi visa sunt satis.

DE

DE PROSODIA QVARTA PARTE GRAMMATICES.

GRAMMATICI *cum suam artem in membra partiuntur, vltimam sedem, Prosodiæ concedunt: eaque non ineptè à Pratteolo sic definitur. Prosodia est apta orationis conceptæ pronunciatio: Sicut enim contexendæ orationis Syntaxis, ita prosodia pronunciandarum vocum rationẽ continet. Vocum itaque pronunciandarum ratio est duplex: Aut enim syllabas idoneo tempore & accentu moderatur: aut dictiones conuenienti morula & respiratione distinguit. Prior* λεξιφωνία *appellatur: posterior respiratio: de hac alias, nunc de Lexiphonia dicendũ: Est ergo Lexiphonia quæ syllabarum quantitatem & accentum demonstrat. Porrò Græci in angustum* προσῳδίας *contractum nomen, Apicibus quibus in scribendo vtuntur imponunt. hi enim ab illis* προσῳδίαι *vocantur, id est, accentus: qui & decem sunt, quadrifariam diuisi.* εἰς τόνους, πνεύματα, χρόνους, καὶ πάθη, *id est,* in tonos, spiritus, tempora & passiones.

Duplex ratio pronunciandarum vocum.

Lexiphonia.

Tonus.

TONI, *id est, apices eleuationem ac depressionem syllabarum indicantes, sunt tres, acutus, grauis & circumflexus. Acutus, à dextra sinistram versus descendens in syllabam acuendam defertur: hac figura,* ʹ *vt* Αἰνείας. *Grauis à sinistra ad dextram in syllabam grauandam, hoc modo,* ˋ *vt* περὶ μὲν τούτων. *Circumflexus ex acuto & graui compactus, syllabam circumflectendam vtrinque contegit, hac formã, vt* μοῦσα. *hos verò apices ex litera* θ *conficiẽdi viam docet F. Vergara lib. 4. cap. 5. in suo Scholio.*

Spiritus.

APICES *spirituum duo sunt: Tenuis, qui sic pingitur,* ʼ, *vt* ἀὴρ, *& crassus cui respondet. Aspiratio Latina sic,* ʽ *vt* Ἕκτωρ.

Tempora.

TEMPORA *seu notæ temporum, quæ longitudinem & breuitatem suppositarum vocalium designant, duo sunt: longum & breue: longum est virgula porrecta, hoc modo* –, βρισηΐς. *Breue est* ◡ *minutum, vt* πάρις.

PASSIO

Universidad de Deusto
Biblioteca

PASSIONES *seu virgulæ indicantes dictionem affici sunt tres,* ἀπόστροφος, ὑποδιαστολὴ, & ὑφὲν, *de quibus quædam supra, cùm de orthographia, dicta sunt: quædam infra dicentur.*

Puncta. ΣΤΙΓΜΑΙ, *id est, puncta sunt duo, Colon & Comma, de quibus fusè in Latinis.*

Notio. PORRO *aduertendum, etiam interrogationis signum apud Græcos, hoc modo scribi;* τι ποιεῖς; quid agis? *Item quod duo puncta supra vocalem distingunt ipsam, ne cum præcedente coëat in diphthongum. vt* ὄϊς *dissyllabum est,* ὄϊς *sine punctis monosyllabum.*

ITEM, *quod longi temporis virgula supra dictiones porrecta, etiam nomina propria indicat, vt* Διονύσιος γράφει, Dionysius scribit. *Et litteras: vt* τὸ ῑ φωνῆ ἐν ἐστι δίχρονον ι vocalis est bitemporanea. *Quandoque etiam dictiones, vt* τὸ διαλέγομαι ἴσον τῷ ὁμιλῶ, ὅθεν ἡ διαλεκτικὴ, *id est,* disputo idem est quod colloquor, vnde ars disputatoria. *Interdum etiam syllabas in compendium contrahit: vt* σρ σωτήρ κς, κύριος: *Plura hoc loco præmonenda ex Pratteoli in prosodiam præfatione petantur. Nos institutam accentuum rationē ex Gulielmo Baillio, quem vnicum huius partis præceptorem idoneum copiosúmque iudicauimus, ipsis Autoris verbis persequamur.*

GVLIEL

EX GVLIELMI BAILLII E' SOCIETATE IESV DE ACCENTIBVS GRÆCORVM LIBELLO.

De Accentuum in pronunciando adiumento, & eorum apud antiquos momento.

SI aliquod ad nos si non viuum & expressum, saltem mediocriter adumbratū, & non inuenustis omnino lineamētis ductum veteris illius Atticæ pronunciationis peruenit simulacrum; illud certè non tam Ludi magistris, à quibus primam linguæ Græcę hausimus & expressimus cognitionem, non tam hominibus natione Græcis, qui hoc tempore fœda barbarie deturpati, vix aliquam suauitatis pristinæ retinent vmbram; quàm Accentuum notis, quæ veluti lectissimæ nutrices nos tanquam in cunis balbutientes & in pronunciando hærentes mira arte & facilitate formant, acceptum referre debemus. Equidem tantum virium delitescere in Accentibus ad pronunciationem in suo auito suauitatis splendore conseruandam existimo, quantum olim adiumenti Gracchus in seruo fistulatore ad vocem suam rebus, de quibus dicebat, accommodandam, & ad omnem motum, quem orationis vis & impetus postulabat, inflectendam, collocabat. Hic enim, vt meminit Cicero in tertio de Oratore Dialogo, quoties cōcionem instituebāt, si in iracundia non incitatum, acutum, & crebrò incidens vocis genus: si in miseratione non flexibile & interruptum flebili voce: si in timore non demissum & hæsitans: si in voluptate non effusum & lene: si in grauioribus amplificationum machinis non vehemens & contentum suscepisset; toties seruus admodum peritus, eburneola fistula instructus, illi occultè à tergo attentus aderat, & admirabili prorsus industria tenuem illam fistulam aut celeriter, aut remissè, aut grauiter, aut exiliter inflabat, vt eo

Accētuum vtilitas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſigno percepto herus, qui perorabat, aut ſe languentem excitaret, aut excitatum à contentione reuocaret, vocemque ſuam inæquabili varietate, qua aures renouarentur & reficerentur, prudenter temperaret. Accentus autem ſine vllo ſtrepitu non tanquam ſerui tibicines, ſed tanquam eruditi & muti magiſtri, certis admodum ſignis demonſtrant, quãdo ſyllabam attollere, quando deprimere, quando medio quodam ſono temperare debeamus; ſi vel oculos legendo, vel memoriam loquendo, vel mentem cogitando in illos conuertamus. Etenim ſi vt priſcis illis Ariſtotelis & Demoſthenis temporibus, (vt paulò poſt aperiemus) in quibus nulli accentus in iis, quæ Græcè litteris mandabantur, aut pauci certè ad ambiguitatis mæandros in cauſis grauioribus effugiendos notabantur; ita & hac ætate in iis, quæ vel typis excuſa, vel amanuenſium labore ſcripta, nobis relicta ſunt, nulla etiã accentuũ ſigna depicta cernerẽtur, aut quælibet, vt animus meus auguratur, natio ad propriẹ & patriæ linguæ tonum pronunciationem Græcam cum ſumma cõfuſione detorſiſſet, aut ad Latinę pronunciationis normam, in qua interuallorum longorum & breuium ſola ſpectatur ratio, ineptè deflexiſſet. Quid autem auribus mediocriter eruditis & Atticis iniucundius & moleſtius accidere poteſt, quàm ſi in Latinum traducta ſonum aut libera, aut numeris vincta oratio Græca percipiatur? Quis vel tenuiter Græcus non totus horreat, ſi hoc primum Heſiodi metrum more Latino pronunciari audiat?

μοῦσαι πιερίηθεν ἀοιδῆσι κλείουσαι.

Hic non tantum claudicat, & quaſi fluctuat delicatus ille Græcorum concentus, ſed tanquam peregrinus, & vi quadam de patrio & auito patrimonio deiectus ac in acerbum ſeruitutis iugum redactus, eneruatus & exanimatus langueſcit. Si autem quaſi iure poſtliminij ſuis ſedibus, reſtitutus more Attico ita deuoluatur,

μοῦσαι πιερίηθεν ἀοιδῆσι κλείουσαι.

Græci à Latinis quare in pronũciando diſſentiant.

Quanto aures teretes & Græcos oblectationis ſenſu cumulabit? Nec verò mirandum eſt, tam diſſimiles, & inter ſe diſcrepantes Græcos & Latinos in pronunciandi ratione exiſtere, cùm ſi omnium nationũ & linguarum varietatem vnum in locum cogamus, & inuicem comparemus, nihil cognatum, nihil ſimul cohærens, ſed maximè inter ſe diſiunctum & diſſimile reperiemus: Nam quemadmodũ quælibet natio, propria habet, quibus inter ſuos ciues familiariter vtitur, vocabula, ſic certum & definitum in proferendo ſonum & accentum, quo patria lingua tanquam quadam teſſera

teſſera inter peregrinas & exteras nationes, etiam ſi earum mutuetur loquendi genus, niſi in eo diu multumque fœliciter ſe exercuerit, facilè dignoſcitur. Hoc olim in Græcis dum Latinè, in Latinis dum Græcè, in Gallis dum Italicè, in Italis dum Gallicè, in Germanis dum Hiſpanicè, in Hiſpanis dum Germanicè, &, ne longius excurrat enumeratio, in omnibus populis id licet contemplari, qui quoties in alieno ſolo natum ſermonem addiſcunt, toties à germano accentu deflectentes, & riſum vberrimum excitant, & ſibi tantum placent, præterea nemini. Quamuis enim aliquis ſit ita lingua expeditus, vt non hæreat & titubet; ita memoria firmus, vt ſumma facilitate omnia animo complectatur, ita in agendo venuſtus, vt nullum geſtum niſi aptum & rebus conſentaneum effingat; ſi tamen peregrinæ alicuius gentis, cum qua diuturnum & familiare non inierit commercium, orationem velit vſurpare, Nearchum vt ſcribit ille deorum & hominũ deriſor Lucianus, πρὸς τὴν ἀπαίδευτον πολλὰ βιβλία ὠνούμενον ridiculè imitabitur; qui dum ſibi aliena induſtria laudem aliquam conciliare cuperet, ratus conatus ſuos fœlicem euentũ habituros, ſi Apollinis Lyram, quę in quodam Lesbiorum templo ſumma diligentia ſeruabatur, poſſet ſubripere, ſacerdotem templi cuſtodem magna vi auri & argenti corrupit, & eo furto inſolentior factus, ſibi facilè perſuaſit, ſe inſtar Orphei cantus ſuauitate flumina à ſuo curſu in contrarium detorſurum, ſyluas & ſaxa tracturum, animalia ad mitiorem naturam ferina omnino exuta reuocaturum, hominum denique mentes quocunque cantus incubuiſſet, ad nutum & arbitrium impulſurum; quæ dum apud ſe commẽta & ſomnia animo verſaret, nocte quadam dum ſe parum tutum videret, & incluſum ſuburbio, in quo flagitium commiſerat, animaduerteret, Lyram cuius dulcedine ſe periculum carceris iam iam imminens vitare poſſe confidebat, cœpit ſine arte digitis pulſare, ſed ſtridore planè ruſtico & agreſti omnes Canes excitauit, qui furibundi cõmuni impetu facto eum miſerrimè laceratum & laniatum in fruſta diuiſerunt. Sic priſcis illis temporibus dum vel Scythæ vel aliæ remotiores nationes linguæ Græcæ ſibi nequaquã vſitatæ, & minimè natiuæ verba pronunciabant, ſono & accentu planè ingrato, non minus quàm Nearchus ſuo ſtrepitu, omnium Athenienſium aures acerrimas & delicatiſſimas obtundebant, eorumque in ſe odiũ conflabant. Norunt omnes, Atheniẽſium Senatum pecunias à barbaro quodam, quas ille liberaliter largiebatur, reieciſſe, & planè recuſaſſe, in ſummis etiam bellorum turbinibus, & totius Reipublicæ anguſtiis, ea ſolùm ratione, quòd Barbarus eas

Nearchi error & ſacrilegium.

Summa Atheniẽſium in cõſeruando patrio accentu diligẽtia.

offerendo,& ab accentu loquendo deflexisset & in solœcismum dicendo δανειῶ pro ἐγω δανείζω turpiter coram omnibus incidisset. Quamuis autem diuersæ fuerint apud varias gentes pronunciandi leges,plures tamẽ communi quadam conspiratione & consensu Græcorum viam sunt sequutæ, qui Accentibus non syllabarum quantitati totius pronunciationis imperium concésserunt; paucæ verò & ferè nullæ Latinorum vestigiis inhæsêre,qui solis spatiis vel productis vel correptis totius pronunciationis vires metiuntur: imò verò etiam apud Latinos dum in vno eodemq; verbo Accentus & quantitas occurrunt, & inter se tacitè de dominio decertant, cedit tandem iure antiquitatis deuicta contra peruagatas leges ipsa vocum quantitas Accentibus.Etenim cuius auribus non erit dulcior ea pronunciatio,Mercúri penultima,vt volunt peritiores Grammatici,vi toni acuti eleuata, quàm Mercŭri penultima contracta & vnico tantùm temporis puncto celerrimè pronunciando comprehensa? Equidem dum seueris carminis legibus compulsus ita Horatianum illum Saphicum versum percurro,

Gracorum pronũciationi plurimæ gentes adhæserunt.

Latinorũ verò paucæ.

Mercŭri facunde nepos Atlantis,

Toties videor mihi vim inferre, & aures meas illiberali concentu lædere. Itaque meritò Græci tam appetentes & cupidi Accẽtus patrij & εὐμουσίας studiosi fuerunt, vt si quẽ aut peregrinum,aut ciuem vel vocis sonum exprimere putidiùs,vel exiliter exanimatum efferre,vel inflatum & quasi anhelatum grauiùs producere, vel extra modum absonum effingere deprehendissent, eum cachinnis, & sibilis exciperent. Sciunt omnes, vt testatur Cicero in libro de Claris oratoribus, Theophrastum diu tamen multumque Athenis versatum, dum familiariter loqueretur, ab anicula Attica peregrinum fuisse cognitũ, & ridiculè ab eadem tractatum. Quem ego cùm à diuinitate quadam loquendi nomen duxerit,nihil perturbatum ac discrepans vel præposterum aut in genere,aut in personis, aut in numero dixisse existimoi sed in Accentu solo fuisse lapsum mihi non obscurè persuadeo. Nec mirũ si Theophrastus vir externus derisus fuerit, cùm Demosthenes sæpius in publicis concionibus à tono natiuo deflectens tumultum excitarit, maximè verò vt ait Plutarchus in eius vita, ἤρυθεν ἐκίνησεν, ὤμνυε γὰρ τὸν Ἀσκλήπιον εἶναι γοῦν τὸν ἵππιον. καὶ ἐπὶ τούτῳ πολλάκις ἐθορυβήθη. φολάσσων δὲ Εὐβουλίδη τῷ Διαλεκτικῷ Μιλησίῳ ἐπαναφθόγγους πένθα. *Theophrastus ab anicula Attica reprehẽsus.*

Theophrastus errauit in accentu.

Demosthenes à natiuo tono deflexit.

In vita decem Rhetorum.

tumultum commouit; maximè cum iurauit per Æsculapium nec ἀσκλήπιον acuta penultima more Attico, sed acuta antepenultima ἀσκλήπιον (more vt sibi videbatur consentaneo) pronunciauit,atque ostendit rectè se dicere,esse enim Deum illum ἵππιον hoc est propiciũ; Atque ob hoc sæpè explosus est, sed institutione vsus Eubulidæ Dialectici Milesij correxit omnia.

Populus quippe Athenienſis tacito quodam consensu sine vlla arte,sola consuetudine duce & magistra,quæ essent in pronunciatione recta ac praua diiudicabat, & eam maximè laudabat, in qua nihil displicere, nihil animaduerti possit, nihil sonare, nihil olere peregrinum; Adeo autem nouæ pronunciationis fucum & cincinnos odio prosequebatur, vt infucata huiusmodi vitia in summis etiam oratoribus nulla ratione tulerit. Voluit idem Demosthenes interdum concinnam & ornatam in quibusdam verbis,nouam tamen pronunciationem affectare, sed quoties id tentauit, toties ludibrio seipsum exposuit,ita vt (teste Cicerone in Oratore perfecto) ab Athenienſibus exagitaretur vt putidus. Ipso quidẽ primo initio quo ex vmbraculis Rhetorum emersus forensem palæstram frequentare ac in Solem & puluerem ciuilium cõcertationum venire cœpit,sæpius quædam non ἀττικώτερα proferens, & tonum illum Atticorum pressum & delicatum non ita venustè & enucleatè exprimens, à multitudine reclamante in ipso orationis cursu explosus est,& in Theatris à Comicis poëtis, qui eo tẽpore vitia ad risum captãdum suis fabulis inserebant, & histrionica imitatione eadem verba & eundem accentum repetebant, acerbiùs notatus est,vt testis est idem Plutarchus in ipsius vita,dum inquit: προελθὼν ὁ πάλιν εἰς τὰς ἐκκλησίας νεωτερικῶς τινα λέγων, διωθεῖτο ὡς καινοφωνήσων αὐτὸν τοῦ Ἀντιφάνους ἢ Τιμοκλέους: id est,rursus in conciones progressus cum nouè quædam dixisset & pronunciasset, explosus est,ita vt ab Antiphane Comico & Timocle exagitaretur. Tantam autẽ ob eam causam animo concepit molestiam, vt spem omnem forensium rerũ penè abiecerit,& de alio vitæ genere ineundo cogitarit,nisi eum senex quidã sua auctoritate confirmasset,& subselliis Areopagi facilè dominaturum prænunciasset auctore Plutarcho in eo libello, in quo quærit, an natu grandiori sit gerenda Respublica,cum ait λέγεται ὁ κὺ Δημοσθένης ὀκπατάντ@ ὲν τῷ δήμῳ, κὴ βαρέως φέροντ@, ἄψασθ παλαιόν τινα γέροντος τ ἀκηκοότων Περικλέους κὴ εἰπεῖν, ὡς ἐκείνῳ πάνυ πρεσβυτικῶς τὸν φύσιν ὁ δικαίως αὐτὸς κατέγνωκεν. ἔτυ ὁ κὺ Τιμόθεον Εὐριπίδης συκτιθέμενον ἐπὶ τῇ καινοδομίᾳ κὴ παρανομεῖν εἰς τὸν μυσικὸν δοκοῦντα, θαῤῥεῖν ἐκέλευσεν, ὡς ὀλίγῳ χρόνῳ τ θεάτρων τὸν αὐτὸν ἡδυπαθέστερον: id est, fertur olim senex quidam, qui Periclem dicentem audierat Demosthenem explosum à populo, eam ignominiam graviter ferentem castigasse,cùm diceret eum,qui præstanti illi viro similis esset ingenio, desperando sibi ipsi inurere iniuriam. *Athenienſis sola consuetudine accentus distinxit.*

Demosthenes dũ nouam pronunciationem affectaret à populo derisus.

Demosthenes animum à forẽsi studio diuertens senis auctoritate reuocatus est.

Sic & Timotheum Euripides cum ob affectationem nouitatis tanquam legum musicarum violator exibilaretur bono animo esse iussit, quòd non ita multò post theatra in ipsius potestate futura essent. Quem locum ideo hîc inserui, quia ex eo non obscurè colligimus Periclem, & Timotheum summos Oratores interdum obmurmuratione totius cœtus à dicendo fuisse retardatos, cùm Accentuum leges non ea religione, quam Atheniensium aures desiderabant, colerent. Hinc Demosthenes cùm iam assidua exercitatione eloquentiæ suæ neruos corroborasset, & totius Græciæ concursum ad ea fulmina audienda, quæ numerosè contorta in animos iudicũ vibrabat, fieri videret, in celeberrimo totius Græciæ congressu dedita opera, vt Æschinem aduersatium pecuniarum à Regis Macedonum Legatis acceptarum subtiliter insimularet, in oratione pro Corona eum μίσθωτον accentu corrupto, & in antepenultima collocato appellauit, vt dum aliquis vel è numero Iudicum, vel è populo suas aures religiosissimas offensas cerneret, alta voce eandem dictionem repeteret & ritè μισθωτὸν accentu in vltima pronunciaret; quo audito ipse Demosthenes ansam & occasionem dicẽdi abriperet, Æschinem ipsius etiam populi suffragio mercenarium fuisse iudicatum. Nec augurium eum fefellit, nam vbi μίσθωτον antepenultima corruptè acuta dixit, statim, aliquorum opinione, totius populi clamor, aliorum autẽ sententia Meander Comicus in hunc modum erupit, μισθωτὸν vltima acuta. Qua expectata, & de industria quæsita reprehensione, audita, Demosthenes ad Æschinem facetè conuersus tanquam si communi omnium iudicio mercenarius damnatus fuisset hæc argutè subuinxit. ἀκούεις ἃ λέγεται; id est, *audisne quid dicant?* Sed clariùs sales & in dicendo argutiæ apparebunt, si verba Demosthenis subiungam, & quę in illa commentatus est, Vlpianus connectam. Sic igitur Demosthenes, cùm animum Æschinis à Philippi & Alexandri legatis pecuniis adulteratum fuisse ostendere vellet, & ab auditoribus, quorum naturam in accentu reprehendendo perspectam habebat, nihil minus cogitantibus testimonium extorquere, dixit. ἀλλὰ μισθωτὸν ἐγώ σε Φιλίππου πρότερον καὶ νυῦ Αλεξάνδρου καλῶ, καὶ ἔστι πάντες. εἰ δ' ἀπιστεῖς, ἐρώτησον αὐτούς, μᾶλλον δ' ἐγὼ τοῦτ' ὑπὲρ σοῦ ποιήσω. πότερον ὑμῶν ὦ ἄνδρες Αθηναῖοι μίσθωτός ἐστιν ἢ ξένος εἶναι Αλεξάνδρου δοκεῖ; ἀκούεις ἃ λέγεται. id est, *sed mercenarium ego te Philippi olim, & nunc Alexandri voco, & hi omnes. Quod si id non credis, interroga eos, atque adeo ego ipse tuo loco id faciam. Vtrum vobis Athenienses μίσθωτος*, id est, *mercenarius Æschines an hostes Alexãdri esse videtur.* (populus autem ad reprehendendum accentum natura sua paratus dixit μισθωτός, accẽtu legitimo, quo responso percepto Demosthenes subridens adiunxit) *Audis ne quid dicant?* In quem locum sic scribit Vlpianus, πῶς εἰρήκασιν ὅτι ἐκὼν ἐν τῷ ἐρωτᾶν ὁ ῥήτωρ ἐβαρβάρισεν ἐξιπίτηδες μισθωτὸν λέγων. εἶτα ἐπιλάβοιτό τις αὐτοῦ ὡς διορθούμενος, καὶ ἐροῖτο τὸν ἴδιον τόνον μισθωτός. εἶτα τοῦτο διόρθωσιν ἀπήγγειλεν, καὶ βεβαίωσιν εἴρηκεν, οἱ δέ φασιν ὡς Μένανδρος ὁ κωμικὸς φίλος ὢν αὐτοῦ, καὶ ὢν ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἀπηχθημένος χαριζόμενος; ἢ ἵνα τοῦ φωνοῦ ὡς ἐν πάντων ἐδέξατο. id est, *quidam dixerunt oratorem vltro & de industria μίσθωτος barbarè pronunciasse interrogandum, ac deinde ab aliquo reprehensum emendante & clamante suo iam tono natiuo μισθωτὸς. Posteu Demosthenẽ correctionẽ pro responso & confirmatione amplexum. Alij dicũt Menandrum Comicum amicum eius sedentem in numero Iudicum respondisse in eius gratiam, cuius vocem vnius vt vniuersorum acceperit.* Sed quid diutius in re satis probata immoror, cùm omnibus constet Græcos & Athenienses tum ob alias causas, tum ob hanc maximè τὰς τέττιγας cicadas fuisse appellatos; quia sicuti cicadæ natura sua vocales sunt, & ad cantum expeditæ, ita Græci & Athenienses vnum maximè linguæ cultum & ornatum eumque non vulgarem, sed planè singularem, & politum ac suauem quendam τὴν περιττῳδίαν concentum mirificè adamabant. Hinc putarim esse orta illa facetè dicta tùm Philippi, tùm Demadis in Athenienses; quorum alter τοὺς Ἀθηναίους ἔικαζε τοῖς ἑρμαῖς ὡς τόμῳ μόνον ἔχουσι, *Athenienses comparabat statuis quibusdam Mercurij, quæ nihil aliud quam oris figuram haberent*; Alter verò τοὺς Ἀθηναίους εἴκαζεν αὐλοῖς ὧν εἴ τις ἀφέλοι τὸν γλωττίαν τὸ λοιπὸν λεκτὸν οὐδὲν ἔστι, *Athenienses similes esse tibiis & fistulis dicebat, quibus si linguam adimas, in his nihil reliquum rationis inesset.* Constat siquidem eos potius laborasse de sono vocis recto & simplici sine peregrina imitatione in suo pristino & antiquo splendore retinendo, vt non asperè non hiulcè, non rusticè non vastè, sed presse & æquabiliter, & leniter excurreret sermo; quàm de imperio latiùs armis propagando, aut iam parto vigilantiùs conseruando. Quem enim aurium religioni nõ inseruientem ferre potuerunt? Norunt omnes vt testis est Philostratus Pausaniam Cappadocem Herodis Attici discipulum suo tempore in primis clarum Grammaticum & Aristidi æqualem, cum vitio pinguioris & crassioris linguæ laboraret, & ideò minus distinctè Accentuum sedem obseruaret, ὀψοποιὸν *coquum*, quasi omnia miscęret, & confunderet, fuisse iniuriosè cognominatum. Nam cùm nihil sit tam tenerum, neque tam flexibile, neq; quod tam facilè sequatur quocunque ducas, quam voce, si

Athenienses τέττιγας cur appellati.

Philippi & Demadis in Athenienses dictum.

Pausanias coquus cur iniuriosè vocatus.

nulla Accentuum varietas, quæ fessas aures recreet, percipiatur, languescimus ex testimonio Plutarchi περὶ παίδων ἀγωγῆς cum ait, μουσικὴ γὰρ ἐν ἅπασίν ἐστι πολυσμιόν τε καὶ ποικίλον ἔχουσα, *vno tenore modulata vox in omnibus rebus satietatem & molestiam parit.* Cum autem Attica auris reliquas iudicij subtilitate superaret, nec talis esset, qualis illa de qua in vetere Senario.

Ὄνος λύρας ἤκουε καὶ σάλπιγγος ὗς
Asinus lyram audiebat, sus autem buccinam.

Sed potius ad illam Apollinis, quem quatuor auribus, vt in suis Symbolis Pierius meminit, instructum Lacedemonij pinxerunt, syncerã & incorruptam de omni sono iudicandi religionẽ accederet, si quid agreste, quod ab ore excidisset, audiebat, illud repudiabat. Talis fuit auris erudita Theocriti de quo sic loquitur Stobæus ἐν τῷ λόγῳ τῆ ἀφροσύνης Θεόκριτος γραμματοδιδασκάλῳ φαύλως ἀναγιγνώσκοντι παρελθών εἶπε, Διὰ τί γραμματεῖν ἃ διδάσκεις; ὁ δ' εἰπόντος ὅτι σὺ οὐκ οἶδα, καὶ τί τοῦτ' ἔστιν; οὐδὲ γὰρ ἀναγιγνώσκειν: id est, *Theocritus ad Ludi magistrum quendam Grammaticum corruptè pronunciantem accedens, dixit. Quorsum Geometriam non doces? is verò cùm respondisset, quoniam nescio. Quid illud refert, dixit. Nam pronunciare & legere quoque nescis.* Hoc vno præclarè dicto vir in reprehendendo acutus, significauit, magnã esse inter Geometriam & Græcorum pronunciationem affinitatem. Quemadmodum enim Geometræ decempedis, aliisve instrumentis agrorum & Arearum spatia metiuntur, & omnia suis limitibus ac finibus certa lege circumscribũt; Sic qui Græcorum pronunciationem sartam & tectam volunt instar alterius Stentoris omnium, qui ad Troianam expeditionem profecti sunt, teste Homero, Græcorum vocalissimi, singulas proprio tono metiuntur syllabas, qui si de sua sede, ordine perturbato in aliam transferatur, omnis in dicendo venustas deformata labitur. Hinc Ammonius Philosophus Græcus in suis in libros Aristotelis de Enunciatione Commentariis, ait, nomen στοιχεῖα aptiùs pronunciationi, quàm litteris conuenire, cùm vt inquit Dionysius στοιχεῖον, id est, pronunciatio, quæ eleganti metaphora quasi elementum dicitur σῆμα quendam atque ordinem habeat, quem si vel minimum perturbaris, in te illud Horatianum detorqueri poterit,

Geometria est cum recta pronunciatione affinitas.

—— *Amphora cepit*
Institui, currente rota cur vrceus exit?

Quid inquit Ammonius magis inauditum est & insolens, apud Græcos quàm ordine mutato dicere ὁ πῖς ἄνθρωπος ἐλήλυθε? Accentu corruptè in vltima relicto, contra Enclitica

clitícarum dictionum leges, quæ illum transferunt? Hæc tamen est trita & peruagata huius ætatis labes & macula, quæ inueterata in multis Gymnasiis consedit, vt adolescentes quàm primùm ad elementa Græca & modum legendi promouentur, de Accẽtu seruando & aptè collocando nihil audiant, sed more Latino Græca verba vacillantes legant, in quos aptè caderet illud Caij Iulij dictum, qui vt est apud Ciceronem in Bruto, dum Curionem dicentem & huc illuc laterum motu fluctuantem vidisset, facetè exclamauit, *quis loquitur è lintre?* Si tamen illis vnâ cum Nominum & Verborum inflexionibus ex simili aliorum omnium, tùm Nominum tùm Verborum analogia familiaris Accentuum ratio explicaretur, ita altis in ipsa prima puerili institutione fibris & radicibus defigeretur, vt dum manus est admouenda stylo, non ad Lexica in singulis propemodum vocabulis accurrerent, sed sponte quadam πεσσοδίας rationem animo caperent. Ego verò cùm viderem non singula à Varennio, non omnia à Vergara, nihil ferè à Clenardo viris tamen eruditis, aliqua tantùm sed obscura & huc & illuc diffusa ab Herodiano, Moschopulo, Gaza, Chæroboſco, Aristarcho, Æschirone, Zenobio, Heraclide, Etymologo Eustathio, Chrysolara, Chalcondila, Apollonio, Corintho Philopono & aliis antiquis Græcis, quæ ad Accentus spectant explicata fuisse, hunc in gratiam adolescentium laborem suscepi, vt illis facilẽ & compendiariã viam munirem.

Gymnasiorũ in Græcis addiscẽdis mos corruptus.

Autoris intẽtio.

Quibus de causis Accentus sint inuenti.

1. *Quatuor ad inuentionẽ accentuum causæ cõcurrerunt.*

QVATVOR ad inuentionem Accentuum causas concurrisse, qui voluerit diligentiùs indagare, peruias reperiet. Quarum prima & omnium antiquissima hæc mihi esse videtur, vt inter easdem vocales nunc longas nunc breues vsurpatas aliquod discrimen intercederet. Etenim priscis illis temporibus antequam Simonides vocales longas η, & ω adinuenissent, hisque Græcorum elementa locupletasset, qui eo sæculo viuebant, cogebantur vti earum loco ε, & ο, quæ si aliquo in vocabulo longæ occurrerent, vt à seipsis breuibus distinguerentur, eo signo, quod ad Circumflexum significandum posteri vsurparunt, hoc modo notabantur, ο, ε. Sed mos ille nullum amplius locum habere cœpit, cum tota Græcia η & ω à Simonide inuentas ad reliquas vocales adiunxit.

Simonides longarũ vocalium auctor.

2. *Pronunciationis necessitas.*

ALTERA verò causa fuit pronunciationis necessitas, cuius suauitas teste Demetrio Triclinio omnino periisset, nisi eo tempore, quo Græcia barbarie fædari cœpta est, notæ aliquæ, quæ eam posteritati integram tradidissent, vsum

familiarem sibi vendicassent.

3. *Ne nomen & verbum cũ aliis partibus cõfunderentur.*

TERTIA autem accessit, ne præcipuè partes orationis nomen & verbum interdum cum aliis minoribus confunderentur. Vt enim inquit Ammonius Philosophus Græcus in suis in libros Aristotelis de Enunciatione commentariis. Quemadmodum malus, & reliqua, quæ in naui sunt ligna, præcipuè partes censentur, claui autem, glebæ terræ & pix ad singulas partes connectendas & rimas resarciendas adhibentur; sic apud Græcos duæ principes sunt Orationis partes, Nomen & Verbum; Articuli autem, Aduerbia, Præpositiones, Coniunctiones, & Pronomina vicem clauorum ad orationis iuncturam & fabricam connectendam subeũt. Hæ tamen partes interdum à rudioribus confunderentur, nisi definita Accentuum sedes accederet. Quis enim μέτα esse verbum pro μέτεστι cognosceret, nisi longius in litteris Græcis progressus aut ex sensu id colligeret, aut accentus hoc indicaret, qui in huiusmodi Præpositionibus cum pro verbis non sumuntur, aut casibus suis postponuntur, in vltimam cadit μετὰ?

Nomen & verbũ præcipuæ orationis partes.

μέτα pro μέτεστι.

4. *Ad tollendam ambiguitatem.*

QVARTA denique causa fuit, vt omnis ambigendi ansa amputaretur, quam variæ dictiones, quæ ad res inter se discrepantes solo mutato accentu transferuntur, passim præbuissent. Quis enim aliquod esse discrimen animaduerteret, inter παιών Apollinem vltima acuta, & παιὼν Pæona metri genus penultima acuta, nisi accentus interuenirent?

De vario apud diuersas Græcorum prouincias accentu; & de causa varietatis.

Scientiæ in quo occupatæ.

CVM omnes scientiæ aut in diuersis hominum moribus cognoscendis sint occupatæ, aut in vi eorum, quæ vel in terra vel in mari nascuntur indaganda positæ, aut in natura rerum superiorum inquirenda defixę: hæc verò omnia singulari Dei prouidentia, non vni nec terrarum nec cælorum parti sint concessa, sed longissimis spatiis distincta; factum est vt primi Græci doctrinæ cupidi non vulgari quadam & populari suorum ciuium laude contenti, è terra natali & solo patrio longiùs digressi varias & longinquas nauigationes, & in exteras terras excursiones susciperent. Inde verò ad suos reuersi longa variarum gentium familiaritate vsi, quæcunque præclara & noua viderant, suis ciuibus cum admiratione narrabant, variorum locorum fœcunditatem & multarum vrbium magnitudinem prædicabant, diuersorum verò populorum fœlicitatem collaudabant. Qua vna reliqui permoti, aut alio migrarunt, aut ciuitates inter se de bello gerendo & imperio dilatando cõuenerunt, quæ tanta animorum conspiratione & consensu in id incubuerunt, vt breui tempore vel amore & vitæ cultu, quo multos ad se traxerunt, vel armis, quibus initio plurimum valebant, de tota pœnè Asia triumpharint; Vt verò gentes deuictæ & superatæ ab imperio Græcorum non diuellerentur, aut in societatem ascitæ prouincię firmiori amicitiæ vinculo coniungerentur, variæ ex diuersis totius Græciæ locis, in varias Asiæ partes erupêre Coloniæ, quæ aut nouas ciuitates fundarunt, aut iam excitatas incoluerunt. Quia verò natura loci ad noua instituenda cum aliis populis commercia, & familiaritatem ineundam inuitabat, è vestigio orta est aliqua tùm loquendi, tùm pronunciandi & accentus collocãdi dissimilitudo: quę & si non in omnibus, in quibusdam tamẽ ab antiqua & prioribus Græcis familiari pronunciatione & dicendi ratione discrepabat. Talis autem dissimilitudo partim ab aëris diuersi natura, partim & maximè à societate, quam cum regionum exterarum incolis contraxerunt, potuit manare. Aërem quidem vel temperatum, vel subtilem, vel crassum ad quandam sonorum & pronunciationis varietatem creandam, valere quis potest inficiari? Cur ij, qui se se in Septentrionẽ inclinant populi, veluti Getæ, & Scythæ ad suauissimos scientiæ fatus excipiendos non ita sicut reliqui populi sunt exculti, nisi quòd spiritum crassum & frigidum à pueris de cœlo hauserint, & cum aliis gentibus politioribus familiaritatẽ nullam inierint? Mirata est antiquitas Thraciam, è qua pauci admodum profluxerunt eruditi, vnum Orpheum & sapientiæ & pronunciationis, ac dictionis suauioris magistrum tulisse; quem tamen ideo Androtion è numero sapientum reiiciendum esse existimauit, eo solo nomine, quòd ex Thracia oriundus esset, quemadmodum refert Ælianus lib. 8. Variæ historiæ. Cur qui in Meridiem, aut in Ortum vergũt populi, vt Ægyptij, & Arabes, Chaldæi, & Æthiopes & ad Mathematicas, & ad omnes occultas scientias capiendas ita sunt expediti, vt nõ labore formati, sed nati, non vigiliis eruditiores, facti, sed à natura effecti, nõ exercitatione exculti, sed sponte ad omnia elaborati videantur, nisi aliquid roboris in aëris varietate aut ad ingenij & linguæ tarditatem excitandam, aut ad subtilitatem retundendam collocetur? Palladem eam vnam ob causam sapientiæ domicilium Athenis in loco saluberrimo & aëre purissimo posuisse legimus; & Hippocratem librum scripsisse scimus, in quo quærit, quid efficiant & valeant tùm ad ingenium, tùm ad corpus vel reficiendum, vel debilitandum, cœli, aquarum, & locorum dissimilitudines. Et ne in genere de omnibus nationibus agere videar, ad Græ

Coloniarũ quæ in Græcia primum ductæ sunt origo.

Accẽtuum dissimilitudo vnde manarit.

Aërem valere ad sonorum varietatem.

Scythæ & Getæ cur ad scientias inepti.

Thracia paucos produxit eruditos.

Orpheus solus in Thracia sapiens inuentus.

Pallas cur Athenis domicilium posuisse fingitur.

Bœoti cur in pronunciãdo rudes.

Græcos me reuoco, quorum ij, qui Bœotiam petierunt, pronunciationis & cantus suauitatẽ amiserunt, hinc Horatius,

Bœotum crasso miraris in aëre natum?

& non alio ex fonte manarunt illa prouerbia, quibus insuauis accentus perstringebatur: *Molchus resonat quid Bœoticũ: Bœotica cantio; Bœotica tibia; Bœotica auris,* & similia, quæ arguunt, satis omnes Bœotos & in pronunciando & in cantando minus elegãtes fuisse. Nec verò Solonem missum faciã, qui cum coloniam Athenienſiũ in Ciliciam duxisset, & ciuitatem à fundamẽtis illis excitasset, & à proprio nomine Solõ appellasset ipso primo ciuitatis exordio tãta est inter ipsos ciues alioquin Athenienses nata barbaries, vt nullum

Solœcismus vnde dictus.

pristinæ eloquentiæ & pronunciationis aut perexiguũ eluceret vestigiũ. Hinc factũ est, vt si quid inconditum, si quid

Oratoriæ actionis duæ partes.

in fabrica orationis horridũ deprehenderetur, solœcismus metaphora à dialecto, qua Soles vtebãtur, ducta vocaretur. Quod vocabulũ ad ea quoq; vitia significãda trãsferebatur, quæ in vtraq; parte actionis oratoriæ committebãtur, quarum altera in gestu consistit, altera in voce & accentu. Cum enim auctore Philostrato histrio quidã in Ludis Olympicis ὦ γῆ, ô *terra*, exclamasset, & manũ in cœlũ eleuasset, & paulò post ὦ Ζεῦ, ô *Iupiter*, subiunxisset, & manum in terram depressisset; Polemõ Sophista, qui quasi arbiter & iudex Ludis præerat, cœpit & ipse exclamare ὦ σολοικίζων, ô *solœcisans*, & tanquam ineptum è numero histrionum illum remouit. Si verò quæ Solœci proprio dicendi genere scripserũt litteris contestata haberemus, miram non tantùm in ipso dictionis ornatu, sed etiam in Accentuum sede deformitatem deprehenderemus. Et ne in his solis videar immorari, referam quod scribit Cicero in Oratore perfecto eos, qui Cariam, Phrygiã & Mysiam incolunt, cùm minimè politi minimeq; elegantes sint, asciuisse aptũ suis auribus opimum quoddam & tanquam adipatum dictionis genus, quod eorum vicini non ita lato interiecto mari Rhodij nunquã probauerunt, reliqui autẽ Græci multò minus, Athenienses verò omnino repudiarunt. Sed vt reliquos Græcos minus in dicendo elaboratos prætermittam, ad Atticos, Dores, Æoles, & Ionas venio. Attica quidẽ Dialectus cum gaudeat cõtractionibus & Synalephis vt ποιῶ pro ποιέω πατρῶ pro πατρόω natura sua, si de Accentu agatur, est περισπωμένη aut περισπαστική, id est, *circumflexũ aut in penultima aut in vltima amat.*

Attica dialectus gaudet cõtractionibus & Synalephis.

Cum tamẽ interdum Accentũ in priorem remittat vt ὄφεων Μενέλεως Æoles ea in re imitatur. Æolum dialectus est tota παροξυτονουμένη in trisyllabis nominibus vt βάσιλεύς πόσις pro βασιλεύς πόσις aut παροξυτονουμένη in dissyllabis, vt κάλως pro

Æolum dialectus.

pro κῆλος, ἄξυς pro ὀξύς, tradit enim Dionysius hoc esse innatum Æolibus, vt dictiones dissyllabas, quæ natura sua acuto in fine notarentur, ab ipsis contra aliorũ consuetudinem παροξυτόνως proferrentur, præterquam in Coniunctionibus & Præpositionibus, in quibus nunquam Accẽtum retrahunt. De Ionibus autem & Doribus hoc possum affirmare, eos maximè Accentum in iis collocasse vocalibus, quas in deliciis habebant. Dores quidem, qui pleniorem & grandiorem quendam sonum appetebant ἄλφα mirum in modum adamabant, & vt eam litteram sonantiorem redderent, in ea libenter accentum collocabant, vt apud Hesiodum & Theocritum δυοσμῴων ἐπιτελλομῴων idque in omnibus Genitiuis primæ & secundæ declinationis simplicium contra peruagatam rationem, quæ Accentum in vltima inflexum postulat, præstiterunt, vt Αἰνειάων, μεσσάων, quod licet Bœotis & Æolibus vulgò tribuatur, à Doribus tamen hic mos profluxit, qui huiusmodi Genitiuis, α, inseruerunt. Hinc facetè à Theocrito Edyl. 15. inducuntur duæ mulieres Syracusanæ Gorgo & Praxino, quæ cùm more Dorum Accentum sæpius in huiusmodi vocali collocarent, & lato ac diducto ore pronunciarent, & in sacris Adonidis omnia strepitu implerent, offensus tali accentu & pronunciatione peregrinus quidam, qui religionis causa sacris aderat, subcontumeliosè & asperè illis silentium imperauit, quarum altera irata Gorgo scilicet respondit:

In præpositionibus non retrahitur accentus.

Ionum & Dorũ dialectus.

Dores ἄλφα adamabant.

——πελοποννάστι λαλεῦμες
ἀνελόδεν δ' ἔστι δοκῶ τοῖς δωριέεσσι.
—— *Sicut in Peloponneso loquimur,*
Et vt mihi videtur, Doribus Doricè pronũciare permittitur.

Hinc apud Dores, vt notarunt antiqui Grammatici vsitatissimum erat, dicere in Aoristis ἐστάσαν, ἐφάσαν, ἐλάβον, ἐφύγον Accentu ex antepenultima in penultimam retracto. Ionas autem, quorum aures molliores erant, effœminatum quendam tonum aucupabantur, & si ad ε, ι, vel ει, aut η, commodè accentum reuocare possent, quia hæ vocales minus cauo ac patulo ore proferuntur, non aspernabantur. Hinc apud Herodotum qui totus Ionicus est φοιτέωσι non φοιτάωσι ξείνῳ non ξένῳ & apud Poëtas ἀληθέως non ἀληθῶς πθεῖω non πθῶ πτῶ non πτέω & his similia pleraque leguntur. Qui autem in finibus, quibus terminabatur imperium Græcorum degebant, tanquam Hybridę tùm sermonem, tùm pronunciationem ex varietate quadam partim Græca, partim Italiæ finitimam incoluerunt, ex Plauto in Menæchmis auguror, qui cùm aliqua vocabula partim Græca, partim Lati

Ionum aures molliores.

Latina ad risum mouendum festiuè contexuisset, ea in re Siculos imitatus, in fabulæ argumento ita auditorem præmuniuit

Atque adeo hoc argumentum Græcissat tamen
Verum non Atticissat, at Sicilissitat.

Lacedæmonij auitum dicendi genus non corruperunt.

Soli autem Lacedæmonij nec auitum & antiquum dicendi genus, nec pronunciationem corruperunt: cum ciues suos peregrinari proposito capitis supplicio non paterentur, ne & nouum tùm viuendi, tùm loquendi genus in Spartam asportarent, & ideo tanquam ea in re seueriores διαμεζίους sunt appellati. Mirum tamen non est tantam inter Græcos & pronunciādi & loquendi dissimilitudinem ortam fuisse, cùm in reliquis artibus voluptates oblectent dispares: vna quidem est ars & ratio cælandi & fingendi, in qua Phidias, Myro, Scopas & Polycletus excelluerunt, hi tamen omnes inter se dissimiles fuerunt, & in dissimili genere laudem nō mediocrem reportarunt. Et si hoc in omnibus etiam muris artibus est mirandum, quantò admirabilius in pronunciatione humana, quæ quocunque volueris mira & facilitate & varietate inflectitur?

Quo tempore accentus notari cœperint coniectura.

CVM antiqui vna cum nutricis lacte accentuum rationem haurirent, eos scribendo non pingebant, sed loquendo pronunciabant, quod veteres quidam codices, in quibus nullæ accentuum notę deprehenduntur, satis aperte testantur, & talem se vidisse Callimachum in suis Miscellaneis cap. 80. scribit Politianus, quem & ipse typis mandandum curauit, nullis accentibus expressis: & c. 58. fatetur se legisse quosdam versus Sibyllinos in vetustissimis quibusdam codicibus citra vlla fastigia. Ego quidem vetus quoddam manu scriptum Dictionarium vidi, in quo accentus nō collocabantur; his tamen motus testimoniis nullos scribendo olim accētus adhibuisse asseuerare vix auderem, nisi grauis Aristotelis accederet auctoritas, qui c. 3. Elenchōn dum Sophistarum in argumentandō captiones aperit, id clarissimis verbis confirmat cum ait περὶ ὧν πλὼ πεσαφδίαν ἐν μὲν τοῖς ἀνὸ γραφῆς, Διαλεκτικοῖς δ' ῥᾴδιον ποιῆσαι λόγον, ἐν δὲ τοῖς γραμμάτοις ἢ ποιήμασι μᾶλλον. id est, *ex accentu quidem in iis quæ sine scripto fiunt concertationibus Dialecticis non est facile sophisticum sermonē facere, in scriptis autem & poëmate multo magis.* Quasi dicat Græcos distinctissimè accentus loquendo pronunciasse, & ideo in familiaribus & mutuis Dialecticorum congressionibus, in quibus alter argumenta pro

proponeret, alter eadem in aduersarium retorqueret, ex accentu fallaciam Sophisticam contexere facilè non fuisse; At in scriptis sæpius ex ambiguitate accentus cōtrouersias grauissimas, cum non notarentur, profluxisse. Ideo cum nullæ accentuum notæ Aristotelis tempore in Homeri carminibus scriberentur, non paruum teste eodem Aristotele ab his versibus Iliad. ψ. manauit dissidium:

ἔστηκε ξύλον αὖον ὅσον τ' ὀργυιὴ ὑπὲρ αὔης
ἢ δρυὸς, ἢ πεύκης τὸ μὲν ἐν καταπύθεται ὄμβρῳ.

Quidam enim contendebant, poëtam voluisse significare partem ligni illius querni, quod terra affixum prominebat imbribus putrescere, aliam verò partem, quæ delitescebat virescere, & ideo ἓ esse legendum ἐφιστομένῳ: Alij verò in contrariam inclinabant sententiam. Tandem vt testis est Aristoteles 3. Rhetoricorū, & Alexander Aphrodisæus in c. 3. Elenchōn Hippias Thæsius omnes scrupulo exemit, & ἓ negationis more legendum esse statuit. Iam verò hæc carmina Homerica ambiguitate sublata ita pinguntur, Iliad. ψ. vers. 328. vbi de meta, & equis ad eam currentibus agitur:

ἔστηκε ξύλον αὖον ὅσον τ' ὀργυιὴ ὑπὲρ αὔης
ἢ δρυὸς, ἢ πεύκης τὸ μὲν ἐν καταπύθεται ὄμβρῳ.

Id est, *Stat lignum aridum quantum vlna supra terram*
Siue quercus, siue piceæ, quod quidē non putrescit imbribus.

Alterum locum Aristoteles ex Homero, vt ipse ait deprompsit, citat, vbi de somnio Agamemnonis agitur:

διδοῖμι δὲ οἱ ὄνειρος ἀρειῆς

In quo anceps & ambiguus sensus tempore Aristotelis delitescebat, an scilicet esset legendum παρξυτόνως,

διδόῖμι δὲ οἱ οὖνος ἄρειῆς

vt διδόῖμι sit pro διδοίμην & διδοίην quasis his verbis Iupiter imperet somno, vt det Agamemnoni quod maximè expetebat. An verò esset legendum περιπαρξυτόνως

διδοῖμι δὲ οἱ οὖνος ἄρειῆς

vt sint verba Iouis, quibus proprio imperio voti compotem facit Agamemnonem, quasi sit prima pluralis, *damus Agamemnoni*. Sed hoc postremum exemplum ab Aristotele fictum, & apud Homerum minimè legi Alexander Aphrodisæus contendit; siue verò ille versus sit Homericus, siue illi falsò ascriptus non est iam nostri instituti inquirere; sed hoc vnum ad propositum nostrū facit, veteres in scribendo nulla accentuum signa finxisse: sicut nec Hebræos sua puncta nisi paulò post tempora Honorij Imperatoris, vt notauit lib. 2. suæ Chronologiæ vir omnium linguarum peritissimus Genebrardus. Ideo existimarim clarissimum illud Christianæ Reip. lumen D. Hieronymū ea arte punctorum non

Hebræorū puncta quando primum scribi cœperunt.

D. Hieronymus qua difficultate linguã Hebraïcam pronunciarit.

nondum inuenta destitutum, Latinæ & Græcæ linguę splédore nõ contentum, tamdiu in Hebræis vocibus addiscendis desudasse, & cùm stridores & anfractus more Iudęorum spiritu aspero & horrido pronunciare non posset, vt omnẽ impedimenti ansam præscinderet, ætate iam decrepita cuidam Barrabano Iudæo, qui ad ipsum, vt aliorum furorem declinaret, nocte diuertebat, se excolendum tradidisse, & dentes anteriores lima contriuisse. Sed ne à Græcis ad Hebræos defluat sermo, ad Græcos redeo; quibus præter vulgatum & maximè tritum scribendi genus à sinistra ad dextram, aliud quoddam præsertim poëtis interdum vsitatum fuisse scio, cuius ratio nullum sine confusione maxima accentibus locum permittebat. Scribit siquidem Pausanias poëtis quoddam scribendi genus permissum fuisse, quod Græci βυστροφηδὸν appellabant, cùm scilicet ad finem prioris versus peruentum est, non iterum ad principium, videlicet à sinistra ad dextram, recurritur, sed à dextra ad sinistram conuersis tabellis, deuenitur; vt in diaulo cursu fit, dum ad metam quis appulit, facie conuersa eadem quidem via, sed vestigiis cõtrariis ad idem, vnde pedem extulerat, punctum se recipit; Aut, vt clariùs exponam, vt ab Aratoribus fit, qui dum ad partem extremam sulci peruenerunt, bobus cum Aratro conuersis, alterum sulcum in contrarium ducunt, & ad talem morem T. Quintum Attam in sua Comœdia allusisse existimo, dum dixit, *vertamus vomerem in ceram, mucroneq; aremus osseo*: & inde versus nomen detortum fuisse autumo; Consuetudinem autem scribendi, quam, βυστροφηδὸν, vocabant, talem fuisse, coniicio (licet nõ ignorem quosdam probabiliter non ita sentire, & dicere Hebræorũ more ordine, præpostero litteris inuersis scripsisse)

Græcorum scribendi genus à sinistris ad dexteram.

μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος
οὐλομένην, ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε
πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν

Talis autem scribendi ratio vix accentus patiebatur, cùm si hoc factum fuisset, superiorum & inferiorũ vocabulorum Accentus in eundem ordinem cum summa confusione & ambiguitate incidissent. Quamuis autem me in suas facilè partes alliciat, quod superius ex Aristotele attuli testimonium, puto tamen in testamentis & aliis tabularum grauiorum generibus aliquos, raros tamen Accentus ab antiquis collocatos fuisse; præsertim dum aliquod occurreret vocabulum, quod ex varietate Accentus alienam à mente vel legislatoris, vel testatoris, alteriúsve personæ pactũ incũntis significationẽ indueret: secus inde forensium rixarum non

Quando accẽtus ab antiquis apponi soliti.

minora orta fuissent seminaria, quàm olim ex notis quibusdam ad celeriter & breuiter scribendum expeditis, & à Mæcenate, vt vult Dion Nicæus in Augusto, inuentis, de quibus loquitur Martialis cum canit.

Currant verba licet, manus est velocior illis,
Vix dum lingua suum, dextra peregit opus;

quæ tandem cùm passim ab amanuensibus & tabellionibus vsurparentur, infinitam quandam litium multitudinem excitarunt, quibus cum vix senatus vacare posset, ne quis in posterum huiusmodi notis vteretur lege prohibitum est. Si enim hoc quod apud Thucydidem in 2. libro legitur oraculum Apollinis

ἥξει Δωριακὸς πόλεμος καὶ λοιμὸς ἅμ' αὐτῷ

Veniet Doricum bellum & pestis cum ipso.

Cum quidam Apollinem λιμὸν, id est, famem, alij λοιμὸν, id est, pestem prænunciare dicerent, ita Athenienſium animos rei euentu suspensos & ambiguitate fluctuantes tenuit, vt veritatem nunquam assequuti fuerint, donec Doricum bellum pestis calamitas, quæ vniuersam penè ciuitatem deleuit est subsequuta; quantò maiores & frequentiores pepererissent discordias nõ pauca vocabula Græca, quæ si Accentu germano spoliata fuissent, & lectorum, & Iudicum oculos ambiguitatis tenebris excæcassent? Quis siquidem non videat maximum intercedere discrimen inter φάος *insula nomen*, & φᾶος *vestem*, inter μυρία *infinita* & μύρια *decem millia*, inter κύων *canem* & κυῶν *prægnantem*, quod tamẽ non apparebit, si sola verba à suis Accentibus diuulsa depinguntur. Quo autem tempore in singulis dictionibus Accentus notari cœperint, & apud quos nemo, quẽ legerim, scriptum reliquit, ego verò quid sentiam libenter aperiam. Itaque existimarem paulò ante Ciceronis tempora aut ipsis Ciceronis temporibus, quibus aut Romani adolescẽtes Athenas ad eloquentiam addiscendam proficiscebantur, aut ad docendũ Athenis Romam nobiles tum Rhetores, tum Grammatici vocabantur, Accentuum collocandorum rationem vsurpari cœptam fuisse. Liuius quidem & Ennius, qui Ciceronis ætatem multis annis præcesserunt, vt Suetonius Tranquillus fatetur, primi ferè omnium in Vrbe Græcè docuerunt, & si quid Latinè animo cõcepissent, illud è scripto prælegebant, qui, cùm, summa omnium Romanorum admiratione, Græcè, Oscè, Latinè scirẽt teste Agellio, tria corda habuisse dicti sunt; horum verò alter Ennius scilicet Marcum Portium Catonem suprema senectute affectum auctore Plutarcho in eius vita lingua Græca tinxit, cuius pronunciationem non est verisimile tam citò eum assecutum

Quo tempore singulis dictionibus Accentus cœperint apponi, coniectura.

Ennius & Liuius primi Romæ Græcè docuerunt.

Lib. 17. cap. 17.

Secunda coniectura.

fuisse, nisi aliquæ Accentuum notæ tanquam præsidia facillima accessissent. Sed esto: sit minus probabilis hæc coniectura, verisimilior tamen erit ea, quæ ex Ciceronis ætate depromitur, in qua ferè omnes Romani, in linguâ Græcam auidè aduolabant, cuius nunquam suauitatem attigissent, nec comprehensam conseruassent, nisi aut diu multumque Athenis morati fuissent, quod omnes præstare non potuerunt, aut tonorum signa familiaria habuissent, quod credibilius iudicarim. Quasi verò Publ. Crassus teste M. Valerio lib. 8. c. 7. in Asiam ad Aristonicum debellandum missus, ipso nauigationis & itineris tempore, quod breuissimum fuit, quatuor linguas Doricam, Ionicam, Atticâ & Æolicam tanta celeritate didiscisset, si accentuum adminiculo destitutus fuisset? Nihil dico de Molone Rhetore qui teste eodem Valerio lib. 2. c. 1. linguam & studia Ciceronis exacuit, primusq; Græcis actionibus in curia Romana aditum muniuit, & multos Romæ Græcè erudiendos suscepit. Ætate autem Ciceronis agresti tono corrumpebatur ipsa suauis & Attica pronunciatio; nam & Romani, qui sua lingua ius vbique dicebant, nō parum Græcam minuebant, suam verò augebant, cui tantum tribuebant, vt Ciceroni, ipso teste in Verrinis, Senatus Romanus grauiter succensuerit, quod Senatui Syracusano Græcè responderit; & Asiatici homines peregrini vt fatetur idē Cicero in 3. de Oratore libro, capti nomine & vrbis auctoritate propriis domiciliis relictis Athenas aduolarunt, ibi domicilium fixerunt, ciuitatem nobilissimam peregrinis impleuerunt, qui licet eruditissimi homines essent, eos tamen quiuis verus Athenensis indoctus nō verbis sed sono vocis, nec tam benè, quàm suauiter loquendo superabat. Corruisset autem Græca pronunciandi consuetudo præsertim inter Romanos & alios externos, aut semper ex Græcia noui aliqui fuissent vocandi magistri, nisi accentuum pingendorum mos locum habuisset. Linguæ enim Latinæ maiestas & splendor adeo linguam Græcam obscurârat, vt in ipsa etiā Græcia tempore Plutarchi eodem teste, omnibus pœnè familiaris fuerit Latinæ linguæ vsus, adeo vt mihi ea quoque ætate etiam inter Græcos necessariæ videantur fuisse accentuum notæ, ne crebræ de antiquo sono orirentur difficultates & contentiones. Ætate autem Plutarchi accentus fuisse notatos videtur satis innuere ipse Plutarchus in eo opusculo, in quo Virtutem posse doceri demonstrat, cum inquit: *ἆρ' οὐ πάνυ γιγνώσκω, πότερον πλῶνας ἀναγνωστέον*, id est, *neque potest aliquis dicere de accentu factam fuisse seditionem an sit legendum πλῶνας* (scilicet accentu circumflexo an alio) quo ex

P. Crassi in lingua Græca addiscenda celeritas mira.

ex loco colligo & lectos & notatos fuisse eo tempore summa diligentia accentus, imò vt latius exponam cùm de Spiritibus agam, tempore Athenæi teste Eustathio in Iliad. χ. p. 1271. non tantùm in iis vocalibus, quæ primum in vocabulis locū sibi vendicant, sed in iis, quæ in medio vocabulo collocantur Spiritus fuisse notatos constat, hoc modo *λάος*, *δξύαλος*. Nec mihi aliquis obiiciat antiquissimos quosdam illius temporis, si qui sint, codices, in quibus nulla Accentuū vestigia elucent, cùm & alij reperiantur vetustate commēdatissimi, in quibus Accentus omnes exprimuntur, & liceat testimonium testimonio euertere. Eos verò, qui eo tempore Accentibus præscissis libros exararunt, fuisse veteris illius Aristotelicæ ætatis æmulos & antiquitatis amantes verisimile est; Reliquos autem qui Accentibus adhibitis scripserunt, morem Ciceronianæ ætatis & consuetudinem quæ posteà vbique inualuit, sequutos fuisse probabile est. Possem autē citare pro meæ causæ patrocinio octingentos ferè codices manu scriptos & antiquitate celebres, à Græcis hominibus, & in Græcia olim exaratos, multis ante sæculis, quàm in Turcarum ditionem ea prouincia veniret, & in Bibliotheca Catherinæ Medicis, Regum quondam Galliæ matris repositos, quos vt id in quo versor, obseruarem perlustraui, & Accentus vix in vllo desiderari deprehendi. Addam & illud non infirmum testimonium, me Anicij in templo Diuæ Mariæ sacro vidisse vtriusque testamenti volumen manu scriptum, quo Diuum Hieronymum vsum fuisse Canonici certò tenent, in quo nullæ Accentuum notæ desiderantur.

Spiritus olim fuisse notatos in vocalib. in medio vocabulo collocatis.

An Accentus, & Spiritus in iis, quæ maiusculis scribuntur litteris sint pingendi.

Vsvs, qui est alter rerum magister apud omnes typographos talem sibi peperit auctoritatem, vt in iis, quæ maiusculis scribuntur litteris, Spiritus & Accentus prætermittantur; sed quàm illud & rationi & Græcorum consuetudini consentaneum sit, sub *Iudice*, vt ait poëta, *lis est*. Equidem scio rationes illis, quibus se tueantur & tegant non defuturas: Obiiciēt enim venerandam antiquitatem, quam tanquam ducem & magistram se sequi clamabunt. Opponent veterum quorundam codicum exemplaria; Adferent statuarum marmorearum perbreues inscriptiones, qualis fuit ea, quæ tempore Martialis visebatur, cuius & ipse meminit lib. 9. Epigrammatōn, dū loquitur de statua Herculis:

Græcè nunquid, ait, poëta nescis?
Inscripta est basis, indicatq; nomen

Maiusculis an apponendi Spiritus & accentus.

ΑΥΣΙΠΠΟΥ *lego, Phidiæ putani.*

Egò verò & si eorum sententiæ iam à viris eruditis probatæ non audeam ita refragari, vt eam omnino reiiciam; vix tamen possum illis assentiri. Si enim sola spectetur antiquitatis auctoritas, ne in iis quidem, quæ minoribus scribuntur characteribus Accentuum notæ sunt depingendæ, cùm apud antiquos tempore Aristotelis nullus omnino Accentuum scribendorum floreret vsus; Si verò non priorum illorum Græcorum, qui Aristotelis præcesserunt ætatem, sed posteriorum, qui Ciceronem sunt subsequuti, habeatur ratio, nullum habent aut illud perexiguum, quo à maiusculis excludant Accentus, testimonium: cùm in antiquis Codicibus scriptis à mille, nongentis, octingentis, septingentis, sexcentis & quingentis annis, sæpius, vt curiosè obseruaui, maiusculæ & spiritu, si leni posteriore parte vocalis, H, hoc modo ɪ, si aspero, priore parte eiusdem vocalis hoc pacto, Ⱶ, & Accentu natiuo notarentur. Nolim tamen negare aliquos etiam videri, in quibus à maiusculis accentus excluditur, cum semper aliqui fuerint, qui priscum illum Græcorum morem retinere voluerint; ratio tamē tacitè postulat, vt in omnibus Accentus collocentur, cùm & æquè in iis, quæ grandioribus scribuntur characteribus, sicut & in iis, quæ angustioribus pinguntur, possit lectorum lingua labi, quæ Accentu tanquam tacito magistro dirigitur. Et ne aliquid nouum confingere videar, in medium profero, quæ in Bibliotheca Reginæ regū quondam Galliæ matris, seruātur D. Greg. Nazianz. opera Græcè summa cura scripta, & pictura illuminata, ac olim Basilio Constātinopolis & Græcorū Imperatori qui à 700. annis tēpore Adriani 2. Pontificis imperauit, data, ac ab eodē & filiis conseruata, in quibus quamuis ferè vbique videantur maiusculæ litteræ, nihilominus sōferter & Spiritus, & Accentus ponuntur, & hoc vnum opus vt potè Imperatorium ac ab erroribus, vt vidi, alienum præferrem omnibus marmoreis inscriptionibus: Nec hoc solo contentus propugnaculo, vidi in aliis libris eleganter manu exaratis breues titulos, & concisa in fine epigrammata, litteris antiquis scripta, hisque maiusculis, in quibus nulli Accentus & Spiritus in nominibus etiam propriis requirebantur, quę si hic insererem longiùs, quàm institutum postulat, libellus excresceret. Sed hac in re liberum censeo, quod quisque velit & probet, imitari, & tueri, sola contentus admonitione & obseruatione.

Veterum apponendi maiusculis accentus & spiritus ratio.

Quid sit προσῳδία, & quot eius genera.

Accentus quid. ACCENTVS Græci προσῳδίας & τόνος, hoc est numerosas quas

quasdam modulationes & eleuationes, quæ concentum in pronunciando temperent, sapiēter appellarunt. Latini verò teste Agellio lib. 13. c. 6. Græcos imitati eos *tonores, tenores, tonos, vocum notas & moderamenta, accentiunculas*, & *vocalationes* nominarunt: quibus & nouum nomen imposuit Martianus Capella cùm eos *fastigia* & *cacumina* vocauit, quia tanquam vocum domini superiorem dum scribimus sibi vendicarent ordinem. Non defuerunt, qui eos τὰς ψυχὰς φωνῶν, id est, *animas vocum*, καὶ τὰ μουσικῆς σπέρματα, id est, *Musices semina*, esse dixerunt: vt enim omnes motus interiores, quibus tùm reliquorum animalium, tùm nostra corpora cientur & agitantur, ab animo deriuantur, qui vbi superiorem cerebri partem neruorum omnium receptaculum calore quodam vitali & suaui effecit, nerui admirabilibus diuerticulis in reliquas corporis partes diffusi tacito cōcentu omnia vel minima membra mouent; sic Accentus suaui quodam motu syllabas afficiunt, cuius iucunda varietate sponte sua oratio quadratur, & naturali quadam concinnitate nullo externo voluptatis accersito aucupio aures dulciter titillantur. προσῳδίας autem nomen, vt & ipsa nominis derivatio & compositio satis indicat, à cantu & Musica arte quadam comparata, ad naturales vocum sonos & Accentus significandos translatum est. Hesychius enim προσῳδίαν esse dicit τὴν μὴ ὀργάνῳ ᾀδομένην, & Critias teste Polluce lib. 4. c. 9. προσῳδίας τοὺς πρὸς κιθάραν ᾄδοὺς appellauit, Pollux autem musica instrumenta προσῳδοὺς ὀργανα, ad differentiam τῶν ἐμπνευστῶν vocauit. Suidas verò in eundē incidere sensum videtur, qui προσῳδὸν & μελῳδὸν tanquam synonima collocauit. Hinc factum est, similitudine quadam ab instrumentis Musicis deducta, quæ suaues dum aptè & scienter tanguntur & tractantur emittunt sonos, vt non solum Accentus, sed & syllabarum quantitas & Spiritus, quæ omnia aliquo in genere vocum concentum moderantur, προσῳδίας nomine, latè sumpta significatione includerentur. Si enim Accentus, quibus syllaba vel attollitur, vel deprimitur, vel quantitatē, qua vel producitur, vel corripitur, vel Spiritum, quo vel asperè, vel tenuiter effertur, spectemus, hæc omnia veluti in Lyra disposito neruos esse deprehendemus, quibus voces; prout aurium iucunditas postulat, variè commutantur. Hinc Cicero ait in tertio de Oratore Dialogo, voces vt chordæ sunt intentæ, quæ ad quemcunque tactum respondeant; acuta, grauis, cita, tarda, magna, parua; quas tamen inter omnes, est suo quæque in genere mediocris. Atque etiam illa sunt ab his delapsa plura genera, lene,

Accētuum Latina nomina.

προσῳδία quid. Hesychio. Critiæ. Polluci. Suidæ. Aristophani.

asperum,contractũ,diffusum,continenti spiritu,intermisso, fractum,scissum,flexo sono,attenuatum, inflatum. Nullum est enim horum similium generum, quod non arte ac moderatione tractetur; Hi sunt Oratori vt pictori expositi ad variandum colores. Quamuis autem προσῳδία tanquam genus ad Accentus,Spiritus, & syllabarum quantitatem significandum latè transferatur, sumitur tamen Synecdochicῶς & Antonomasticῶς pro solis Accentibus,qui magis proprio vocabulo τόνοι à Græcis appellantur. Τόνος autem vocabulum ad varia significanda à Græcis auctoribus detortum fuisse reperiemus: & in primis: si natiuam illius significationem inspiciamus,τόνον ἀπὸ τοῦ τείνειν deductum, quandam intentionem seu cõtentionem significare dicemus, ita vt Accentus nihil aliud sit,quàm quędam vocis contentio,quę clarius in alia syllaba,in quàm cadit Accentus,elucet,quàm in aliis eiusdem vocabuli syllabis, quæ remissiores quasi langueſcunt:vt dum dico τυπτόμενος,tertia à fine syllaba,πτό, quasi viribus grandioribus assurgit, & intenditur, reliquæ autẽ demittuntur. Mathematici quoque motus celerrimos, quibus superiores & cœlestes globi conuertuntur, quosque φορὰς alio vocabulo dixerunt, eosdem τόνους appellarunt. Hinc Latini Philosophi cùm de motu lationis loquuntur, ad nomen τόνου alludentes, cœlestem illam conuersionem, intensissimam hoc est incitatissimam & celerrimam communi artis nomine vocant; sic cùm in omnibus vocabulis quidam motus vigeat,quo ab vna in aliam deuenitur syllabam, is certè motus inter reliquos sonantior percipitur,qui in syllaba Accentu affecta deprehenditur. Galenus autem corporis vires passim τόνους appellat, & apud eundẽ τὸν τόνον ἀπολύειν nihil aliud est,quàm vires ita debilitare,vt omnino fractæ & dissolutæ concidant: eodem planè modo Hippocrates stomachum debilem & calore destitutum, quem nausea singulis ferè momentis inuadit,ἄτονον στόμαχον nominat:Sic similitudine inde deducta Accentus, dictionũ robur & vires non ineptè dicemus.Apud alios verò Medicos Græcos,maximè apud Hippocratem,nerui τόνοι dicuntur,& metaphora inde deprompta Vitruuius teste Turnebo lib. 2. Aduersariorum cap. 4. funes,quibus Catapultæ bellicæ machinæ intendebantur,τόνοι vocauit:quemadmodum & Pollux libro primo loreos neruos, qui curribus admouentur, & lib. 5. retia ex variis neruis contexta τόνους quoque appellauit. Eadem sanè ratione Accentus,neruos quibus tota vis pronunciationis fulcitur,licebit nominare.Apud Herodotũ autem lib.1. idem est tonus & versus, dum inquit, τρίμετρον τόνον χρῆν,id est,*trimetro versu vtitur*; quam significationem nostro

προσῳδία quàm latè pateat, & eius præcipua significatio.

τόνος vocabulum quid significet Græcis.

Accentus quid propriè.

nostro quoque instituto accommodare possumus; quemadmodum enim versus egregia quadam pedum iunctura & fabrica aures ad se allicit, sic Accentus suauiter pronunciatus easdem ad se trahit. Nec supersedebo ab ea significatione, cuius meminit Plinius lib. 35. c. 5. cùm,inquit,splendorem intermedium inter vmbram & lumẽ in imaginibus & picturis τόνον appellari: vt enim in tabula picta potior laus est in lineis, quæ separant lumen & vmbram,quarum ope, id quod est illuminatum magis extat & eminet: sic syllaba ea, in qua Accentus ponitur,clarior & eminentior reliquis eluceſcit.Sæpiùs verò & communiùs omnes omnino soni τόνοι appellantur: frequentius tamen Antonomasticῶς varij hominum apud diuersas nationes pronunciandi, & canendi ritus τόνοι quoq; dicuntur, hinc Aristoteles lib.5. de Genera. animalium ait τόνος ὁ ἡδιστος ἦχος καθ' ἑκάστην λύδιος τόνος, καὶ φρύγιος τόνος. Sed variis enumeratis significationibus ad definitionem generaliorem veniamus, quam ita tradit Lascaris lib. 1. προσῳδία ἐστὶ τόνος φωνῆς πρὸς ὃν ἄδομεν, *Prosodia est tonus vocis ad quem canimus.* Plures Grammatici sic eam describunt προσῳδία ἐστὶ τόνος τῆ φωνῆ ἐγγραμμάτου, *Prosodia est tenor vocis eius, quæ litteris exprimitur.* Latini verò prosodiam largè definiunt,modum omnem, quo syllaba afficitur,tùm loquendo, tùm scribendo. Eius verò decem genera vulgò enumerantur ὀξεῖα, βαρεῖα, περισπωμένη, βραχεῖα, μακρὰ, ψιλὴ, δασεῖα, ἀπόστροφος, ὑφὲν, ἁφὴ λή, tres quidem postremas diuisionis partes ἀπόστροφον, ὑφὲν & ἁφὴν meritò quidam à prosodia reiiciunt, cùm sint potius πάθη,id est,affectiones,quæ non ad quantitatem, vt prosodiæ species,sed ad qualitatem referendæ sunt. Moschopulum tamen nõ dubitem dicere ridiculum esse, dum causam adfert, cur propriè sint tantum septem προσῳδίας formæ Apostrophus autem,hyphen, & hypodiastole, non nisi catachristικῶς:quia inquit cæterę prosodiæ ex elemẽtis fiunt: nam λάμβδα maiusculum, Λ, sectum in duas partes ' ' acutum & grauem accentum procreat,vt ipsa figura satis indicat, ἧτα, verò, Η, in tres partes diuisum longam,breuem,& circumflexam prosodiam gignit: superior enim pars ^ fuit nota circumflexi, pars verò inferior ˇ est signum interualli & temporis breuis,linea verò, quæ medium corpus secat – est indicium temporis longi; Spiritus autem ex littera ἧτα, Η, bipartita emergunt, sed ὑφὲν, ἀπόστροφος, & ἁφὴ λὴ ex elementis non oriuntur, & ideo è numero προσῳδιῶν remouentur: hanc Moschopulus rationem finxit, sed quàm subtilem cuiusuis examinandam iudicio relinquo. Quia tamen hæ tres postremæ partes tùm ad bene scribendum, tùm ad

προσῳδία quid.

Prosodia quid Latinis.

Moschopuli error.

bene pronunciandum multum faciũt, aliqua de iis dicemus quæ non satis explicata à Grammaticis video.

ὑφὲν quid. Ὑφὲν quidem legitur; sed vt opinor corruptè pro ὑφ' ἓν quasi intelligatur μίερος λόγε, id est, sub vna orationis parte. ὑφ' ἓν itaque appellatur à Latinis subunio, seu coniunctio, cuius beneficio duas discretas voces aut plures sic nota aliqua coniungimus, vt simul vnitæ videantur. Signum autem huius affectionis aut est semicirculus pandus hoc modo ⁀, tanquam si σίγμα maiusculum Ϲ supinum colloces, ↄ, Aut est linea recta ‾, aut est linea semicirculo in medio collocato ⌒ vt apud Latinos ante dux. Iam verò apud Græcos rarus est huius affectionis vsus, & vsus vulgo in vocabulis ita coniunctis nullam notam deprehendimus, vt licet intueri similibus vocibus ὁποιοσῶν, ὁποιοσπεσῶν, καθαπερεί, ὁπωσῶν ὡπερῶν, ὁσισδήν, in quibus dictionibus ad ostendendam varietatem particularum σίγμα quod in fine tantum solet adhiberi, & quod in medio valere solet, στ, collocatur, nec mirum est non fingi tales notas, cùm interdũ in vno & eodem vocabulo tres essent scribendæ, vt si disiungas ὁποιοσδηποτῶν, hac ratione ὁποῖ⊙ - δή, ποτ' - ῶν. Cum verò sic scribuntur Accentus & spiritus non sunt prætermittendi. Porrò quæ sic per Hyphen coniunguntur, non vnam solam orationis partem efficere putãdum est, sed talem inter similes particulas affinitatem intercedere, vt vna aliam quasi Homerica Catena liget & ad se trahat.

Διαστολὴ quid. Διαστολὴ est superiori affectioni opposita & disiunctio seu diuisio à Latinis appellatur, ab Eustathio pag. 1465, χωρισμός, id est, *separatio*, seu *distinctio*, cuius auxilio voces, quas imperitè possumus coniungere separamus, eius nota apud aliquos est dextra pars circuli ad imas litteras depressa hoc modo ⸦, Apud alios est sinistra pars circuli, vel incisum quod vulgò dicitur, virgula hoc pacto, ⸧, ὅ, π interiecta nota inter ὅ, & π ad discrimen aduerbij ὅπ, eodem planè modo scribimus φ, π & ὅ, πε vt ab Aduerbiis ὅπε & φπε distinguantur, sic ὅ, π ad differentiam Aduerbij ὅπε, & hanc notam inserẽdam esse existimo, cùm ambiguitas aliqua oriri potest, secus ab ea abstinendum. Ideo non probarim eos codices maximè Aldinos (in aliis tamen laudabiles) in quibus ὅτι, π & ὅϥ, π inciso interposito scribuntur: quæ enim ambiguitas inde nasci potest? Latini quoque ea, dum opus est nota, vtuntur vt apud Horatium

Me, tuo longas pereunte noctes, &c.

Iulius Cæsar nunquã dictiones diuisit. Ne ab imperitis legatur *metuo*. Ab hac autem affectione ita Iulius Cæsar abhorruit, teste Suetonio, vt nunquam dictiones diuiserit.

Restat

Apostrophus. Restat Apostrophus, de qua affectione cum ad priorem Grammatices partem commodius referatur, nihil habeo quod dicam, præter pauca, quę ad pronunciationem Græcam faciunt, & ideo cum Accentibus mihi cõiungenda videntur. Habeo igitur, vt ante me alij subdubitarunt, illam præceptionem Grammaticorum dubiam, quæ iubet duas dictiones Apostropho affectas instar vnius esse proferẽdas. Iudicarem enim moram aliquam esse faciendam, vel certè leniter & aliquantulũ suspẽdendam esse vocem ad omnem ambiguitatem tollendam. Et ex Aristophane in Ranis non obscurè colligimus peritiores olim moram aliquam, quæ elisionem posset indicare, in communi colloquio vsurpasse: Is enim pro more suo comico mordaci & scurrili irridet Histrionem, qui cum in scena recitasset hunc versum Euripidis in Oreste:

ὦ κυμάτων γὸ οὐδὲς οὐ γαλήν' ὁρῶ.

nullam moram in Apostropho adhibuerat, & auditorum aures quasi incertas reliquerat, vtrum γαλήν' ὁρῶ pro γαλὴν' ὁρῶ dixisset, an γαλῶ ὁρῶ. Sic interdum risum excitasse dicunt hunc Epicharmi versum

ὁ ζῶς μ' ὀκάλεσε πέλοπι γ' ἔρανον ἐπῶν.

Auditores enim existimabant dixisse histrionem γέρανος non γ' ἔρανον.

Sed prætermissis his Prosodiæ formis, & generali illa Prosodiæ definitione, eam quæ Accentibus maximè conuenit aperiamus. Est igitur Accentus, *mensura syllabæ, quæ seruatur aut scribendo, aut pronunciando, prout certa aliqua ratio & lex, aut consuetudo postulat.* Mensura est genus; ad quantitatem enim, vt egregiè notauit Augustinus Nyphus in caput 3. Elenchũ Aristotelis, & subtilis Scaliger lib. 2. de Causis linguæ Latinæ, non ad qualitatem, vt ferè omnes Grammatici putant, Accentus spectat. Voces enim, quæ vel lentiùs vel tardius, vel citius, vel vehementiùs, vel sonantiùs pronunciantur, ab aëre circumfuso & in orbem agitato ad aures transferuntur; singularum autem syllabarum altitudinem, quæ Accentum constituit, quasi media quantitate metimur, & id quidem aut quasi linea perpendiculari, quæ ascendit hoc modo ˊ & hinc nascitur acutus: aut quæ descendit hoc pacto ˋ & hinc oritur grauis: aut partim ascendente & descendente, simulque concurrente instar circini aperti hac figura, ˆ, & inde circumflexus proficiscitur. Reliqua verba in definitione posita differentiæ partes sustinent, & in primis, dixi esse *mensuram syllabæ*, quamuis enim in singulis syllabis vocabulum vnum constituentibus aliquis accentus resideat, Accentus tamen, qui dicitur prædominans

Accentus quid.

Accentus prædominans.

& princeps in vna sola syllaba collocatur,& est veluti mensura reliquarum,vt dum dico τύπτομαι, Accentus prædominans,acutus scilicet, primam sibi vendicat syllabam, quam metitur,in reliquis vero Accẽtus,qui dicitur syllabicus subintelligitur. Syllabam verò appello spiritus comprehensionem,ad vocabulum aliquod si illud sit monosyllabum, aut partem vocabuli si vnã excedat syllabam,exprimendam.Est autẽ in triplici discrimine cõstituta,nam vel ex alia vocali, α, ι, η, ε, ο, ω, vel ex duabus vocalibus in mixtam vnam coëuntibus,vt ex diphthongis,quæ gemini- sonæ vocãtur, vel ex consonante altera, aut pluribus adiuncta aliqua vocali cõflatur.Adiunxi tandem in definitione,esse mensuram syllabæ,*quæ seruatur aut pronunciando aut scribendo*,quoniã dum pingimus notam quoq; aliquam Accẽtus delineamus, & dum loquimur syllabam accentu affectam quadam vocis varietate indicamus. Denique hæc verba sunt adhibita *prout aut lex , aut consuetudo postulat*. Lege quidem intelligimus analogiam,similitudinem , & regulas,quas traditurí sumus ; consuetudine verò diuersam Dialectum , quæ pro more nationis & populi Accentum commutat.

Accentus syllabicus.

Quot sint Accentus,& quæ eorum notæ, ac qua ratione singuli sint pronunciandi.

Vocum tres formæ.

Accentus tres.

Cvm tres tantùm censeantur vocum formæ,acuta,grauis & intermedia seu temperata ; sic tres solùm Accentus numerantur acutus, grauis , inflexus , quod confirmat grauissimum Ciceronis in Oratore testimonium : *Mira est*, inquit, *natura vocis,cuius quidem è tribus sonis omnino, inflexo, acuto , & graui , tanta sit & tam suauis varietas profecta in concentibus*. Et Theagus Pythagoricus , qui Doricè scripsit apud Stobæum, inquit : ἁδ' ὲν τᾷ μωσικᾷ ὲν τᾷ ὑπεξλείᾳ τὲ ὀξὺ , καὶ τὸ βαρὺ τὲ σύμφωνον πέπλωκεν. ἀλλ' ὲν τᾷ ταῦπί πως συναρμόξαᾳ συναρμογὰν τᾷ ὀξέος , καὶ τᾷ βαρέος τὸ μὲν σύμφωνον ἀναπλαμβάνε τὲ ὃ διάφωνον ἀπέρκε. Id est : *Nec in Musica , si adimas acutum & graue harmonia & concentus creabitur : sed si hæc quodam modo iuncta fuerint concinnam modulationem acuti & grauis toni facient , & ibi concentus percipietur , & quæ dissonantia sunt expellentur.* Alij similitudine quadam ab aurificis statera deducta hanc tripartitam diuisionem ante oculos subiiciunt. Quemadmodum enim alterum stateræ latus sursum eleuatur , alterum verò deprimitur , aut si in vtraque lance æquale sit pondus in neutram partem se inclinat: sic vox , interdum vehementiùs & altiùs emissa in aures acutè,aut debilius prolata grauiter, aut moderatius pronunciata inflexè,& temperatè influit. Non desunt , qui totam hanc varietatem ad motus naturales referant , in quibus triplex vicissitudo cernitur; corpora quippè leuiora, vt ignis è conspectu nostro procul è terra in superiorem partem, abripiuntur, & hunc motum Accẽtum acutum imitari volunt, qui quasi sagitta contorta superius ita euolat, ' ; grauiora verò corpora vt lapides , & quæ è venis & visceribus terræ eruuntur metalla , maximo impetu è superiori loco demissa ad centrum terræ deferuntur , & hunc motum grauem accentum æmulari asserunt, quasi enim columna delapsa, & se in latus inclinatura depingitur hoc pacto, '. Sunt verò alia corpora mediæ cuiusdam naturæ, vt venti & exhalationes, quæ è terra radiis Solis excitantur , & in orbem posteâ per aërem agitantur, & hunc motum accentum inflexum exprimere dicũt: illius enim altera pars sursum , altera deorsum vergit, hac ratione ^. Porrò acutum & graue homonyma sunt , vt testatur Aristoteles in libris de Physico auditu , & in Topicis , cùm nec eadem ratione ensem acutum , Angulum acutum , pyramidem acutam, vocem acutam dicamus,nec eodẽ modo ferrum graue, vocem grauem appellemus. Ensem quidem eum acutum nominamus,qui vi quadam subtili,vel vulnus infligere , vel aliquid transfigere potest ; sic angulum acutum Mathematici testantur eum esse , qui recto est compressior.Eadem quoque similitudine vocem acutam censemus, quæ clarius & vehementius aures ferire solet , quales sunt voces firmiores virginum & puerorum, quæ subtiliùs, validiùs,& altiùs exaudiũtur.Ea autẽ vox inter cæteras laudatur;hinc Horat.lib.3.carm.Od.4.sic alloquitur Calliopem:

Acutũ & graue homonyma.

Descende cœlo, dic age tibia
Regina longum Calliope melos,
Seu voce nunc mauis acuta,
Seu fidibus citharáve Phœbi.

& Homerus quotiescunque alicuius vocem commendat, toties eũ hãc præclaro epitheto exornat ὀξὺ βοήσας. Quemadmodum autem id graue & retusum vocamus,quod facilè alia corpora penetrare non potest ; sic grauem vocem dicimus , quæ raros motus in aërem spargit , ac velut imbecillior & cadens in aurem incurrit. Flexum autem sonum quasi ἀδιάφορον & μέσον temperatum , & intermedium constituimus , cùm nec altiùs erigatur, nec remissiùs deprimatur, in quo pronunciando multos peccare animaduerto. Quoties enim circunflexus ponitur in penultima,vt ποιεῖτε, βοᾶτε , toties à multis ita vox contenditur , & attollitur, vt videatur omnino acutus adulterinus ποιεῖτε, βοᾶτε, cùm tamen & vox ipsa sit temperanda,& longiori quodam spiritu & mora

Error multorũ in efferẽdo Circumflexo accentu.

& mora dilatanda, tanquam si diceres ποιειτε, βοαατε: cauendum tamẽ est ne altiori sono spiritus protrahatur, tunc enim acutus putaretur. Cùm verò circumflexus postremum locum occupat, vt ποιῶ, βοῶ, corruptè ab innumeris tanquam grauis effertur: ποιὼ βοὼ cùm tamẽ sonus debeat sensim vanescere, interposito sine contentione vocis altiori, maiori temporis interuallo, tanquam si diceres ποιαω βοαω. Hîc mihi occurrit controuersia non tacenda, quam interdum inter conditos ortam vidi, eorum aliqui cùm adolescentem quadam vocis contentione, & conatu interrogationẽ Græcam formare audiuissent hoc modo ταῦτα λέγεις, hanc contentionem, quæ in fine adhibebatur reprehenderunt, & dixerunt, interrogationem Græcam non ita, vt Latinam adhibito in fine vocis acumine, & conatu esse efferendam: ea enim ratione subiungebant hoc incommodum emergere, vt dictio interrogationi proxima duplici videretur Accentu notari, scilicet acuto in vltima vi interrogationis, & altero sibi naturali, quasi scriberetur hoc modo ταῦτα λέγεις; alij verò rectiùs obiiciebant interrogationis vim esse efferendam, vocémque in vltima acuendam, & hoc postulare signum interrogationis, quæ alterius Accentus acuti vim obtinet, & hoc vnum certissimum esse indicium quòd τίς interrogatiuum in concursu, & iunctura orationis contra trita præcepta non grauetur, sed semper acuatur, cum aures ferire, & quasi excitare ad responsionem debeat. Ea re indicata, reliquum est, vt notas & signa ipsorum Accentuum paucis attingamus. Quamuis autem innumeræ potuerint ab antiquis excogitari Accentuum notæ, veluti & aliarum rerum, quemadmodum apud Euripidem belli signum est fax accensa in aërem vibrata, apud Lacedæmonios carmen modulatum, apud alios clangor tubæ: placuit tamen antiquis Græcis ex λάμδδα maiuscula littera Λ Accentuum notas depromere quam si bifariam diuidas, ʼ, pars anterior, ʼ, acutum, posterior, ʽ, grauem indicat; si verò integram fingas, ^, inflexum præ se fert. Obseruaui tamen in multis codicibus Græcis manu scriptis, qui in Bibliotheca Catherinę Medicis quondam Galliarum Reginæ seruantur, Accentum circumflexum sic fuisse olim fictum, vt Lunarem formam non plenam, sed bicornem, imitaretur, hoc modo ⌒ βοᾶτε ποιεῖτε. Hinc factum est vt Martianus Capella inflexum formari dixerit ad modum, quo σίγμα pingimus: loquitur autem de eo quod est Lunare, & quod ita fingitur, Ϛ, cuius meminit Martialis:

Aspice Lunata scriptum testudine sigma.

& Agatho Tragicus, qui alludens ad hoc nomen ϑησεὺς tertiam

Interrogatio Græca, vt proferenda.

τίς cur semper acuatur.

Accentuum nota.

rtiam huius nominis litteram cum arcu Scythico comparat, cùm inquit:

Σκυθικῶ τε τόξῳ τέλτον ἦν φορεμφέρες.
Scythico sed arcu tertium compar, fuit elementum.

Et Euripides ad idem nomen quoque alludens, sigma illud cum cincinno calamistrato, vel annulo, qui in capillis intortis cernitur, confert, cùm ait:

Τέλτον ϑ' βοστρυχός τις ὡς εἱλιγμῶ.
At tertium (elementum) *cincinnus vt contortilis.*

Quasi dicant eo tempore sic scriptum fuisse nomen Thesęi ΘΗϚΕΥϚ, & certè hoc sigma inuersum, & pronum figuram cincinni, vel arcus Scythici præ se fert, & notam Accentus circunflexi in antiquis codicibus gerit, hoc modo ποιῶ. Factum autem est posterioribus temporibus, vt amanuensęs, qui delitias, venustatem & interdum celeritatem in scribendo aucupantur, circunflexũ ita formarint ~ βοᾶτε, quem modum Typographi posteà sunt sequuti. Non negarim tamen in antiquis codicibus manu scriptis circunflexum sic formatum reperiri ^ βοᾶτε.

Quid sit ἄρσις, & quid ϑέσις in Accentu pronunciando.

ΑΡΣΙΝ & ἐπίπασιν omnes appellant contentionem, seu sublationem vocis, qua syllaba Accentu notata ab aliis separatur: ϑέσιν autem κάϑεσιν, remissionem seu vocis moderationem & positionem, qua reliquę syllabæ Accentu destitutæ æquabili quodam tono pronunciatæ quasi signo certissimò internoscuntur, verbi gratia, cùm pronuncio, παῤῥησιάζομαι, in tertia à fine syllaba, quæ quadam contentione attollitur, ἄρσις residet: in reliquis verò ϑέσις, quæ, vt puto, conueniẽtiori nomine ὁμοφωνία, more earum vocum Musicarum, quæ æquabiliter canuntur, diceretur: in tribus enim prioribus syllabis huius verbi, παῤῥησιάζομαι, non dicor deponere vocem, cùm eam nondum contenderim, sed potius sonum quemdam æqualem tenere: hinc Musici concentus in quibus nulla est ἄρσις, ὁμοτόνους appellant.

De sedibus propriis singulorum Accentuum.

VT corpora naturalia certis locis ac regionibus conseribuntur; sic Accentus certas & determinatas sedes occupant. Acutus quidem tanquam proprium locum sibi vendicat primam, secundam, & tertiam à fine syllabam, quartam autem nunquam: vt enim aures in fine circuitus & periodi, in qua sententia perfecta & absoluta conquiescit vnum, in qua sententia perfecta & absoluta conquiescit vnum, duos, aut tres ad summum pedes, religiosè obseruant; sic eædem in singulis vocabulis Græcis vltimas syllabas aduertunt,

Acuti sedes.

Universidad de Deusto Biblioteca

tunt, præcipuè verò antepenultimam, penultimam, & vltimam, & in harum aliqua accentum tanquam numerum, quo recreentur desiderant. Cur autem acutus in quarta syllaba à fine, aut in quinta, aut in sexta in nominibus polysyllabis non reponatur, facilè est causam reddere. Initio enim vocabuli plenissima & clarissima voce vti, qualem acutus postulat, Barbarum & agreste videtur, & naturæ contrarium, quæ non statim se profundit, nec repente euolat, sed leuioribus initiis vtitur, & ad id, quod maius est, tandem accedit. Acutus autē cùm est in fine vocabuli nunquam in concursu orationis, nisi sequatur enclitica, aut nisi tale vocabulum claudat, & terminet periodum, pronunciatur. Si enim quando oratio coniungitur, acutus in vltima pronunciaretur, illa vltima syllaba ad verbum, quod in serie orationis subsequitur, videretur spectare. Nec verò illud permittit periodi natura, quæ cùm vno spiritu, & animæ ductu decurratur, & vox ceu flumen quoddam pleno syllabarum cursu labatur, fieri commodè non potest, vt in fine multorum vocabulorum, quæ acuto fortè in fine notarentur, quasi rupibus & obice obiecto consistat, & continuum suum cursum frangat, quod tamen necessario eueniret, si passim in vltima syllaba acutus proferretur. Hinc fit vt dicamus ἀγαθὸς ἄνθρωπος, non ἀγαθός ἄνθρωπος; excipio tamen τίς interrogatiuum, quod semper acuitur in orationis etiam contextu & fabrica, vt τίς ἄνθρωπος: in fine autem periodi quando impetus ille vocis deferbuit, cùm sensus omnino est perfectus, auris attentio, quæ tunc conquiescit acutum in vltima non repudiat. Circunflexus autem qui fit ex acuto & graui simul concurrentibus in penultima & vltima tantum notatur, cuius rei nullam firmam rationem reddi possi video, præter antiquorum institutum consuetudine confirmatum. Grauis autem duplex constituitur, alter syllabicus, qui nunquam pingitur, sed in singulis syllabis, in quibus nullus exprimitur accentus subintelligitur; deprimuntur enim omnes syllabæ tanquam graui accentu affectæ, in quibus non est aut acutus, aut circunflexus: Alter autem appellatur prædominans & princeps, qui pingitur, idque tantùm in vltima in orationis consequutione, vt Θεὸς ἡμῶν.

Acutus cur in quarta, quinta. vel sexta syllaba non ponatur.

Circunflexi sedes in vltima & ponultima.

Grauis duplex.

Grauis prædominātis sedes tantum in vltimis.

Quomodo Accentus inter se commutentur, & procreentur.

QVOD in mutua quatuor elementorum concretione solet euenire, illud idem in accentuum collocatione sæpius contingit: vt enim illa veluti indicto bello se inuicem corrum

rumpunt, & veluti pace conciliata se mutuò gignunt, sic accentus interdum aliis sedem suam relinquunt, interdum eosdem de ea deiiciunt, aliquando verò omnino euertunt. Acutus enim in grauem in orationis coagmētatione commutatur vt φωνὴ βοήσας, contra verò grauis in acutū transit subsequente enclitica vt Ἰουλιανός φησι. Interdum verò acutus à circumflexo expellitur vt οὐρανὸς οὐρανοῦ, contra verò circumflexus de dominio suo ab acuto deturbatur, dum quantitas eadē in inflexione non retinetur vt μοῦσα τῆς μούσης. Eorum verò mutua procreatio sic emergit ex graui & acuto exoritur acutus vt κύριος: cùm enim grauis in omnibus intelligatur syllabis, si ad illum acutus accedat fiet acutus. & ex acuto & graui vice versa circumflexus proficiscitur, vt ποιέομεν ποιοῦμεν.

Acutus in grauem commutatur.

Grauis in acutum.

Acutus à Circumfl. expellitur.

An nomina Græca Latina facta suum debeant in pronunciatione Accentum seruare.

NONNVLLI in nominibus Græcis ciuitate tamē Romana iamdudum donatis nulla habita ratione quantitatis accentum Græcum obseruant, dicunt enim Philosophiam, phantasiam vt Græci φιλοσοφίαν φαντασίαν, quibus ego facilè subscriberem, nisi viderem eos vbique constantes non esse, Si enim in his vocabulis Accentus Gręci rationem habent, cur non in aliis vt Alexándria, Thália acuta antepenultima more Græco Ἀλεξάνδρεια Θάλεια, dicendum igitur esset Alexándria Thália quasi penultima breui. At reclamant omnes Latini, qui vbi ea vocabula peregrina quidem iure ciuitatis & societatis donarunt, in his non tam accentū, quàm quantitatem seruarunt, dixerunt siquidem ThalIa AlexandrIa maiusculo I, signo apud antiquos syllabę longioris, inserto; imò verò poëtæ dum ει in similibus dissoluerunt ε produxerunt vt Ouid. Eleg. 1. lib. 3. Am.

Venit odoratos elegëia nexa capillos.

Imò vero vsu receptum est accentum non seruari, sed quātitatem in plerisque, quæ à Græcis Latini acceperunt vt eclypsis, theatrum. Vt enim antiqui Romani sonum eorum verborum, quæ ab exteris nationibus acceperunt non seruarunt, sed ad Romanam pronunciationem sapienter reuocarunt; Neque enim sonum Gallorum imitati sunt in Rheda, sonum Britannorum in Couino, sonum Germanorū in essedo, sonum Hispanorum in Lancea, sonum Sardorum in Mastruca, sonum Carthaginiensium in Mappa, sonum Persarum in Gaza sonum Macedonum in Phalange; sic nec sonum Græcorum in iis, quæ ciuitate donarunt, vocabulis. Suum tamen hac in re, cùm rationes in vtramque partem

partem non desint, quilibet sequatur iudicium. Cogimur enim inuiti etiam in quibusdam Græcorum morem imitari vt dum dicimus Paralippoménon, talia enim non videntur olim ciuitate donata, sed purè Græca. Nolim tamen eos excusare, qui antiphœnam quasi penultima correpta abusu quodam inueterato efferunt.

Quæ ratio Spirituum fuerit apud Antiquos.

VBI Simonides Melius, e, longum excogitauit hoc est, H, & eius figuram ex duplici maiusculo ἐψιλον breui sibi quasi opposito traxit hoc modo, ⊦, ⊣, & ex eo simul coniuncto perfectum, H, formauit, Græci, qui eum sunt subsequuti, perspecto illius vocalis sono, nullum quod melius naturam Spiritus asperi signũ exprimere posset, repererunt, quàm, H, cuius natiua pronunciatio vberiori quodam flatu quasi fauces stipat, & spiritum densum omnino efformat. Cùm enim, H, cõtinuo quodam spiritu, qui per fauces quasi hærendo sensim transeat ab antiquis fuerit pronunciatum, & apud eos idem quod duplex ss valuerit, teste Platone in Cratylo, quasi dicas (eeta) non (ita) vt multi proferunt, certè antiqua huius vocalis pronunciatio Spiritum asperum aptè repræsentabat. Ideo veteres illi & priores Græci, communi quadam conspiratione, eam integram vocalem notam esse Spiritus asperi voluerunt, & aliis vocalibus eadem serie seruata præposuêrunt, hoc modo, HEKATON, & in apicem signũ non deiecerunt, quemadmodum iam solet fieri ἑκατὸν. Hinc factum arbitror vt in antiquis numerorum notis, H centum significaret, quia primam sedem in hoc vocabulo HEKATON sibi vendicabat. Quod verò ante Simonidis tempora signum spiritus asperi apud primos Græcos exiterit, neminem qui scripserit scio: An verò statim post Simonidem spiritus lenis aliqua nota fuerit, nullum attigisse video, coniicio tamen solum asperum Spiritum, qui integrã, non dissecta vocali, H, designabatur ab illis fuisse notatum: Spiritum autẽ lenem ab iisdem fuisse prætermissum. Quem priscum morem Latinos sequutos fuisse nemo est, qui non videat: cùm apud eos lenis Spiritus, qui tenuiter syllabam sine flatu effert, nusquam aliquam notam obtinuerit, & hoc videtur attigisse Athenæus lib. 9. dum ait οἶμαι ὃ καὶ ἀλλοι τῶν ἡμῖν ἀρχαίων ἡ τοιχεῖα τυποῦσιν τὰς παλαιὰς τῶν διασεῖων διὸ καὶ ἡμεῖς Ῥωμαῖοι πάντων ἐν διασιωμένων ὀνομάζομεν τὸ, η, *veteres Græcos arbitror, η, elemento aspirationem formasse, quamobrẽ Romani omnibus aspiratis nominibus* H *præscribunt.* Tandem Græci vt erant ad excogitandũ prompti, & ad linguam suam locupletandam nati, H, in duas partes diuiserũt & sinistram partem, ⊣, notam esse Spiritus lenis voluerunt, dextram autem, ⊦, Spiritus asperi: vtramque verò non in apicem & culmen dictionum deiecerunt, sed in eodem ordine inseruerunt, vt nonnulli probant ex antiqua hac inscriptione numismatis, ⊦ HPAKAEΩN quod non tantum factitabant in Spirituum notis pingendis, sed etiam in ἰῶτα, ἰῶτα non subscribebatur, sed cum litteris ipsis cohærebat, minori tamen forma quam præcedens: quæ scribendi consuetudo adhuc remansit in litteris capitalibus Aι, Hι, Ωι, Tandem verò è dictionum contextu notam Spiritus in superiorem partem reiecerunt, & omicron in duas partes diuiserunt, c, ɔ, cuius dextra pars, c, signum fuit densi, læua verò, ɔ, tenuis, & hoc quidem in minoribus litteris vsurparunt, in maiusculis verò auitam consuetudinem seruarunt, & alteram partem H in apice primarum aut vocalium aut diphthongorum collocarunt hoc modo. A῾ΘHNAῖOI vt licet in antiquis codicibus contemplari. Non minus autem religiosi in Spiritu pronunciando fuerunt, quàm in accentu seruando, quod vnum Demosthenis studium indicat, qui canem latrantem & bobantem diligenter & attentè audiebat, vt & concursum huius diphthongi impropriæ ω & simul Spiritum tenuem venustè pronunciaret. ὠ enim est vox canina vt ex Comœdiis Aristophanis licet colligere, qui dum canum latratum effingit, ingeminat ὠ ὠ. Qua verò ratione Spiritus sint pronunciandi, hoc vno proposito exemplo ante oculos subiiciam, ἅ spiritu leni est vox hominis dolentis, qui enim dolent, tenuiter pulmones mouẽt, & sine vehementia per arteriam asperam flatus in palatum influit: ἁ vero teste Eustathio Spiritu aspero, est vox hominis ridentis, cùm in risum vberrimè erumpit, qui cùm impetu maximam copiam flatus effundat, vehementer asperam arteriam concutit, & fauces omnes occupat, quod natura Spiritus asperi postulat. Vt verò apud ipsos Græcos non erat eadem Accentuum collocandorum ratio, sic nec spirituum. Eretrienses, & qui eos sequebantur, spiritũ asperum mirum in modum adamabant, quod indicat prouerbium peruagatum ἐρετριέων ῥῶ, *Eretriensium rho.* Hinc Plato in Cratylo οἶσθα ἓν ὅτι ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἡμεῖς μὲν φαμὲν σκληρότης ἐρετριεῖς δὲ σκληροτὴρ. Hoc nonnulli in pronunciandis quibuslibet spiritibus affectant, & tenuem asperè, asperũ autem insuauiter, quasi per confragosa aliqua loca vox excurreret, efferunt; Cùm tamen in vtroque spiritu pronunciando temperies quædam, quæ nihil hiulcum, nihil horridum, nihil rusticum oleat, sit seruanda; deridendus autem Arrij

Spiritus asperi nota antiqua.

H cur centenarij nota.

ἰῶτα subscribi quãdo cœperit.

Varia apud Græcos collocandorũ Spirituũ ratio.

modus qui vt est apud Catullum:

Chommoda dicebat, si quando commoda vellet
Dicere, & hinsidias Arrius insidias.
Ac tum mirificè credebat se esse loquutum
Cum quantum poterat, dixerat hinsidias.
Credo sic mater, sic Liber auunculus eius,
Sic maternus auus dixerit, atque auia.
Hoc misso in Syriam requierant omnibus aures,
Audibant eadem hæc leniter & leuiter.
Nec sibi post illa metuebant talia verba,
Quum subito adfertur nuntius horribilis.
Ionios fluctus, postquam illuc Arius esset,
Iam non Ionios esse, sed Hionios.

Æoles à Spiritu aspero abhorruerunt.

Æoles autē Eretrienſibus contrarij ab omni Spiritu aſpero abhorruerunt, & vt illum vitarent, digamma quoddam excogitarunt, hac figura, F, quod aſpiratis vocalibus præpoſuerunt, vt FΕλένη, Fέλενιον, pro ἑλένη ἐλένιον. Si verò, ῥ, littera natura ſua aſpera initio vocabuli occurreret ad ſonum leniendum β præponebant, hoc modo, βῥήτωρ, βῥόδον, pro ῥήτωρ ῥόδον. Æoles autem priſcos Latinos ſequutos fuiſſe, teſtis eſt Fabius, dum fordeum, nō hordeum dixêrunt, cuius rei meminit Terentianus Maurus his trochaicis verſibus,

Nominum multa inchoata litteris vocalibus
Æolicus vſus vertit, & digammon præficit.

Hinc Cicero libro 9. Epiſtolarum ad Atticum, ad fundum ſuum Formianum alludens, lepidè digamma appellat. Reliqui verò Græci Æoliſmum nec ferre, nec audire, nec pronunciare potuerunt, & hæc vna res vt refert Fabius Ciceroni riſum mouit, qui cùm teſtem natione Græcum ſed nō Æolem pro Fundiano teſtimonium dicentem audiret, nec ab eo primum huius nominis Fundiani digamma extorquere poſſet, ſed reſtem repetere Hundianum non Fundianū perciperet, in cachinnos erupit. Lacones verò & Argiui, Eretrienſes imitati, ſigma è pleriſq; dictionibus exemerunt, & aſpiratum Spiritum loco illius in medio etiam vocabulo & in fine repoſuerunt, vt μέσσα, μῶσα, μεσσικὴ, μοϊσικὰ, πᾶσα, πᾶδα, σὺ, σοί, εὖ, οἵ quæ eſt bacchantium acclamatio. A Laconibus autem & Argiuis morem in mediis etiam dictionibus & in nonnullis quoque conſonantibus Spiritus notandi deriuatum fuiſſe exiſtimo, qui vbi latiùs ſeſe effudit tempore Athenæi ab omnibus ferè receptus fuit, & ab eodē diligenter commendatus. Huius verò conſuetudinis meminit Euſtathius in Iliada pag. 150. cum ait ὅτι πολύμυθον ἐπὶ τῶν Ἀχαικῶν φωνέντων ἀπὸ κοινῆς ἐπὶ τῆς Δῆμ μέσσα τῶν λέξεων καὶ χρῆσιν Ἀχαϊκὴν ἐπήνεγκε. id eſt, *non ſolum Spiritus in primis*

Lacones & Argiui è pleriſque dictionibus exemerūt ſigma & eius loco Spiritū aſperum repoſuerunt.

Lacones medias ſyllabas notabāt ſpiritibus.

primis vocalibus, ſed etiā in medio dictionum, prout antiquus vſus poſtulabat, collocabant. & in Iliada pag. 1271. πὲ ὐπὲρ μίαν συλλαβὴν ὀνόμαζε ὧν ἡ λήξασα εἰς ος κεφαλὴν ψιλὴν τὸ λῆγον. *nomina, quæ vnam excedunt ſyllabam: & in ος purū deſinunt, ſpiritum lenem ſortiri in vltima, docet.* Vt πρᾶος, ἥως, λαὸς, κελὸς, πηὸς, ζῆος, κεῖος, ζωὸς, λαγωὸς, νεὸς, λεὸς, πωδαρεὸς: πεὸς etiam Atticè ex Tryphonis traditione cum denſo. Sic Latini inter vocales in media dictione aſpirationi ſuum locum dedêre, vt vehemens, prehendo. Alio verò loco in Iliada pag. 524. oſtendit nomina compoſita, ſi propria ſint, Spiritum aſperum ſimplicium, à quibus componuntur mutare in lenem vt ἐυαίμων φίλιππος μελάνιππος, ἀρύαλος, ὑιὸς. Si verò tanquam Epitheta in orationis fabrica cum aliis coniungantur denſo notantur vt φίλιππος ἄνηρ ὡς, *equorum amans vir*, λιμὸν πάνδορμος, ἀμφίαλος Ἰθάκη, ὕφαλος πέτρα πέρηλος πόλις, μελιηδὴς οἶνος. ad eum planè morem Ariſtarchus ſcripſit, ἐξεσία cum denſo, cui tamen repugnauit Neoptolemus Parianus & pinxit cum tenui ἐξεσία. In verbis illud idem licuit intueri vt ἐσῆλθε, imò aſſerit idem Euſtathius in conſuetudine fuiſſe poſitum apud Græcos tres cōſonantes tenues Spiritu tenui, tres aſpiratas Spiritu denſo notare: & ex χάζω factum eſſe ἅζω Spiritu denſo indè probat, & alibi quàm in principio ſolitos priſcos litteram, ῥ, πλύζειν, fretus auctoritate Ariſtarchi confirmat, qui cum tenui ſcripſit πλαὼρίνος, quamuis Tryphon cum denſo ſcripſerit, & compoſitam eſſe dictionem ex πλαὸς & ῥινὸς exiſtimauerit. Sed huiuſmodi priſcæ conſuetudines contrario vſu perierunt, & in ſolis vocalibus, quæ dictiones auſpicantibus iam præponuntur. Concidit quoque conſuetudo Pamphyliorum, qui Æolicum digamma æmulati, vt tradit Heraclitus, omnibus vocalibus, β, loco Spiritus præpoſuerunt, vt φάος, φάεος, ἀέλιος, βαϵέλιος. Spirituum autem regulæ & peruiæ & faciles ſunt: cùm ferè omnes vocales & diphthongi tenui ſpiritu notentur, paucis exceptis: exceptiones autem paucis foliis Anteſignanus complexus eſt, * & ideo hic ab Spirituum tractatu vt potè facili & iam perfecto ſuperſedi. Equidem Georgij Zigabeni antiqui Grammatici Græci libellum de Spiritibus, manu ſcriptū, octo aut nouem minoribus foliis conflatum mihi ab amico quodam antiquitatis & perito & cupido mutuò datum, in lucē edendum curaſſem; ſi in eo aliqua rara, quæ vel in Vrbano, vel in Anteſignano non fuiſſent ſcripta, deliteſcere animaduertiſſem. Eundem verò Auctorem manu ſcriptum Geſnerus teſtatur ſe vidiſſe Viennæ in Bibliotheca Imperatoris, quem facilè aut alium in manus Vrbani veniſſe crediderim, cuius de

Græcorum mos notandi conſonantes ſuo ſpiritu.

Pamphyliorum mos concidit.

**Quæ in fine Opuſculi licet intueri.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſpiritibus Canones cum illis Georgij Zigabeni contuli, & paruum intercedere diſcrimen obſeruaui. Et hæc quidem habui, quæ curſim attingerem priuſquam ad præceptiones artis generales venirem.

ARS PROSODIÆ GENERALIS.

Explicatio nominum, quibus in ſignificandis Accentibus Grammatici Græci vtuntur.

Vocabula, quæ	Acuunt	Antepenultimam.	Vocãtur	προπαροξύτονα, vt πάνδημος.
		Penultimam.		παροξύτονα, vt λύχνος.
		Vltimam.		ὀξύτονα, vt ἰσθμὸς.
	Circumflectunt	Penultimam.		προπερισπώμενα, vt κῆδος.
		Vltimam.		περισπώμενα, vt κοσμῶ.
	Non acuũt nec inflectũt	Vltimam.		βαρύτονα, vt σῶμα & πανοπλία.



Canones artis generaliores.

1. NOMINA vel ex rerum inanimarum, vel ex ipſorum animalium imitatione expreſſa, vt ſunt ea, quæ ad fragores fulminum & rotarum, ad clangorem tubarum, & ad alios ſimiles ſtrepitus ſignificandos de nouo formantur, tono eo ſunt notanda, quem res ipſas, quas effingere volumus ſeruare attentior auris aduertit. Sic Ariſtophanes in Ranis vbi earum coaxationem imitatur, Accentum, quem ipſe edunt, obſeruauit hoc modo

ὤοπ ὄπ ὤοπ ὄπ
βρεκεκεκὲξ κοὰξ κοάξ.

Et ita ſentiẽdum eſt, de cæteris per onomatopeïam effictis.

2. SECVNDA ſyllaba à fine breuis ante vltimam breuem, ſi in ea ſit Accentus, acuitur, vt λόγος.

3. PENVLTIMA ſiue breuis, ſiue longa ſit, ante extremam natura ſua longam, ſi Accentum habeat, acuitur, vt γυμνάζω ἥρως, ἔρως, φιλία.

4. CVM vltima eſt longa acutus non poteſt eſſe in antepenultima, vt δύσμικτος, δυσμίκτου, δυσμίκτῳ, excipe Attica vt Μενέ

Exceptio.

Μενέλεως, & Gignendi caſum Ionicum primæ Simplicium, vt Αἰνείεω, & ſimiles Atticos ἔλλαμψις, ἐλλάμψεως, ὄφις, ὄφεως, ὄφεων, quem morem tùm Iones, tùm Attici ab Æolibus antiquis ſunt mutuati.

5. TONVS qui in penultimam cadit, ſi in inflexione augeatur, numerus ſyllabarum, non ſyllabam, ſed ſedem tantum mutat, vt τύπτω, τύπτομεν, τύπτετε, ἀγριότης, ἀγριότητος. ſi verò tonus ſit in antepenultima & amplificetur numerus ſyllabarum, non ſedem, ſed ſyllabam mutat, vt αἵρεσις, αἱρέσιος tono ſemper in tertia à fine ſede conſeruato.

6. VLTIMA ſyllaba quæ breuis eſt, ſi in eam cadat Accentus, acuitur vt Θεὸς, ἐπῳδὸς.

7. SYLLABA breuis, aut poſitione longa non eſt capax circumflexi, ſed ea tantùm, quæ eſt natura longa, vt κῆδος, ἠρακλῆς, ſi tamẽ ſit poſitione & natura longa circumflexum non repudiat, vt μᾶλλον, τυπῶντος.

8. LONGA natura ante extremam vel natura breuem, vel poſitione longam circumflectitur, vt σῶμα, ἑλικῶπις, αὖλαξ, πῖδαξ: dum modo id ſit in vna orationis parte; compoſita enim ab encliticis & altera monoſyllaba longa ab hoc Canone excluduntur, vt εἴθε, μήτε. Dictum autem eſt ante extremam poſitione longam: nam ſi vltima ſit natura, nõ poſitione longa, tunc ſecunda à fine acuitur, vt δῆμος, δήμου, μοῦσα, μούσης, nunquam enim inflexus ſecundam à fine ſedem occupat, dum extrema eſt natura ſua longa.

Exceptio.

9. OMNIS diphthongus finalis circumflectitur, ſi Accentum recipiat, præter ἰδοὺ *ecce*, & ἰοὺ. nolim tamen includas hoc Canone αι, & οι, de quibus infra regula 12. dicam.

Exceptio.

10. CIRCVMFLEXVS, qui erat in penultima, in acutum vertitur, dum numerus ſyllabarum amplificatur, vt ἑλικῶπις, ἑλικώπιδος, βῆμα, βήματος, quia antepenultimam nunquam ſibi vendicat, circumflexus. In vocabulis tamen, quæ encliticam in compoſitione ſuſcipiunt, quæ natura cum illis non cohæret, circumflexus videtur antepenultimam ſibi vendicare, vt ὅστις, οὗτινος, ᾧτινι, οἷστισι, ſed ὅς ſumendum eſt tanquam ſeparatum non compoſitum, & τις tanquam enclitica, quæ ſubſequitur.

Circumflexus quando in antepenultima recipitur.

11. ACVTVS, qui propter vltimam breuem, in fine notabatur, in circumflexum mutatur, propter vltimam longam, vt ἀγαθὸς, ἀγαθοῦ, ἀγαθῷ; aut idem acutus, qui vltimam occupabat longam, ſi accedat ſyllaba breuis, naturam inflexi induit ἀγελαιὼν, ἀγελαιῶνος, κανονὶς, κανονῖδος, quod in monoſyllabis locum non habet, vt φὼς, φωτὸς.

Exceptio.

12. IN ſuperioribus regulis ſi ratio accentus habeatur, αι, & οι, diphthongi in fine dictionis cenſentur tanquam breues,

αι & οι in fine dictionis cenſentur breues.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non sequente in eadem syllaba consonante, quæ claudat dictionem; & ideo nec Accentus mutatur, nec in alteram sedem retrahitur, vt ἔλλογες, ἐλλογει, ἄνθρωπος, ἄνθρωποι, μῦσαι, μῦσαις; si autem subsequatur finalis consonans, & retrahitur & interdum mutatur Accentus, vt ἔλλογει, ἐλλόγεις, μῦσαι, μύσαις, ἄγκυραι, ἀγκύραις, Excipe ab hac regula Aduerbia, in quibus αι, vel οι, diphthongi vltimam syllabam terminant: tunc enim censentur longæ, vt οἶκοι (οἴκοις verò est nominādi casus ab οἶκος) αι tamen in πάλαι & ἐκπάλαι breuis putatur. Exime quoque à prioribus verbis regulæ, tempora & casus cōtractos, in quibus dictæ diphthongi longę omnino habentur, vt λητοῖ, λητοῖ, σαπφοῖ, sic vocandi casum λητοῖ (λητοῖ enim est numeri pluralis) à nominib. quartæ Contractorū: Hinc etiam exime Optandi modos, qui in fine αι, & οι, in tertiis personis singularibus sortiūtur, & pro longis habentur, vt φοῖτοιμι, φοῖτοις, φοῖτοι. ποιήσαιμι, ποιήσαις, ποιήσαι. Τυπτοίμι, τυπτοῖς, τυπτοι. In reliquis verò personis & modis breues habentur, vt τύπτοιμεν, τυφθεῖεν, τύπτοιεν. ποίησαι in aoristo priori verbi Medij in modo imperandi: ποιῆσαι autē penultima inflexa in aoristo priori Infinitiui, in verbo actiuo, & ita de similibus sentiendum est.

1. Exceptio. 2. Exceptio. 3. Exceptio.

13. *Contractio ex acuto & graui circumflectitur.* 1. *Exceptio.* *Error Vrbani & Antesignani.* 2. *Exceptio.*

Omnis contractio, quæ ex acuto & graui emergit, circumflectitur, vt βοάετε, βοᾶτε, ποιέω, ποιῶ, δῦηοί, δύηοῦς, ἀνωλός, ἀνωλᾶς: Hinc excipe Accusandi casus quartæ contractorum λητόα, λητώ, ἀιδόα, ἀιδώ: non ἀιδῶ vltima circumflexa, vt errarunt Vrbanus & Antesignanus, qui docent accusatiuos quidem à nominibus in ω, vt λητῶ acui, à nominibus verò in ως, vt ἀιδῶς in accusatiuo ἀιδῶ circumflecti, quorum tamē opinioni antiqua, & fide digna exemplaria repugnāt, in quibus acutus in vltima deprehenditur, vt ante me Henric. Stephanus obseruauit. Hinc etiā excipe dualia in ω cōtracta, vt σφῶι, σφὼ, νόω, νώ, quæ nunquā circumflectuntur.

14. *Ex contractione grauis & acuti nō exoritur circumflexus.*

Ex contractione grauis & acuti nunquam inflexus exoritur, sed acutus, vt γεγαὼς, γεγὼς, μεμαὼς, μεμώς, sed hæc & similia Participia præteriti perfecti Ionica accentū suorum primitiuorum tuentur; vt ab ἑστακὼς, fit ἑστακὼς, ἑστώς, à βεβηκὼς, fit βεβεᾶκὼς, βεβὼς. Æoles tamen in priorem syllabam Accentum retrahunt βέβως, ἔστως, μίμνως.

15. *Syllaba, in quam non incumbit contractio, eundem tonum, quem ante sibi arrogabat retinet,* 1. *Exceptio.*

Syllaba, in quam non incumbit contractio, eundem tonum, quem ante sibi arrogabat retinet, vt Δημοθένεος, Δημοθένης, τερήρια, τερήρη ab hac tamen via deflectunt quædam Ionica, quæ metalla significant, in quibus ex duobus graui-bus contra reliquorum consuetudinem inflexus gignitur, vt à χρύσεος, fit χρυσᾶς, à χάλκεος, χαλκᾶς, ab ὄχυρος, ὀχυρᾶς, quæ imitatur κεράμεος, κεραμᾶς. Ad hæc accedunt aliqua nomi-

nomina, quæ colores & materiam significant, vt πορφύρεος, πορφυρᾶς, λίνεος, λινᾶς, ἐρίεος, ἐριᾶς. Quæ omnia & similia, vt veteres Grammatici Græci obseruarunt, in neutro in plurali non circumflectuntur ἐρια, λινα, ὀχυρά, Attici tamen ea circumflectunt ὀχυρᾶ, χαλκᾶ, πορφυρᾶ, χρυσᾶ. Hæc duo verò nomina ἀδελφιδᾶς ab ἀδελφίδεος, ἐψιαδᾶς à ἐψιαδέος sunt superiora æmulata. 2. Exceptio. *Atticismus.*

Omnia nomina monosyllaba neutra circumflectuntur, vt πῦρ, πᾶν, sicut omnia monosyllaba ex contractione orta, vt πεῖς. 16.

Monosyllaba, quæ fiunt ex Aphæresi, quæ est elementi à capite syllabæ præcisio, si sint longa, inflectuntur, vt ἔφλω, ἔφης, ἔφη, ablato ε à capite φλῶ, φῆς, φῆ, sic ab ἔφω, ἔφυς, ἔφυ. φῶ, φῦς, φῦ: (χρὴ autem à χρημὶ fit per Apocopen quæ est ablatio litteræ vel syllabæ in fine.) Si verò monosyllaba quæ ex Aphæresi resultant breuia sint, acuuntur, vt ab ἔβαν sublato, ε, fit βάν. 17.

Nomina monosyllaba quæ fiunt ex Apocope longa circumflectuntur, vt βεῖ pro βείαρον: ἦλ apud Eustathium pro ἦλθε: κεῖ pro κεῖμενον: si verò ea syllaba, in qua erat Accentus abscindatur, in primam migrat, vt γλαφυρόν, γλάφυ, δαΐ pro δαΐλι. Nec tamē in huiusmodi monosyllabis acutus mutatur in circumflexum, sed tantum retrahitur, sic reperitur ὅ pro ὅπ. Si verò Apocope iam facta nomē sit duarum vel trium syllabarum, Accentum, quē ante habebat, retinet. vt δάκρυ pro δάκρυον, ἀπόλλω pro ἀπόλλωνα, ἰδρῶ pro ἰδρῶτι, si tamen penultima sit natura longa, & vltima breuis, acutus in circumflexum transit, vt ἄκρι pro ἄκριδε. 18.

Syncope, quæ est vnius syllabæ in media dictione reiectio, aut Accentum retrahit, aut mutat, vt ἐγαπέρα, ἐγάπαρα: ἄνδρα pro ἀνέρα: ex ὄιμμα verò fit οἶμα Accentu mutato, sic Aoristi passiui dum in Optandi modo patiuntur syncopem, quæ imitatur quodam modo contractionem, circumflectuntur, τυφθεῖμεν, τυφθεῖτε, τυφθεῖεν, pro τυφθείημεν, τυφθείητε, τυφθείησαν. Interdum verò syncope & contractio simul coalescunt, vt ab ἑστήκασι, ἑστᾶσι, ἑστᾶσι. 19.

Proschesmatismvs seu paragoge, quę est vnius litteræ aut syllabæ in fine dictionis collocatio, vix Accētum retrahit, vt Αἰνείησι, pro Αἰνείαις, ἀφανίαφι, pro ἀφανία, λόγοισι pro λόγοις, nisi cùm necessariò est dimittendus in antepenultimam ob additam syllabam, vt βημάτεσσι, à βήματα, pro βήμασι, Αἰνιᾶνες, Αἰνιᾶσσι; Aut cum omicron præcedit syllabam finalem, quæ per paragogen adiungitur, In his enim semper Accentus est in penultima, vt πάντες, πάντοφι, κατυληδών, κατυληδόνος, κατυληδονόφι, sic ἐμεῦ pro ἐμοῦ. 20. *Paragoge.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Error Antesignani.

QVA in re lapsus est Antesignanus, qui in similibus tertiam à fine acuit, cui repugnat Lascaris, & correctiora Auctorum exemplaria, hanc quoque regulam sequuntur, ea omnia vocabula, quibus in fine adiicitur δε, quæ si à simplicium significatione non discedant, & nihil amplius quàm simplicia significent, tonum habent in penultima, vt ἐνθάδε, ὠδάδε, *hic* τοῖοδε, τοιόσδε *talis*. Mutatur autem in proschesmatismo Accentus, cùm superiores regulæ id requirunt, vt πιμπλῆ, πιμπλῶφι, σῆθεν, σήθεφι. Quod etiam fit in metaplasmo, qui est, quasi vnius declinationis in aliam traductio, vt τῇ ὑσμίνῃ tanquam si esset Quintæ, pro ὑσμίνῃ, τῇ ἄλκι pro ἄλκῃ τοῖς ἔγκασι, pro τοῖς ἐγκάτοις, ab ἔγκαλον, τοῖς πέπλοισι, pro τοῖς πεπλοῖς à πέπλον, τοῖς ποσὶ pro ποδάτοις, à πούδαλον, sic τοῖς διλημμάτοις, pro τοῖς διλήμμασι. Quando autem in fine adiungitur iota indicandi gratia, vltima acuitur, vt ἕπεσι, ποδοῖ, δουρὶ, νωῒ, τεῷνῑ: sic in oratione pro Corona τυτῷῑ pro τύτῳ, & apud Aristophanem ὁπῆ pro ὅπι.

21. SI nomen aut verbum in fine patiatur Apostrophum, & Accentus acutus in vocalem, quæ abiicitur, natura sua cadat, idem acutus in præcedentem migrat, vt χαλεπὰ ἄλγεα, pro χαλεπὰ ἀλγεα. ἀκὰ tamen & omnes Præpositiones elisę Accentū non retrahunt, sed amittunt, vt ἀκ' ἔτως, μετ' αὐτῶ, κατ' αὐτὸν, ne si Accentus retrahatur, videatur Præpositio posita pro verbo, vt μέτ' pro μέτεστι. πὰρ tamen quando poëticè eliditur, ante cōsonantes suum Accentum non amittit, vt Iliad. π, vers. 190.

τὸ μὲ πὰρ πόδ' ἐὸν χαμάδις βάλε —

In nominibus autem & verbis dissyllabis dum penultima est natura sua longa & vltima breuis, nonnulli ante Apostrophum circumflexum collocant, vt πὰ χρῆς' ἔλεξε pro πὰ χρῆσ' ἔλεξε, malim tamen in similibus cum Henrico Stephano, ne acutus vllo modo mutetur in circumflexum, sed ita scribatur πὰ χρέσ' ἔλεξε, cui sententiæ fauent antiqui. Poëtæ enim olim scripserunt, per Apocopen non dissimili modo δαΐ vltima acuta, pro δαΐ: nō δαῖ circumflexa vltima. Cùm verò τίς, πῶς, quod non est interrogatiuum eliditur, Accentum omnino prætermittendum cum aliquibus fide dignis exemplaribus censeo. hinc non probo eam scripturam apud Sophoclem in Oedipo:

πόσον τιν' ἤδη δῆθ' ὁ λάϊος χρόνῳ.

Hic enim scribendi modus τίς interrogatiuum confundit cum altero, & ideo ad euitandam confusionem Accentus debet prætermitti.

22. NOMINA composita vt plurimum accentum in priorem compositionis partem retrahunt, vt ἀγαθὸς, πανάγαθος, ἀδελ-

φὸς, μητράδελφος: maximè verò cum hæ particulæ α, ευ, δυς, ζα, aut Præpositiones aliquæ compositionem ingrediuntur, vt ἄλογος, εὔθυμος, δύσκολος, σύμμετρος.

VALDE tamen hac in re inconstantes sunt Græci, cum vbique accentum non retrahant, vt ἀγὴς, ἀναγης, δύαγὴς: sic ἐπαγωγὸς, δημαγωγὸς, cùm tamen dicant ἀσπιάγωγος, ἀνάγωγος, sed modum artis excederem, & lōgior, quàm par sit, essem, si composita nomina, quæ excipiuntur, insererem, quæ vsus facilius subministrabit. Hîc verò obseruādum est, interdum sex aut plures dictiones ad compositionem concurrere, nec ideo compositum pluribus Accētibus notandum, sed vnico contentum esse; quod interdum mirum est in quibusdam compositis, quæ plurima alia vocabula cōplectuntur, quale est illud Aristophanicum Lepidum in fine ἐκκλησιαζουσῶν: λοπαδοτεμαχοσελαχογαλεοκομψολεψανοδριμυποδοτεμμαδοσιλφιοπαραμοιμελιδοκηλαικεχυμενοκικλεπικοασυροφοιβεισεραλεκτρυονοπτικεφαττικιζαλοπλειολαγωοσιραιοβαφητραγανοπτερύγων. hoc verò è partibus duodetriginta conflatū reperies. id est, *olla succidia cartilaginea, mustelli, caluariarum reliquiæ, vna cum intrito Laser melle interfuso, motacillæ, merulæ, columbæ, Gallorum tosta capitula, motacillarum, columbarum, leporum intinctu insperſa vna cum alis.* Hanc quidem facetam Aristophanis componendi rationem æmulati sunt interdum Lucillius & Plautus, sed infœliciter satis, dum Nugipolyloquides, Argentiextenebronides, Hippocampelephantocamelus & alia ridicula finxerunt. Apud Græcos autem mirum est quātum lepōris habeant epigrammata ex similibus contexta, quale est illud Hegesandri veteris poëtæ in Sophistas, quod ab Henrico Stephano in Appendice Anthologiæ titulo in Grammaticos mutato, repositum est.

Notio.

Ὀρφανιστασίδαι μινεγκεφαπηξογλῆνοι
Σακκοβρυεκτεφόροι καὶ λοπαδαρπυλίδαι
Ἰμφλωνοδεῖσκαλοι νηλιποκαβλεπίλαιοι
Νυκλιαθραυοφάγοι νυκτεπιπαπαλάμοι
Μειρακιξαπάται καὶ συλλαβοπδυσιλαβητὴν
Δοξομαθεμοσύφοι ζητερετησιάδαι

Quod Lucilliana imitatione Iosephus Scaliger in suis in Varronem coniectaneis tentauit exprimere hoc modo,

Silonicaperones, vibrissasperomenti,
Manticobarbicolæ, exterebropatinæ,
Planipedatquelucernitui, suffarcinamicti
Noctilatentiuori, noctidoloſtudij
Pullipremoplagij, ſutelocaptiotricæ
Rumigeraucupidæ, Nugicanoricrepi.

QVAE in posteriori parte compositionis accipiunt no- 23.

men,quod à præterito medio deriuatur, si actionem significet, aut per eam resoluantur,Accentu in penultima acuto notantur,vt ὀλιγόν pro ὀλιγεόν, à γέγονα *paucos generans*, λυγκεύς. Si verò passionem significent, aut per eam resoluantur, Accentum in antepenultima acutum sortiuntur, vt ὀλιγόφορος *qui pauco cibo & tenui est contentus*, κομψὸς *cui caput est amputatum.*

ALIAE regulæ generales quidem, sed magis singulis orationis partibus propriæ,commodiùs suis locis infrà tractabuntur.

Quomodo Latini à Græcis Accentuum suorum regulas generaliores deprompserint.

TANTA est affinitas inter eas præceptiones,quæ à Latinis de Accentibus traduntur, & superiores Græcorum regulas,quas iam attigimus, vt Latinos iisdem ferè vestigiis Græcos sequutos fuisse non obscurè deprehenderit Fabius. Quod vt facilius contempleris in breues gyros Latinorum de Accentibus præcepta redegi,quę poteris cum Græcorum Canonibus comparare.

Polysyllaba habent penultimã vel
- longam vel
  - Positione,& illã acuunt,vt Camillus.
  - Natura, & tunc eam inflectunt, vt Romãnus,si tamẽ vltima longa esset, circumflexus vertitur in acutum, vt Románo.
- breuem
  - Et tunc tertiam à fine acuunt,vt Horténsius, pópulus.

Dissyllaba habẽt penultimã vel
- longam
  - Natura,& eam circumflectunt, vt lex lêgis,lêge,mêta,Rôma: si verò accedat vltima longa,acuũt penultimam, vt Rómæ,métas,léges.
- breuem
  - Et tunc penultimam acuunt,vt Déus, sálus.

Latini Æoles secuti.

LATINI sunt Æoles sequuti, qui in polysyllabis, aut dissyllabis in vltima Accentum non collocabant. Hinc Priscianus & alij antiqui Grammatici dixerunt,in polysyllabis & dissyllabis tenorem in vltima apud Latinos nunquã scribi. Nec refert quod iam hæc Aduerbia doctè,peritè,& similia graui notentur:nõ enim est tam Accẽtus,quod facilè est cernere in pronunciatione,quẽ nemo obseruat;quàm quædã distinctionis nota,qua nomina ab Aduerbiis secernãtur.

Aduerbia in è quare graui notentur.

Monosyllaba vel sunt.
- longa
  - Vel Positione,& acuuntur,vt núx.
  - Aut natura,& circũflectuntur,vt môs.
- breuia
  - Et acuuntur, vt sál.

LATINI

Veteres Latini accentibus carebant.

LATINI verò antiqui Accentus non notabant,quemadmodum veteres Græci, quod & nos hoc tempore seruamus,nisi in quibusdam dictionibus.

QVOT MODIS APVD GRÆCOS *Accentus varietur, & eius locus mutetur.*

1. Inflexione,vt ἄγχεσι,ἀγχέσης,ἀγχέσῃ.
2. Quantitate,vt ἶσος pro ἴσος.
3. Variatione terminationis, vt σκληρότης apud Eretrienses, σκληρότητος apud reliquos. sic anagrammatismo sæpius Accentus mutatur, vt ex ἥρως fit ἀήρ, vt scribit Eustath.in vers. 55. Iliad. α, ὅτι ἡ ἥρως ὁ ἀὴρ δηλοῦται φασι, καὶ οὐκ ἂν ἀναγραμματισθείη, ἐξ ὧν καὶ ἡ ἥρως γραμμάτων οὐκ ἔστιν λαλεῖται καὶ ἀήρ. & paulopost, καὶ τὸ φλύαρος φλαῦρος παρ' Ἀττικοῖς.
4. Dialecto,vt κάλως Æolicè primâ acuta, pro κᾶλος communiter vltima acuta: sic Attici hæc mutant, μωρὸς, μῶρος, πηρὸς, πῆρος, τρόπαιον, τροπαῖον, ἕτοιμος, ἑτοῖμος, ἔρημος, ἐρῆμος, sic πόνηρος, μόχθηρος contra analogiam. *Atticismus.*
5. Metaplasmo,vt διχομήνυ, διχόμηνι, μελικράτω, μελίκρατι.
6. Elisione per Apostrophum, vt ἐλεεῖν ὑποβλέπων, pro ἐλεεινὰ ὑποβλέπων.
7. Variatione significationis, vt μόνη *sola* penultima acuta, μονὴ *mansio* vltima acuta σκαφὴ *effossio*,σκάφη *scapha*.
8. Compositione,vt χείρες,δύχειρες.
9. Syncope,vt οἶμα pro ὄιμημα, ἡγάτερα,pro ἡγατέρα, ἀνήκαμεν pro ἀνήκαμεν.
10. Diæresi,vt νηῦς pro νεῦς.
11. Hypertheſi,vt δέρυ, pro δορός.
12. Anadiplosi,vt κίκλυθι pro κλῦθι.
13. Proschesmatismo,vt πόντος, ποντόφι.
14. Systole,vt νέας pro νῆας, εἰδιμεν pro εἰδῶμεν.
15. ἔλειψις, vt pro ἑταῖρος,ἑτᾶρος.
16. Prothesi,vt ἔηκεν pro ἧκεν.
17. Orthographia diuersa, vt δυμαθεια, δυμαθία, πελωνεῖον, πελώνιον, πορμηθεια, πορμηθία maximè verò variantur ea,quæ ab ἦθος, κέρδος & à πυθεῖν & μαθεῖν deducũtur, vt φιλοκέρδεια & φιλοκερδία, ἀήθεια, & ἀηθία, δύπαθεια & δύπαθία.
18. Aphæresi,vt βῆ pro ἔβη.
19. Adiũctione dictionis encliticę, vt ἀδελφός σε.
20. Anastrophe, vt λόγων περὶ pro περὶ λόγων.

Quot

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

Quot sint dictiones, quæ carent Accentu.

DVO articuli præpositiui accentu carent, ὁ & ἡ. Aduerbia ὀ & οὐκ sequente vocali tenui spiritu notata, & ὀχ in consequutione orationis sequente aspirata vocali.

Præpositiones hæ ab ε inceptæ εἰς, ἐς, ἐν, ἐκ, ἐξ, Coniunctiones εἰ & ὡς.

Ποι Aduerbium cùm significat *aliquò* & non est interrogatiuum sine accentu ponitur.

Notio. QVANDO ὀ periodum claudit Accentu acuto notatur, hoc modo ὄ: sic cùm ἐξ aut in fine versus apud poëtas, aut in fine periodi apud oratores collocatur, Accentum acutum admittit, sic Theoc. Eidyl. 27. vbi periodus iam terminatur.

εὐσεβέων παίδεσσι τὰ λώια, δυσσεβέων δ' ὄ. & Eidyl. 26.

——— ἐπεὶ ὀ σέ γε φημὶ κακῶν ἔξ ἔμμεναι.

Et alibi:

——— ἀμφοτέρων ἔξ
τείχων ἄνδρες ἔβαινον

De Litteris.

LITTERARVM, aut diphthongorum characteres nullo accentu notantur, nisi in aliquam orationis partem ad quampiam affectionem significandam transferantur, sic ἅ ἅ ἅ est Aduerbium hominis ridentis apud Eustathium, sic αἴ αἴ *vox hominis dolentis.* Apud Aristophanem autem in Pluto ὖ ὖ est imitatio hominis auidè nidorem haurientis, dum inquit,

ὖ ὖ ὖ ὖ ὖ ὖ ὖ ὖ ὖ ὖ ὖ ὖ

In quem locum Scholiastes hæc annotat διὰ τῶν ψιλῶν τούτων ὖ δείκνυσιν, ὅτι χοιρείων κρεῶν ὀσμῆς ἤσθετο, ἀλλὰ ὖ ὖ ἐπίρρημα θαυμαστικὸν ἢ ὁ φραινόμενος τοῦτο φησί: significat per hæc ypsila sycophantam carnes suillas olfactu percepisse. Cæterum ὖ ὖ est quoque aduerbium admirantis, vel vox olfacientis.

De Nomine.

SVBIVNCTIVVS Indicatiuum sequitur, vt τύπτω, ἐαὼ τύπτω: τύπτωμι, ἐαὼ τύπτωμι: nisi impedimentum intercesserit, vt ab ἔτυψα, πέτυφα, ἔτυπον, τύψω. πετύφω, τύπτω. Actiuæ igitur vocis tempora sunt paroxytona; Passiuæ verò proparoxytona, vt ab ἐτυπτόμην, ἐαὼ τύπτωμαι, ab ἐτυψάμην, ἐαὼ τύψωμαι. veruntamen præterita passiua Subiunctiui modi verborum inflexorum penultimam circumflectunt, vt βεβοήμην, βεβοῶμαι; πεποίημαι, πεποιῶμαι: vterque autem Aoristus vocis passiuæ vltimam circumflectit, vt τυφθῶ, τυπῶ. Imò non tantum indefinita, sed etiam præsentia vocis actiuæ verborum in μι eandem analogiam sequuntur, vt ἐαὼ διδῶ, ἐαὼ δῶ, ἐαὼ ἱστῶ, ἐαὼ στῶ, quorum passiua inde formata in eadem syllaba Accentum eundem retinent, sed quia augentur, penultimam circumflectunt, vt ἱστῶμαι, δῶ δῶμαι. Si tamen sint aliqua verba, quæ actiua voce carent, antepenultimam acuunt Barytonorum more, vt ἐαὼ δύωμαι. Ad hanc regulam accedunt Aoristi secundi verbi Medij Subiunctiui, cùm compositionem ingressi tres syllabas superāt, tales enim antepenultimam acuunt, vt δῶμαι, κλῖδῶμαι. In compositione verò Subiunctiuus monosyllabus in ω acuitur in secunda à fine cùm participium per ν effertur, vt χῶ, quia participium per ν, efformat, χών; si componatur penultimam acuit, vt ἀνείχω; si verò participium in σ oxytonum desineret, quod contingit verbis in μι, in ipsa etiam compositione remanet Accentus circumflexus in vltima, vt δῶ ἀνάδῶς, τῶ, κλῖστῶ; eorum enim participia per σ, efferuntur, hoc modo, δούς, στούς.

De Infinitiuo.

PRAESENS infinitiui, perfectum, Aoristus primus, & futurum primum penultimam acuunt, vt τύπτειν, τετυφέναι, τύψαι, τύψειν: Aoristi tamen primi Actiuorum circumflexorum penultimam circumflectunt, quia est longa natura, vt ποιῆσαι, βοῆσαι, χρυσῶσαι; Aoristus verò secundus, & futurum secundum vltimam circumflectunt, vt τυπεῖν, τυπεῖν. Tempora autem omnia tam verbi passiui, quàm Medij in θαι terminata sunt προπαροξύτονα, vt τύπτεσθαι, τυφθῆσθαι, τυπῆσθαι, τετύψεσθαι, τύψεσθαι, τύψασθαι; tria tamen inde excipe, perfectum quod communiter semper notatur acuto in penultima, vt τετύφθαι: si tamen penultima esset natura longa esset ibidem circumflexus, vt πεποιῆσθαι sic πεθεῖσθαι; excipe quoque futurum secundum Infinitiui Medij quod circumflectit penultimam, vt τυπεῖσθαι; & Aoristum secundum medium, qui acuitur in penultima, vt τυπέσθαι. Indefiniti autem passiui sunt προπαροξύτονα, vt τυφθῆναι, τυπῆναι. Cæterùm obseruandum est Æoles Infinitiuos circumflexos paroxytonωs efferre, vt κάλλω, φίλλω, φρήνλω, pro καλεῖν, φιλεῖν, φρονεῖν teste Corintho: Dores autem tales in vltima circumflectere, κωμυλῶ apud Theocritum Idyl. 15. Sciendum quoque est Æoles in perfectis passiuis verborum Quintę cōiugationis, quæ habent ε in penultima Accentum in tertiam à fine, mutato ε in ο, reuocare, vt à τείρω, τέτρεθαι antepenultima acuta, à μείρω, μέμρεθαι.

De Participiis.

PRAESENS, Aoristus primus, & futurum primum acuunt penultimam, vt τύπτων, τύψας, τύψων; excipio tamen futurum primum Quintæ cōiugationis, quod vltimam circumflectit, vt ψαλῶν, futurum verò secūdum vltimam semper inflectit, vt τυπῶν. Theodorus Gaza & alij à superiori regula tria excipiunt præsentia ἰών, κιών & ἐών, sed ἰών est Aoristus ab εἶμι, sicut & κιών Aoristus secūdus, ἐών autem Ionicè dicitur pro ὤν, & propter regulam monosyllaborū acuitur in vltima: nec obstat quod reliqua duo reperiantur in significatione præsentis: Græci enim maximè Attici, vt in Syntaxi ostenditur elegantissimè his temporibus interdum abuntur. Horum verò temporum fœminina in recto antepenultimā acuunt, vt τύπτουσα, τύψασα, τύψουσα, in obliquis verò maximè in Genitiuo & Datiuo acutus est in penulti-

ma, τυπλέσης, τυψάσης, τυπλέσῃ; fœmininum verò fut. 2. penultimam circumflectit, τυπῆσαι. Præteritum verò actiuæ vocis & Medię vna cum Aoristo posteriori eiusdem actiuæ significationis vltimam acuit, vt τετυφὼς, τετυπὼς, τυπὼν, rectus autem fœmininorum penultimam circumflectit τετυφῦια, τυπῆσαι. Hîc verò notandum est, Æoles in præteritis mutare ς in ν & Accentum in penultimam retrahere, vt τετύφων pro τετυφώς. Reliqua participia verborum passiuorum in αμμαι, ομμαι, & υμμαι antepenultimam acuunt, vt τυπτόμμαι, τυφθησόμμαι, τυψόμμαι, τυψάμμαι, τυπέμμαι: fœminina autem penultimam acuunt, τυπτομμένη, τυπεμμένη. Sola præterita in masculino & neutro penultimam acuunt, vt τετυμμένος, πεποιημένος. Æoles tamen incrementis subiatis tonum ad antepenultimam transferunt, vt βλήμμαι pro βεβλημμένος, δέγμαι pro δεδεγμένος. Indefinita verò passiua vna cum indefinito & præsenti verborum in μι semper in εις oxytonum desinunt, vt τυφθείς, τυπείς, πθείς, θείς, quorum omnium fœminina penultimam circumflectunt, τυφθεῖσα, πθεῖσα. Sciendum quoque est in compositione participia Accentum non retrahere, vt τὸ συμφέρον penultima acuta.

Notio.

Notio.

De Accentu Articulorum.

In articulo præpositiuo in recto nullus est Accentus, ὁ, ἡ nisi præcedat τ vt τό, quoties autem præcedit τ & syllaba longa est, toties est inflexa, vt τοῦ, τῆς, τῷ, τῇ, τοῦν, τοῖν, τοῖς, ταῖς: excipio solos accusatiuos τλὼ, τὼ & τὰ in duali, & in plurali τὲς. ὅ tamen apud Homerum in masculino reperitur, & acuto notatur, ac pro, *hic*, & sæpius pro, *qui* vsurpatur, sed vt ait Eustathius est pro ὅς detracto σ, & metro sic postulante. ὅς, ἥ, ὅ articulus subiunctiuus in omnibus nominatiuis & accusatiuis acuitur, in omnibus autem datiuis & genitiuis circumflectitur.

Exceptio.

De Pronominum Accentu.

Pronomina primitiua & deriuatiua, quæ non excedunt duas syllabas in nominatiuo singulari, & duali acuũtur, vt ἐγὼ, in omnibus aliis casibus Accentus est in vltima acutus in breui, inflexus in longa. Poëtæ tamen ex inflexis acutos formãt, metri gratia ἡμῖν, ἡμὶν, sic ὑμῖν & poëticè ὑμὶν. Cùm tamẽ casus poëticè & Ionicè dissoluuntur, penultimã acuunt, vt ἡμεῖς, ἡμέες, ἡμῶν, ἡμέων. Quoties verò per paragogen additur aliqua syllaba, quam præcedat omicron, toties penultima, vt scitè vult Lascaris, acuitur, vt ἐμεοῖο Atticè pro ἐμοῦ: quamuis reliqui ferè Grammatici Accentum in antepenultima collocent ἐμέοιο, sed correctiora & antiquiora exẽplaria illis repugnant. Dualis verò desinens in ω nunquã circum

circumflectitur vt superius attigi. Datiuus tamen singularis οἱ à Pronomine ὅς tertiæ personæ circumflectitur, licet dictum sit suprà οι ratione Accentus censeri tanquam breuem diphthongum, vt ἐμοὶ & μοὶ, φιλόσοφοι. Nec ignorandum est Apollonium in sua Syntaxi interdum scribere oxytonως σφεάς Ionicè pro σφᾶς, cùm tamen sæpius & apud eundem & apud alios legatur, paroxytonως σφέας.

Notio.

Quoties Attici in fine addunt iota, toties est acutus in vltima, vt ὅτοσὶ, τοτουτί.

Omnia deriuata, quæ excedunt duas syllabas si vltima sit breuis, habent acutum in antepenultima, vt ἡμίτεργος.

Pronomina demonstratiua inflexum habent in penultima, si vltima sit breuis, vt ὅτ῀ος; si verò sit longa acutũ, vt ἐμεῖνο: αὐτὸς autem in vltima acuitur. De reliquis Pronominibus dicere superfluum videtur, cùm eorum Accentus satis cognoscantur.

De Præpositione.

Præpositiones monosyllabæ, quæ à vocali initium ducunt, Accentu carent solo Spiritu contente, vt εἰς, ἐκ, ἐξ, reliquæ verò omnes in fine acuuntur, vt ἀμφὶ, κατὰ.

Omnes Præpositiones dissyllabæ de suo naturali loco deturbatæ, & suis nominibus postpositæ tonum in priorem syllabam remittunt, vt γέφυραν ἄπο, τάτων πέρι, quod familiare est poëtis, oratoribus autẽ minimè, nisi in ὧδε vt λόγων πέρι. Cùm tamen inter Præpositionem & verbum vel nomen ad quod refertur Præpositio aliqua alia particula interponitur, totius nõ remittitur, vt τῷ ἐπὶ Τυδείδῃ ἄρθω, & εἰς ἀπὸ πατρὸς κλοθθι. Dum verò Præpositiones, quæ verborum compositionem ingrediuntur, pro verbis ipsis vsurpantur, tunc totum in priorem syllabam transferunt, vt πάρα, ἔπι, ἔνι, μέτα pro πάρεσι, μέτεσι, ἔπεσι, ἔνεσι: Δῶ & ἰὼὰ nunquam Accentum retrahunt ne ambiguitas nascatur propter Δῶ Iouem & ἄνα à ζεὺς & ἄναξ Rex, licet parum apta videatur ratio. Notandum etiam est Æoles nunquam in Præpositionibus Accentum remittere, cùm tamen id in reliquis orationis partibus præstent.

De Aduerbiis.

Cvm variæ sint aduerbiorum species & vniuscuiusque aduerbia permulta, ideo certos aliquos Canones præscribere difficile est, & potius vsu quàm arte discuntur; hæc tamen præcipua sint præcepta.

Aduerbia quæ à genitiuis formantur conuerso ν in ς genitiuorum Accentum retinent, vt καλῶς, σοφῶς, μόνως, ἀπὸ τ῀ καλῶν σοφῶν μόνων. Hinc verò excipe αὐτοδέως, νοστιδέως,

Canon. 1.

Exceptio.

κακηθῶς. quæ licet à genitiuis circumflexis oriantur acuuntur tamen in penultima, vt sentiunt veteres Grammatici Græci & illis antiqui fauent. Codices: horum verò aliqua, imò ferè omnia in Lexicis quibusdam inscitè & corruptè in vltima inflectũtur, vt κακηθῆς, αὐτοδῶς, αὐτερκῶς, νεοσσοῖς. Dores autem aduerbia omnia inflexa à genitiuis facta, in penultima acuunt, vt κρίλως pro κριλῶς, σοφως pro σοφῶς; & contracta in ως, ac circumflexa à nominibus in ης & neutris in ες ducta Iones dissoluunt Accentu retracto, vt ἀτρεκέως pro ἀτρεκῶς: Contra verò Dores quædam aduerbia, quæ deberent esse paroxytonona perispomenως efferunt, vt παντοῦς, ἑτοῦς, αὐτομαστοῦς.

2. ADVERBIA terminata in θεν & θι tonum primitiuorum, à quibus deriuantur seruant, vt à πάντες, πάντοθεν, ab ἄλλο, ἄλλοθεν, ab ἀρχὸς, ἀρχόθεν, & ἀρχόθι, ab ἔξω, ἔξωθεν, ab ἄνω, ἄνωθεν, ab αὐτὸς, αὐτόθι; quæ verò habent η, in penultima, si veniant à Barytonis aut circumflexis, penaflectuntur, vt χῆθεν, δρχῆθεν: ποθεν autem à πῆ *vnidenum*, acuit penultimam, ad discrimẽ ποθέν, quod est oxytonũ & indefinitũ, *alicundè*.

3. ADVERBIA interrogatiua monosyllaba sunt πῶς, ποσ-μα, vt πῶς ἔχεις; *qui vales*, si verò indefinitè sumantur sunt enclitica, vt σὺν οἱδύ πως. Dissyllaba verò sunt paroxytona, vt πότε, ποθεν, πόσον, quæ si non interrogatiuè sed indefinitè accipiantur encliticarum naturam induunt, vt τὸτο λέλεφι ποθεν *hoc accepit alicundè*.

4. NOMINA neutra aduerbia facta tonum suum seruant, vt σωιρὲς, ταχὺ *velociter*, τάχιστα *velocissimè*: ἡδὺ, ἥδιον, ἥδιστα *iucundè*, *iucundius*, *iucundissimè*, τελευταῖον *denique*, πολλὰ *multùm*, μικρὰ *paulum*, sic πλεῖα *plus*: excipiũtur Attica quædam, quę Accentum retrahunt, vt ἄληθες, ἐπίτηδες, ἐπάναγκες.

5. ADVERBIA finita in ζε antepenultimam acuunt, vt Ἀθλώσδε, ἥκασδε: excipe χαμᾶζε.

6. QVAE terminantur in δα antepenultimam acuunt, maximè aduerbia ludorum, vt μύινδα, ὀφαπέτινδα. Aduerbia autem in δλω penultimam acuunt, vt λοχάδην à λόχας, ῥαάδδλω à ῥάφω, ὀρθίνδλω, ἀγκλίνδλω: Quæ verò in δον exeunt vltimam acuunt, vt βυτροφόδον *more boum arantium*, κωμυδὸν *canis instar*, ἀγεληδὸν *gregatim*.

7. ADVERBIA positionis verbalium, à quibus descendunt Accentum retinent, & penultimam acuunt, vt λίπεῳ λειπτέον, τέτυπται τυπτέον, γέγραπται γραπτέον, vt apertè Lascaris innuit.

8. DESINENTIA in ν circumflectuntur, vt χρῦ, μῦ: & ὕ apud Aristophanem. finita autẽ in ι, quibus ι, est additum demonstrandi gratia, vltimam acuunt, vt νωϊ, ὀδυεῖ, ἐνθαδῖ, reliqua

reliqua verò sunt grauitona, vt νόσφι, ἵφι, quia vltimum ι est breue. excipias tamen ὄφρῑ quod vltimam acuit. Quæ verò in diphthongum exeunt circumflectuntur, vt ἐδαμῶς: demptis ὦ, ἰδὲ *ecce*, & ἰώ. ὅτε autem non circumflectitur, sicuti nec εἶτε & εἴτε, quia encliticæ cum aliis coniunctæ tonum non mutant, sed solum transferunt aut amittunt.

IN ις dissyllaba grauantur, vt μόχις: excipe χωρὶς & ἀμφὶς; sic trissyllaba quæ in penultima habent α penacuũtur, vt οἰκῶδις: sic sæpiùs desinẽtia in κις à neutris facta, vt πολλὰ, πολλάκις, sicut & desinentia in χα dissyllaba, vt τρίχα: si tamen sint polysyllaba antepenultimam acuunt, vt πέτρακα. 9.

ADVERBIA in ξ acuuntur in fine, vt λάξ: excipe ἄπαξ & πέλας. 10.

De Coniunctione.

CONIVNCTIONES copulatiuæ acuuntur in vltima μὴν, δὲ, τὲ, ἀλλὰ, ἠμὴν, ἠδὲ, δὲ, ἀπὰρ, αὐτὰρ, κὲν, ὦν; excipio ἤτοι, quę penacuitur: acuuntur quoque in vltima Continuatiuæ, vt ἐπεὶ, & ἐπεί: addita etiam particula κῶς idem seruatur Accentus, vt ἐπεί κῶς, ἐπεὶ κῶς, in quibus longa natura ante breuem acuitur, nõ circumflectitur: quia accessiones, quæ fiunt ad voces inflexibiles, nulloque casu variatas nunquam Accentum, neq; eius sedem mutant, vt εἴθε *vtinam*, ναίχι *certè*, εἴτε & ἔτε aduerbium: vnica tamen coniunctio εἶτα deflectit ab hac regula. *Canon.* 1.

DISIVNCTIVAE acuuntur in vltima ἤ, ἦε: ἦ autem pro affirmatiua *certè*, circumflectitur. 2.

CAVSALES, quæ monosyllabæ non sunt, censentur paroxytonæ, vt ὅτι, διότι, ἵνα, ὅπως, ὄφρα: si autem sint plurium syllabarum antepenultimam acuunt, vt ἕνεκα, ἕνεκα. 3.

ADVERSATIVAE penacuuntur, vt καίτοι, καίπῶς, ἔμπης, ὅμως. 4.

EXPLETIVAE multæ monosyllabæ acuuntur, δὴ, γὰ, τὰ, πὰ, γὲ, μὲν, αὖ: ἦν autem, quæ est illatiua circumflectitur, sicut γῆν. 5.

DVBITATIVA ἆρα, & κᾶτα circumflectitur; sed ἄρα *igitur* penacuitur. Reliquas verò omnes sicut & aduerbia recensere ac regulis includere, longiùs, quàm par sit, esset: talium enim particularum prolixa enumeratio potius confusionem, quam facilitatem pareret, cùm interdum quælibet particula regulam propriam postularet. 6.

DE ENCLITICIS CANONES.

Quid sit Enclitica.

ENCLITICA dictio est, quæ vel Accentum proprium

Universidad de Deusto Biblioteca

in dictionem præcedentem refert, vel quæ proprio ſpoliata Accentu, pręcedentem dictionem propter orationis iuncturam Accẽtu graui in vltima notatam, eam oxytonam facit: vt σῶμά ἐστι. Θεός τε, καλός τε. Synencliticæ ſunt, quando in ſerie orationis plures Encliticæ dictiones concurrunt, quæ cùm tonum in præcedentem reiiciant, fit vt omnes acuto notentur, vltima verò Accentu deſtituatur: vt ἤ, νή, σέ που δέος ἔχει.

DE NVMERO ENCLITICARVM.

Nomen.

VNICVM eſt nomen encliticum τίς videlicet, in omnibus caſibus & numero & in omni genere, dum modo infinitè ſumatur, vt γράφεταί τις, *ſcribit quiſpiam*; dum verò tanquam ſignum interrogationis ponitur, ſemper acuitur, vt τί γράφεις; *quid ſcribis?* τίνος ἕνεκα; *cuius rei cauſa?* τῷ vel τέω aut apud Euſtathium ὅτεω & ὅτεων Accentu Atticè in antepenultima collocato, infinitè ſumptum inclinat, licet ſit cõtrouerſia an ὅτεω & ὅτεων triſſyllabum inclinet; ſumptum autem pro interrogatiuo nunquam inclinat.

Pronomen.

TRIA primitiua Pronomina in certis caſibus cenſentur enclitica, vt ἐγὼ, eſt encliticum in iis caſibus, in quibus ε deperit ſcilicet, μου, μοι, με. Secundæ autem perſonę Pronomen in his caſibus σου, σοι, σε, Pronomen verò tertiæ οὗ, οἱ, ἑ: & in numero duali σφε & σφωε, ſiue σφω pro σφε, cùm eſt tertiæ perſonæ: σφω enim ſecundæ perſonæ non eſt encliticum; In plurali verò σφισι, σφιν, ſiue σφι, pro σφισι, & σφεας pro σφας enclitica ſunt. Caſus verò & perſonæ ex alia dialecto quàm communi depromptæ, quæ ſuperioribus æquiualent, habentur encliticæ, vt μευ pro μου, σευ pro σου, ἔθεν & εὖ pro οὗ, τυ pro συ, ſæpius tamen in codice correcto apud Theocritum legi τυ non encliticum. Hæc autem omnia Pronomina ſunt enclitica cùm abſolutè dicuntur, nec aliò referuntur; ſed cùm per appoſitionem ad aliam perſonam conuertuntur, encliticarum dictionum naturam exuunt, quod etiam præſtant, cùm iunguntur cum his particulis ἕνεκα, οὕνεκα & εἵνεκα, aut cum Coniunctionibus diſiunctiuis aut cum Præpoſitionibus, tunc enim non cenſentur enclitica, vt ἕνεκα μοῦ non ἕνεκά μου, ſic ἢ μέ, ἢ σέ, ſic διὰ σέ, περὶ σοῦ, κατὰ μέ, non ἤ με, διά σε. Recipiunt quoque Accentum & enclitica non ſunt, ſi ante aliud Pronomen collocentur, vt σφίσιν αὐτοῖς pro ἑαυτοῖς, σφέας αὐτους pro ἑαυτους.

Ver

Verbum.

DVO verba ſunt enclitica εἰμί & φημί in toto præſenti εἶ, verò ſecunda perſona cùm Accentu circumflexo notatur, non eſt encliticum, εἶς autem ſecunda quoque perſona encliticum eſt, cùm Accentu acuto notatur, ſic ἐσσί & ἐντί: φῆς verò ſecunda perſona à verbo φημί, quia eſt circumflexa, non eſt enclitica: Cæterùm ἔασι Ionicè pro ἴσι non eſt encliticum: in verbis enim dictio, quæ duas excedit ſyllabas enclitica non eſt. Hinc compoſita, non cenſentur enclitica, vt σύμφημι: licet φημὶ ſimplex ſit encliticum.

Aduerbia.

HAEC aduerbia cùm infinitè ſumuntur, enclitica habentur, ποθεν, ποθι, ποτε, πως, πω, πη, που, vt ἦλθέ ποτε *venit alicundè*: ſi tamen interrogatiuè ſumantur enclitica non ſunt, vt πῆ ἔχεις; *quónam modo habes?*

Coniunctiones.

CONIVNCTIONES duæ copulatiuæ ſunt encliticæ κε, κεν, & τε, vt ἄγιός τε, ἀέριός τε. Aliæ verò ſunt expletiuæ, quæ paſſim à poëtis ad carmen explendum elegantiſſimè tamen vſurpantur, vt ῥα, νε, νυ, περ, τοι, γε, θην, ναν, που, & aliæ ſimiles: νῶν autem aduerbium, vt notat Ariſtophanis interpres, circumflectitur: νῶν verò expletiua acuitur & breuis eſt, vt notat idem interpres. Inclinatur etiam οὖν poſt οὐκ ſi tantum neget, vt οὔκουν *non*, ſi verò vel concludat, vel interroget, retinet ſuum Accentum, vt οὐκοῦν *ergo, igitur*. δὲ etiam inclinatur cùm in diuiſionibus cum articulis poſita apoſtrophen patitur, vt ὅδ' ἥδ'. Hic verò notandum eſt interdum encliticas dictiones cum quibuſdam vocabulis ita cohærere, vt in ſcribendo ſeparari non debeant, qua in re multi labuntur, vt οἷός τε, οἷοί τε & οἷόντε, ſi enim ſeiungas huiuſmodi voculam τε, & ſcribas οἷός τε, ac dicas οἷός τε εἰμὶ, potius ſignificabis *qualis ſum*, quàm *potens ſum*.

Quot modis Enclitica tonum reijciat.

QVINQVE modis encliticæ dictiones reiiciunt tonum in vltimam ſyllabam præcedentis dictionis.

PRIMO ſi dictio quæ præcedit encliticam penultimam acutam habeat, eamque longam, quam vltima breuis conſequatur, vt λάμπέ τε, φύλλά τε. 1.

SECVNDO ſi dictio, quæ antecedit encliticam habeat Accentum acutum in antepenultima, vt μέμνηταί σου, κέκλυτέ μου. 2.

TER

3. TERTIO si dictio, quæ encliticam præit, inflectatur in penultima, vt σῶμά σε.

4. QVARTO si post dictionem in penultima acutam, siue illa sit breuis, siue lõga subsequatur enclitica ab σφ incepta, vt τύξά σφεων, ἵνά σφιν.

5. QVINTO cùm præcedit aliqua monosyllaba dictio, quę natura sua tono destituitur: illa enim encliticæ sequentis Accentum mutuatur, vt ὥς σεο ὄγε, εἴ σφωιν, ὅ φησι.

Quot modis Enclitica dictio suum tonum seruet.

ENCLITICA dictio, & quæ eam præcedit, duobus modis Accentum suum retinet.

1. PRIMO cum præcedit in concursu orationis aliqua dictio graui in vltima notata, & enclitica dissyllaba sequitur, vt Ἰθακαιὸν φημί. Hoc tamen perpetuò verum non deprehenditur: legitur enim in correctis codicibus ἀεί ποτε.

2. SECVNDO cùm multæ encliticæ vnum in locum conueniũt: singulæ enim acutos habent tonos præter vltimam, quæ nuda remanet, vt τίς τέ μοί φησι ποτε.

Quot modis Enclitica suum Accentum non retinet nec remittit.

ENCLITICA suum Accentum amittit, nec tamen præcedenti dictioni tribuit tribus modis.

1. PRIMO si monosyllaba enclitica postponatur dictioni oxytonæ, vt ἀδελφός μου: grauis enim tantum, qui esse debuisset in concursu orationis, in acutum mutatur.

2. SECVNDO cùm dictio, quæ encliticam præcedit in vltima circumflectitur, vt καλῶς τε, σοφῶς τε.

3. TERTIO si præcedat dictio, quæ penultimam acuat, & non sit trochaica, vt ἄναξ τε, ἀτρείδης τε.

Canones particulares de tertia persona ἐστί.

ἐστί est acutum in penultima post

εἰ	εἰ ἔστι
οὐκ	οὐκ ἔστι
ἀλλὰ	ἀλλ' ἔστι
ὡς	ὡ ἔστι
καὶ	καὶ ἔστι
τοῦτο	τοῦτ' ἔστι, & initio orationis ἔστι τοῦτο.

ἐστί est acutum in vltima post
- Dictionem quæ acuit secundam à fine, vt πόνῳ ἐστί.
- Secundam à fine circumflexam modo vltima sit positione longa, vt αἶλαξ ἐστί.

ἐστί est enclitica post dictionem, quæ Accentum habet in
- Vltima { ἠεμός ἐστι, ἑμὸς ἐστι } & tunc Accentum amittit.
- Tertia / Secunda } à fine { Acutũ, vt ἄνθρωπός ἐστι. Circumflexum, modò extrema sit breuis οἶκός ἐστι.

HAEC Baillius de Accentibus. Reliquum est vt, quemadmodum antea sumus polliciti, paucis quoque perstringamus, quo Spiritu, asperóne an tenui, vocales & diphthongi notentur. Horum enim alterutro sunt semper afficiendæ, quoties dictionis initium occupabunt. Primùm itaque de his generalia quædam præcepta trademus, nulla ratione habita literarum, quę initiales has vocales vel diphthongos subsequantur. Posteà verò explicabitur, quem Spiritum vnaquæque ante has vel illas literas obtineat.

SPIRITVVM RATIO.

SPIRITVS Nominatiui retinetur in obliquis. sic in verbis omnia tempora seruant spiritum præsentis, quamuis vocalis mutetur; vt ἁμαρτάνω, ἡμάρτανον, *pecco, peccabam*: ἄδω, ἤδον, *cano, canebam*. Excipe ἔχω, cuius futurum est ἕξω, 304,1. & 381,13. *Regula.* ἔχω, μ. ἕξω.

2 Composita, retinent Spiritum simplicium: sic deriuata primitiuorum, modò principalis litera seruetur. Excipe ἱδρώς, *sudor*; ab ἰδίω, *sudo, laboro*. ἅμυδις, *simul*; ab ἅμα, *simul*, Æolicum est. Æoles autem spiritum asperum omnino reſpuunt, 120,33. *Composita. Deriuata. Æolismus.*

3 Numeralia aspirantur; præter ὀκτὼ, *octo*: ἐννέα, *nouem*: & εἴκοσι, *viginti*. sic eorum deriuata, ὄγδοος, *octauus*: ἔννατος, *nonus*: εἰκοστὸς, *vicesimus*, &c. *Numeralia.*

4 Relatiua vel redditiua, facta per aphæresim consonantis aspirantur; vt τόσος, ὅσος, *tantus, quantus*: πηνίκα, ἡνίκα, *quãdo, quum*. Excipe τῆμος, ἅμος, *tum, quum*. *Relatiua siue redditiua.*

5 Pronomina ab ε inchoata, leuigantur; præter ἑ, *se*; cum composito ἑαυτοῦ, *suiipsius*: & ἕθεν atque εἷο, pro οὗ, *sui*: & ἑός, pro ὅς, *suus*. Quæ ab alia vocali quàm ε incipiunt, aspirantur; præter αὐτός, *ipse*. aspiratur & αὑτοῦ pro ἑαυτοῦ. *Pronomina.*

6 Articuli notantur spiritu aspero. nam ὦ nõ est articulus, sed aduerbium vocandi. *Articuli.*

7 Augmentum ε præpositum consonanti, leuigatur, præterquam in præterito perfecto & plusquamperfecto verbi ἵστημι, *sisto*: ἕστακα, ἑστάκειν, 234,25. & 369,31. *Augmentũ syllabicum.*

8 Quum

8 Cum verò ϛ Atticè præponitur vocali, seruat Spiritum præsentis,298,20.

Præpositiones. 9 Præpositiones leuigantur,præter ὑπὸ & ὑπέρ.

Coniunctiones. 10 Coniunctiones leuigantur, præter causales; vt ἵνα, *vt*: ἕνεκα & ἕνεκεν, & Ionicè οὕνεκα & οὕνεκεν, *causâ*, *gratiâ*: ὄφρα tamen (id est,*vt*) leuigatur.

Regula. 11 Quæ à vocali aspirata incipiunt,si υ assumant,aspirationem abiiciunt; vt ὄρος,ἔρος,*terminus.* significat etiam ἔρος *montem*; sed tum fit à τὸ ὄρος, Spiritu tenui.

Notio. 12 Hoc notatu dignum, Latinos sæpenumero Spiritum Græcorum asperum per h exprimere: Ἕκτωρ,*Hector.* interdum per s: ὑπὲρ,*super*: ὑπὸ,*sub*:ὗς,*sus*: ἕρπω,*serpo*: ἑξ,*sex*: ἑπτὰ,*septem.* nonnunquam etiam, sed rariùs, per v consonum: vt ἑσπέρα,*vespera*: ἕλκω,*vello*: ἕλκος,*vulnus.*

Sed iam aperiamus quo spiritu vnaquæque vocalis aut diphthongus ante has vel illas literas afficiatur. Atque

υ vbique aspiratum. υ quidem, semper ante quascumque literas aspiratur:aliæ autẽ vocales ac diphthongi omnes, tenui magis quàm aspero spiritu gaudent. De aspiratis igitur sunt solùm tradendæ regulæ,& earum exceptiones. vbi enim de omnibus vocabulis aspirandis constiterit, reliqua omnia leni Spiritu afficiẽda censebũtur. Primùm itaq; α ante βρ. aspiratur:Nam:

Ante quas literas α aspiretur. ἁβρὸς, *delicatus mollis*, cum deriuatis, siue ea simplicia sint, siue deriuata aspirari solet,vt ἁβρὸς, ἁβρύτης, & cõposita,ἁβρόκαρπον, *abrotonum herba*, ἁβρότονον, & ἁβροβένιον, *nomẽ meretricis*, quorum quædam Æolicè aliquando tenuantur, vt ἄβρος, & ἀβρότονον, *cum est herbæ nomen.*

χι: ἅγιος, *sanctus*,ab ἄζω.
ὀρο: ἀόρος,*adultus*, *plenus.*
λι: ἅλις, *satis*: †ἁλία,*mare.*
λκυ: ἁλκυὼν,*halcyon auis.*
λμι: ἅλμη, *salsugo.*
λοσ: ἁλοσύδνη,*mare.*
λαρ: ἁλαργὴν, *purpureum.*
λσ: ἅλσις, *saltus*, *palpitatio*: hæc quidam leuigant:quę omnia ad secundam regulam generalem aptius reuocari possent: nam deriuata sunt ab ἅλς & ἅλσις, ab ἅλομαι.

λω: ἅλωμι,*capio*: ἅλως,*area.*
μαξ: ἅμαξα, *plaustrum*, ab ἅμα, *simul*; & ἄγω, *duco.* alij deducunt ex ἄμητος, *messis*;& ἄγω: ac ideo α leuigant: vt Hesiodus, ἐν ἁμάξεω,*in plaustrum.*
μαρτ: ἁμαρτάνω, *pecco.*
μιλ: ἅμιλλα,*certamen.*
παλο: ἁπαλὸς, *tener*, *delicatus.*
παντα: ἁπανταχῆ, *vbique.*
πλο: ἁπλόος & ἁπλοῦς, ἡ ἁπλόη & ἁπλῆ, *simplex.*
ρμ: ἅρμα,*currus*:ἁρμόζω,*congruo.*
ρπ: ἁρπάζω,*rapio.*
ψιν: ἀψίνοος, *mox satiatus.*
ψιμ: ἀψιμαχία, *pugna præludium.*

Ab

AB HIS REGVLIS EXCIPE COMPOSITA EX α: VT

ἀζήτητος, *vinaceis carens*; vuæ species.
ζ Ἀλίαστος,*ineuitabilis.*
ἀλίθης, ες, & ἄλιθος, ον, *non calculosus*, *sine calculis.*
ἄλιμα, τὰ, *pharmaca quæ famem obrepere prohibent.*
ἀλίμβολος, *importuosus*, *portu carens*: vnde ἀλιμβολία,*importuositas.*
ἀλίπαντα, τὰ, *medicamenta non pinguia.*
ἀλίπαχυς, ες,*non pinguis.*
ἀλίπασον, *genus carnis sine pinguedine*: * at ἀλίπαστος, *mari seu sale aspersus*,aspiratur.

Et si quæ sint alia composita ex α quæ possint in eas regulas cadere,siue illud α significet priuationem, siue intentionem,siue simul,siue malum & difficultatem, siue moderatum; siue sit abundans. semper enim α in compositione leuigatur; præterquam in ἅλυσις,*catena arcta & solida*, aut ϗ *vinculum intortum & inextricabile*, ex α priuatiuo,& λύσις, *liberatio*, *solutio*: (vnde ἀλύσιον,*catenula*: ἁλυσίδετος, & ἁλυσιδωτὸς,*catenatus*) & præterquam in ἅδης, ου, *Pluto*,*inferus*, ex α,& ἰδεῖν,*videre.* Sunt & alia à prædictis regulis degenerantia; eaque partim composita ex α, sed quorum compositio non satis est nota; partim ex α non composita. Leuigantur autem,quòd nullam habeant affinitatem cum aspiratis. Veruntamen non omnia in genere, quorum initium est ἀγι,ἀδρο,&c. ab eodem capite manant:neque etiã omnia aspirãtur: nam sequẽtia omnia in emendatissimis variorum & bonorum authorum exemplaribus leuigata deprehendi.

Ἀγιγάρτης, *Agigartus*;proprium viri.
Ἀγνέω, & ἀγνέσσω, *veho*, *duco.*
Ἄγις, *Agis*, rex Lacedæmoniorũ: à quo & alij reges vocabantur ἀγιάδαι.
ἀγιτμός,*via*, *semita.*
ἄγιστος, ον, *iniurius*: sunt qui aspirent.

† ἀλίπηκα,τὰ,*impinguia.*
ἀλιπὴς, ές, *pinguedine carens.*
ἀλώβητος,*illæsus.*
ἀλώφητος,*indefinens.*
Ἀμφέτωρος,*testibus carens.*
ἄπαυλον, *indutiæ*, *cessatio à palæstra.*
Ἄπλοια, *nauigandi incommoditas.* sic ἄπλοος, *nauigio carens*: ἄπλοος, *nauigationi ineptus.*
ἄπλοκος,*non implicatus.*
ἀπολείπω,*minus valẽtes nauigare.*
ἄπλητος, *inops*, *sine diuitiis.*

Ἀρίστα, * vrbs Bœotiæ: at ἀρίστης, *spiritu aspero*, est *herbosus.* vel rectius, vt apud Homer. etiam nomen vrbis.
ἀλίγκιος, *similis.*
ἄλιγες,αι,*alliorum & ceparum capita & nuclei.* Hesych. Etymol. & Suidas habent ἄγλιγες.

Ἀλι

Verius est ἀλίπαντον ex ἀ & λιπαίνω pinguefacio,vt & ἀλίπαρος, ab α, & λιπαρὸς pinguis. Pro ἀλίπηκα, etiã Hesych. habet ἀλιπαρῆ,id q; exponit, squalida.

Tenuem spiritũ habẽtia, quamuis incipiant ab ἀγι,&c.

* *Inanem esse hanc distinctionẽ arguit versus Homeri,* Κορώνειαν καὶ πολίεντ' Ἀλίαρτον, οἵδε πλάτειαν

Universidad de Deusto Biblioteca

ἔχον : *aspirari. n. probat θ ex τ factum in* ποιήνθ' *pro* ποιήνγ.

Ἀλιλὰτ, *Alilat* : sic dicitur Vrania ab Ægyptiis.
ἀλινδέομαι, *voluor.*
ἀλινδήθρα, *volutabrũ*, locus in quo se volutant iumenta.
ἄλιξ, *alica.*
ἀλίσθη, *deceptio, fraus.*
ἀλίσγημα, *contaminatio.*
ἀλίσγω, *polluo*, Hesych.
ἄλισμα, *alisma*, plantę genus.
ἀλίστρα, *volutabrum.*
ἀλιστρὴν, *iniusta iudicantes.* ex masculino ἀλιστὴς, *iniustus peccator*, hoc verò per Syncopen ex ἀλιτήριος teste Hesychio.
ἁλιτραίνω, *pecco, delinquo.*
ἁλιτρία, *peccatum.*

Incepta ab ἁλίεα : vt Ἄλιβας, *Alibas*, fluuius inferorum.
Incepta ab ἁλιτ, sequẽte vocali, præter ἁλιτενὴς, ὁ, ἡ, *maritimus* (ἁλιτενὲς verò, id est, *humile*, à nonnullis leuigatur) & ἁλιτέρμων, *mari conterminus* : ἁλίτης ὁ *caseus sale aspersus.*
Incepta ab ἁλίτρο, præter ἁλιτρόπος, *mariuagus* ; & ἁλιτρόφος, *mari alitus.*
Ἄλος, *mœror*, & vrbis propriũ.
Inchoata ab ἀλωπ : vt ἀλώπηξ, *vulpes.*
Ἀπαλοιάω, *abcido.*
ἀπαλοιφὴ, *litura.*
Ἀπαυλόω, *obuiam eo.*
Incepta ab ἀρμὶς : vt Ἀρμδρία.

ATQVE HÆC QVIDEM SVNT QVÆ A' PRIORIBVS REGVLIS excipiuntur.

Sunt verò rursus & alia quæ aspirantur, regulis illis non comprehensa : quorum quædam sunt eorum coniugata, quædam minimè. Illa autem sunt,

Ἄδρυμα, *ancilla adolescentior.*
ἀδρυδάλη, *pellex.* *
ἁδρίζομαι, *delicior.*
ἁδρῶς, *splendidè, delicatè* : at ὁ ἁδρὼς, *non exesus*, leuigatur.
Ἁγνὸς, *purus, castus.*
ἁγνεία, *puritas, castitas.*
ἁγνούτηριον, *sanctuarium.*
ἁγνοῦλιον, τὸ, *castius viuẽtia.*
ἁγνόω, *castimoniam colo.*
ἁγνὴς, ἡς, *castus, purus.* alij leuigant Æolicè magis quàm regulariter.
†Ἁγνὴς, ἠτος, *Hagnes, etis*, mulieris proprium.
ἁγνίζω, *purgo* : at ἁγνίζω, *corrumpo*, leuigatur. nisi rectius explicare velis ἁγνίζω, siue ἁγνίζω, primum *lustro*, deinde peracta lustratione *macto*, spreta hac distinctione.
ἁγνισμὸς & ἁγνισμὸς, *lustratio, purgatio.*
ἁγνιστικὸς, *lustrandi expiandiq; vim habens.*
†ἁγνίτης, *sanctus, purus* : at ἁγνίτης, Æsculapij cognomen.
ἁγνὸς, *purus, castus.*
ἁγνότης, *castitas.*
ἁγνῶς, *castè, purè, pudicè.*
Ἅδε, *hæc*, Doricè.
ἄδλως, *lubenter* : at ἄδλως, *satis*, leuigatur.
ἁδινὸς, *confertus, frequens* : à quibusdam leuigatur. ἀδρὰς,

* *In* ἀδρυδάλη *error est, ex Hesych. codice : legendũ enim* ἀδρυδάλη. *& hæc apud Hesych. tenuantur.*

ἀδρὰς, *adolesco, augeor.*
ἄδρωσις, *crassatio, perfectio.*
ἀδρώω, *crassum reddo.*
ἀδὺ, *suauiter.*
ἀδύγλωσσος, *suauis linguâ.*
ἀδυεπὴς, *suauis sermone.*
ἀδύνοος, *suaue spirans.*
ἄδω, *placeo*, & ab eo deducta quæ enumerantur, 333, 33.
Ἄζω & ἄζομαι, *colo, veneror* : at ἄζω, *sicco*, leuigatur.
Ἁθρέω, *video*, Atticè aspiratur, cõmuniter leuigatur. idẽ iudicato de ἀθροίζω, *congrego* : ἀθροίσιμος, *frequens* : ἄθροισις, ἄθροισμα, ἀθροισμὸς & ἀθρόστης, *congregatio, acervus* : ἀθροιστικὸς, cõgregatiuus : ἀθρὸς & ἄθρυς, *densus, frequens* : (at ἄθροος, *expers strepitus*, leuigatur & antepenacuitur) ἀθρόως, *confertim.*
Ἅλαδε, *ad mare.*
Ἁλαὶ, *Halæ*, Bœotiæ oppidum.
Ἅλαισα, *Halæsa*, Siciliæ oppidum.
Ἅλαισος, *Halæsus*, Agamemnonis filius ex Briseide : itẽ Halæsus fluuius & mons non longè ab Ætna.
ἅλας, ατος, τὸ, *sal* : & ὁ Ἅλας, ου, *Hala*, viri proprium.
†ἁλαστωλία, *salis venditio.*
Ἀλέα, Palladis cognomen apud Tegeatas, à delubro quod struxerat Haleus : at ἁλέα, *tepor*, leuigatur.
ἁλέα, *piscatus.*
ἅλες, *sales*, id est, *sal.*
Ἁλεὺς, *Haleus*, propriũ viri.
†ἁλιάδες, *scaphæ piscatoriæ.*
ἅλλομαι, *salio, exilio* : tamen ἤλθ & ἄλθ pro ἦλθ leuigantur. Vide 370, 41.
ἁλοάω, *trituro.*
ἁλοᾶς, *triturator.* vel vt legit Nonn. ἁλωᾶς.
ἁλοητὸς, ὃ, ὁ, *tempus triturãdi.*
Ἁλόνησος, *Haloneseus insula.*
ἁλοπήγιον, *salinæ.*
ἁλόω, *capio* : at ἀλόω, poëticè pro ἀλάω, *in errorem induco*, leuigatur.
ἅλς, *sal, mare.*
ἁλτῆρες, pilæ plumbeæ massulæve, quibus vtraq; manu se librabant qui saltu certabant, vt certiùs assilirent.
ἁλτικὸς, *saltui aptus, agilis.*
Ἁλυάττης, *Halyattes* pater Crœsi.
ἁλυκὴ, *mare*, Hesych.
ἁλυκίδες, αἱ, *salinæ, salsulæ.*
ἁλυκὶς, ίδος, *salsugo.*
ἁλυκὸς, *salsus, amarus* : at ἄλυκος, *lupis carens*, leuigatur apud Hesych. & Etymol.
ἁλυκότης, *salsedo, salsugo.*
Ἅλυς, *Halys* fluuius.
ἁλύω, *gaudeo* : item *mœreo* : Atticè aspiratur, comm. leuigatur.
Ἅμα, *simul*, cum deriuatis.
Ἁμαδρυάδες, *Nymphæ Hamadryades*, quòd simul cum arboribus nascantur & intereant.
†ἅμαρ, *vas in quo coria aptãtur* : at ἅμαρ pro ἦμαρ, *dies*, leuigatur ; quamuis à nõnullis aspiretur.
ἀμμωνιάδες, αἱ, *pira quæ cum ficis nascuntur vel matureſcunt.*
ἀμφίζω, *misceo.* quod apud Hesych. leuigatur.
ἀμφιτροχία, *orbita* ; & *concer-*

tatio in cursu.
ἀμέρᾳ, Doricè pro ἡμέρᾳ, dies.
Ἀμηλία, Hameria, proprium mulieris.
ἄμη, hama, instrumentum ad incendium compescendũ: at ἄμη, sarculum, falx messoria, leuigatur.
ἀμηχέπη, aliquo modo: à quibusdam tamen leuigatur, veluti ἀμηχέπεω, ἀμηχέπως & ἀμωσγέπως, quæ etiam à nonnullis aspirantur.
ἄμιπποι, οἱ, equi desultorij, & pedites equitibus adiuncti.
ἀμίς, ίδος, matula, vas vrinarium: at ἄμις, ιος, amis herba, leuigatur à nõnullis.*
ἄμμιγα, ατ, copula, nexus.
Ἀνδάνον, placens.
ἀνδάνω, placeo.
Ἀπαντῆ, vbique.
ἅπαξ, semel.
ἁπαξάπας, αντος, vniuersus.
ἁπαξαπλῶς, omnino.
ἁπλᾶ, simpliciter, Doricè pro ἁπλῇ.
ἁπλεῖ, calceamẽti genus Laconici, à simplicitate sic dictum.
ἁπλῇ, simpliciter.
ἁπλήπ, simplex.
ἁπλῶς, simpliciter.
ἁπλικὸς, qui vim habet tangẽdi, vnde τὸ ἁπλικὸν, tactus, facultas tangendi.
ἅπτομαι, tango.
ἁπτόμβρ, aptus, id est, consertus & compositus.
ἁπτὸς, tractabilis, tangibilis.
ἅπτω, accendo, apto.
Ἄρκυς, rete, aspiratũ inuenitur.
Ἀσβύται, Hasbytæ, populi.
Ἄσσα, quæ, quæcũque: at ἄσσα, quædam, leuigatur. sic Atticè ἅττα & ἄττα.
ἄσσων Doricè pro ἧσσων vel ἥττων, minor, inferior.
Ἅτε, tanquam, vtpote.
ἀτερῆϊον, diuersum, alienum.
ἄτερ Att. pro ὁ ἕτερος, alter.
Ἀφὴ, tactus, iunctura.
Ἀφὶς, ίδος, curuatura rotæ.
ἄψις, ιος, tactus, contrectatio.
ἄψ, ος, membrum.

* *Pro* ἄμις *apud Gal. lib. 6. de Simpl. med. legit Dioscor.* ἄμμι *qđ & Plinius ammi & ammium vocat.*

E ASPIRATVR ANTE:

βδ: ἑβδομαῖος, septimanus.
βρ: Ἑβραῖος, Hebræus.
ϑν: ἔδνον, donum iugale, quod vxori à marito donatur.
ϑρ: ἕδρα, ας, ἡ, sedes.
ιδν: εἰδνα, τὰ, dos, dona iugalia.
κ, sequente alia vocali quàm ε: ἑκὼν, delonge, procul à.
λεθ: ἑλεθρὴς, calidus.*
λϑ: ἑλϑὼς, palustris.
λεν: ἑλένιον, helenium, herba quæ & inula campana.
λιν: ἑλικὸς, tortilis, niger.
λκ: ἕλκω, traho.
λλα: Ἑλλὰς, Græcia: ἕλλα, sella.
λλη: Ἕλλη, Græcus.
λμι: ἕλμινς, tinea, lumbricus.
λο: ἕλος, ους, τὸ, palus, vdis.
λω: ἕλωρ, præda, captura.
ξ: ἕξις, habitus.
ορ: ἑορτὴ, festum, festiuitas. Ab Ionibus talia leuigantur.
ρκ: ἕρκος, ους, septum.
ρμ: ἑρμηνεύω, interpretor: Ἑρμῆς, Mercurius.
ρξ: ἑρξείης, coërcitor.
ρπ: ἕρπω, repo, serpo.
σπερ: ἑσπέρα, vespera.
στ: ἑστία, focus, lar.
ται: ἑταῖρος, socius. sic ἕταρος pro ἑταῖρος: vnde ἑταιρία, societas, sodalitium.

* *Apud Hesych. est* ἑλειθρὴς *tenui spiritu & ει diphthon. in secunda syllaba. alij malunt* ἑληθρὴς, *& εἰληθρὴς composita ex* ἕλη *vel* εἴλη *color solis &* ϑέρω.

πρ: ἕτερος, alter.
ποιμ: ἕτοιμος, promptus.
φθ: ἑφθὸς, coctus.
ψ: ἕψω, coquo, elixo.

HINC EXCIPE:

† Ἐκιδνὸν, mucronatim. à nonnullis tamen aspiratur.
Ἑλειὸς, glis: at ἑλϕὸς, palustris, aspiratur.
Incepta ab ἑλλαμ. componũtur enim ex præpositione ἐν, sed ν migrat in λ, 401, 31 & 28. vt ἐλλαμβάνομαι, complector.
Incepta ab ἑξ: vt ἕξω, extra: ἔξωθεν, foris. Notanda etiã quæ fiunt è præpositione ἐξ. atq; in genere, quæcũque regulis generalib. cõtinentur.
Ἑρκώζω, cauillor.
Ἔρμα pro ἔρεισμα, fulcrum: quidam aspirant.
ἔψεια siue ἐψία, ludicra.
ἐψεῖν siue ἐψίᾳ, ludus, iocus.
sic cætera incepta ab ἐψ.

ASPIRATVR PRÆTEREA E IN DICTIONIBVS SEQVENTIBVS:

Ἕβρος, Hebrus, fluuius.
ἡδυώνος, dulcis, quasi ἡδωνὸς, ab ἡδὼ, latifico, demulceo. à quibusdam tamen leuigatur.
Ἑδὼς, nomen Mercurij apud Gortynios: Etymol.
ἕδος, εος, τὸ, sedes: at ὁ ἐδὸς, ũ, edax, leuigatur.
ἑδέσμαι pro καθεδέσμαι, sedebo; de quo 390, 9. & 14.
ἑδριάζω, consideo in theatro.
ἑδώλιον, deriuatum ab ἕζομαι, sedeo, est basis naui aut statuis supposita, ne tangant terram, puluinar.
Ἑδὼς, ἑῆν, suus, vel bonus.
Ἕζομαι, sedeo.
ἕζω, sedere facio, loco.
Ἑκτέον, habendum est.
ἑκτικὸς, habitualis: hinc ἑκτικοὶ, qui corporis habitudine laborant: & ἑκτικὴ, febris hectica: & aduerbiũ ἑκτικῶς, pro habitudine. sic alia ducta ab ἕξω, habeo, teneo, defendo: cuius fut. ἕξω (vt diximus) aspiratur: veluti ἑλ: ἑωλὸς, pridianus, euanidus.
ὡσ: ἡ ἕως, ω, aurora, dies: ἑωσφόρος, lucifer.

* *Apud alios tenuatur* ἔλδομαι *& ἐλδομαι vt & alia inferius* ἐλεία *&* ἔλα, *& apud Hesych.* ἐλὸς.

ἑλδομαι, vel ἐέλδομαι, desidero.
ἑλδωίω, splendidum & amabile reddo, cupio.
ἔλδωρ vel ἐέλδωρ, desiderium.
†ἔλεία, & ἔλα, splendor aut calor solis.
ἑλέπολις vel ἑλέπτολις, machina bellica capiẽdis vrbibus.
ἑλετὸς, captabilis.
ἔλη, calor & splendor solis.
ἑλιγμὸς, intestinum tenue. vel, vt Hesych. tortus vel armilla tortilis, torques.
ἑλιγμὸς, vertex, gyrus.
† ἑλιϑρεῦν, apricari.
ἑλιξ, circumuolutio.
ἑλὸς, genus quoddam muscarum; à paludibus, quas ἔλη vocant, & in quibus obuersantur, dictum.
ἑλίσσω, verto.

*ἐνιαύια Suidæ est μοναδικὴ, solitaria.

ἐλίχρυσος, *helichrysus*, herba, à quibusdam leuigatur.
ἐλκεδανὸς, *restis, funis.*
ἔλλος, *ceruus*: hinc Ἐλλοφόνη, *Diana*, ab occidendis ceruis: at ἔλλος, *mutus*, leuigatur.
ἐλξίνη, *muralis herba.* (tur.
ἕλξις, *tractus, tractio.*
Ἔμις, *testudo.* vel cum Hesych. ἐμὺς.

* *Pro* ἔμος *Sylb. mauult* ἐσμὸς *ab* ἵημι, *mitto.*
* *Pro* ἐπόμφαξος *alij malùt* ἀπόμφαξος, ἐπόμφαξες *enim sicubi inuenitur potius erit* sequẽs pugnam.

ἔμος, *dimissio.* *
† ἐνη- ac poëticè ἔννος, *annus*: at Latini aspirationẽ omiserunt, cùm ex ἐνη- fecerunt *annus.*
Facta ab εἷς, ἑνὸς, *unus*: vt ἑνήρης, *vniremis*: ἑνὰς, *vnitas*: ἑνίχηρος, *vno membro vel pede mancus*: ἑνίζω, *vnitatẽ pono*: ἑνικὸς, *singularis*: ἑνικῶς, *singulariter*: ἑνόσταφυ, πὰ, *vna hora digna*: ἑνόρχης, *vnicum habẽs testiculum*: at εὐόρχης, *testiculatus, habens testiculos*, leuigatur: ἑνότης, *vnitas*: ἑνόω, *vnio*: (at εὐόω, vel potius cum Etymol. ἐνόδω, cuius simplex est ὄδω, *quatio*, leuigatur) ἕνωσις, *vnitas*: ἑνωτικὸς, *vnitiuus*, *coniunctiuus.* His quidam addunt ἕνι-, vel ἑνιῳ-, *aliquis*: * ἑνίκα, *alicubi*: ἑνίοτε, *interdum.*
Ἐνετοί, *Heneti* populi, qui & *Veneti*: Ἐνετία, *Venetia.*
Ἕπομαι vel ἑσπομαι, *sequor.*
ἐπόμφαξος, *inutilis ad pugnandum.* *
ἑπομένως, *consequenter.*
Ἑρβῆσα, *Herbita* Siciliæ vrbs.
Ἑρνικοί, *Hernici* populi.
ἕρση vel ἔερση, *ros.* sic quę hinc ducũtur, ἑρσήεις, ἑρσήεντος, & ἑρσώδης, *roscidus*: ἔερσα, *roscida, verna, tenera.*
Ἕρψις, *reptio.*
Ἔσια, *missio, legatio.*
ἔσσων, *minor*, Ionicè pro ἧσσων. sic ἐσσόομαι pro ἡσσάομαι, *vincor.*
Ἕω, *induo, sedeo, mitto*: at pro εἰμι, *sum*, leuigatur. Notentur tempora ab ἕω deducta: quæ enumerantur 319, 20. & 344, 14.
ἑῷα, *orientalis, matutina.*
ἕωθεν, *manè, à diluculo.*
ἑωθινὸς, ἑῷος & ἐῷος, *matutinus, orietalis*: ab ἕως, *aurora.*

H ASPIRATVR ANTE:

β: Ἥβη, *Hebe, dea pubertatis, iuuentus, pubes, pubertas.*
γε: ἡγέομαι, *duco, impero.*
γη: ἡγηλάζω, *duco, ago.*
δ: ἡδὼ, *latifico, exhilaro.*
λια: ἡλιακὸς, *solaris.*
λικ: ἡλικία, *ætas.*
λιο: Ἥλιος, *sol.*
λιω: ἡλίωσις, *insolatio.*
λο: ἥλος, *clauus.*
μερ: ἡμέρα, *dies.*
μι: ἡμίανδρος, *semiuir.*
νιο: ἡνίον, *habena, frænum.*
πατ: † ἡπαλίη, *iecinoris fibra*, ab ἧπαρ, *ατος, iecur.*
ρα: Ἥρα, *Iuno*: Ἡρακλῆς, *Hercules.*
ρη: Ἡρόδοτος, *Herodotus.*
ρω: ἥρως, *heros.*
σ: ἥσυχος, *quietus.*
τη: ἧττα, *clades.*
φαι: Ἥφαιστος, *Vulcanus.*

HINC EXCIPE.

Ἡβαῖον, *paululum.*
ἠβαιὸς, *paruus, exiguus.*

ἠβολέω, *otior*, Hesych.
ἤβος, *gibbosus.*
Ἠγερία, *Egeria* nympha.
ἠδὲ, *atque, &.*
ἤδη, *iam, olim.*
ἠδήποτε, *tandem.*
ἠδήπου, *nempe.*
ἡδὺς, *voluptas*: à Gaza leuigatur, à nõnullis aliis aspiratur.
Ἡδωνοὶ & Ἠδωνεῖς, *Edoni* populi Thraciæ.

ASPIRATVR PRÆTEREA H IN DICTIONIBVS SEQVENTIBVS.

Ἥκιστα, *minimus*; & ἧκιστα, *minimè.*
ἥκω, *venio.*
Ἡλιάδης & ἡλιάδεσσι, *Sole calefactum.* *
ἡλιόκλιος, *altus, aërius*: à nonnullis leuigatur. Homer. πέτρῃσι τ' ἠλιόκλιτοι, *saxa arduæ*: nisi sit legendum πέτρῃσι θ' ἠλιόκλιτοι.
ἕλιξ, *coætaneus.*
ἥλιος, *clauiculus.*
ἡλιτενὴς, *altus.*
ἥλιψ, *helitis*: sic dicitur squama æris Cyprij.

* *Vel rectius* ἐλιήδεες, ἐλιάδεες. * ἠμαδὰ agnoscit Suidas, vt etiã ἠμαδία Hesych. alij tamen lubentius, ἠμιοδία & ἠμιοδὰ subscribũt. vide Aor. 1. ἠμαδήσαν apud Hesych. Notio.

Notanda quæ in verbis habent η ex augmento. nam ea thematis Spiritum desiderant.

I ASPIRATVR ANTE:

ιδ: † ἵδρυμι, *statuo.*
ἱδρὼς, *sudor.*
ιε: ἱερὸς, *sacer.*
ιζ: ἵζομαι, *sedeo.*
ικαν: ἱκανὸς, *sufficiens.*
ικτ: ἱκέτης, *supplex.*
ικν: ἱκνέομαι, *peruenio.*
ιλαρ sequente vocali: vt ἱλαρὸς, *hilaris.*
ιλακ sequẽte consona: vt ἱλάσκομαι, *placo.*
ιλε: ἵλεως, *propitius*: at ἰλεὸς, *volulus, inteſtini gracilioris morbus*; & ἰλεὸν, *gracile inteſtinum*, leuigantur.
ιμ sequente vocali: vt ἵμερος, *desiderium.*
ιπ: ἵππος, *equus.*
ιρ: ἱρὸς pro ἱερὸς, *sacerdos.*
ισπ: Ἱσπανὸς, *Hispanus.*
ιστ: ἵστημι, *sisto, statuo.*

HINC EXCIPE:

Ἰδρις, *sciens*, & ἰδρεία, *peritia*: à quibusdam tamẽ aspiratur.
Propria quædã incepta ab ἰε vt Ἰεσαΐ, Ἰεχονίας, & similia.

Ἰσῦ, aduerbium irridendi.
Ἰκελος, *similis.*
ἰκελόω, *assimilo.*
Ἰεῖν, *dicere*, Hesych.
ἰξυκτῆς, *arteria*: à nonnullis aspiratur.
Ἶρις, ἰδος, *Iris, nuntia Iunonis: arcus cœlestis.* item herba, cuius genitiuus est ἰρεως.
ἴρος, *pauper*; & *Irus* pro-

ASPIRATVR PRÆTEREA I IN DICTIONIBVS SEQVENTIBVS:

† Ἰάλεμος, carmen Apollini cani solitum: at Ἰάλεμος, *Ialemus* Calliopes filius, leuigatur.
Ἰάρβας, *Hiarbas* Iouis filius.
† Ἰβηρις, *hiberis* herba.
Ἰήιος, *iaculator*: at ἰήιος, *lugubris*, leuigatur.
ἴημι siue ἰέω, *mitto, iaculor*: at ἶημι, *vado*, leuigatur.
Ἰκμενος, *ire faciès*, epitheton venti, ab ἱκνέομαι, *peruenio*:

O ASPIRATVR ANTE:

ὁδ: ὁδόω, *iter facio*: ὁδέω, *venor*: ὁδηγός, *dux viæ.* (do.
ὁδ: ὁδίτης, ου, *viator.*
ὁδ: ἡ ὁδός, *via*: at ὁ ὀδός pro ὀδός, *limen*, leuigatur.
ὀθ: ὀνθεν, *vnde*: atque huiusmodi dictiones Ionicæ sũt omnes, habentes κ pro π, (118,30.) ὁκόθεν pro ὁπόθεν: ὁκοῖος pro ὁποῖος, *qualis*: ὁκόσα pro ὁπόσα, *quot*, &c.
ὀκ: ὀκέω, *traho.*
ὀκε: ὄκλος, *pila*, idest, *mortariũ.*
ὀλ: ὅλος, *totus.*
ὀμ sequente vocali: ὁμοῦ, *simul*: ὁμός vel ὅμοιος, *similis.*
ὁπλ: ὅπλα, τὰ, *arma.*
ὁπ: ὁποῖος, *qualis*: ὁπόσοι, *quot.*
ππ: hæc metri gratia geminant π: vt ὅππη, ὁππόσε, ὁπprium viri.
Ἴαπω pro ἔπω, *dico.*
Ἴστρος, *Ister*, Danubius fluuius: vnde Ἰστρικὸς οἶνος, *Istricum vinum.*
ἴσος, ἴσον, ἴσε, &c. (de quibus 326,40) retinent Spiritum thematis, ἴσημι. sic ἰστέον, *sciendum*, de quo 388,17.
ἴστωρ, *sciens, prudens.*

ASPIRATVR PRÆTEREA I IN SEQVENTIBVS:

vel ab ἰκμάς, ἄδος, *humor*: & tum leuigabitur, & significabit humidum.
ἱκλὴς καὶ ἱκλήριος pro ἱκλήριος per syncopen, *supplex.*
ἵκω, *venio.*
Ἱλάομαι, *placo.*
ἵλαος, Att. ἵλεως, *propitius.*
ἵλημι, *propitius sum.*
Ἱπάμαι & ἱπτάμαι, *volo, as.*
Ἱσμηλίτης, *Hismaëlitæ* populi.

ASPIRATVR ANTE:

πότε, ὅππως, pro ὅπη, ὁπόπη, ὁπότε, ὅπως, id est, *vbi, quocumque, quando, quomodo*: at ὄππαξ Æolicè pro ὄμμαξ, i. *oculi*, leuigatur.
πως: ὅπως, *quomodo*, cum cõpositis ὁπωσῦν, *quomodocumque*, &c.
ῥα: ὁράω, *video, aspicio*: poëticè ὄρημαι, 233,12. & Ionicè ὁρέων: vnde participium ὁρέων, & imperfectum ἄρεον.
ῥισ: ὁρισμός, *definitio.*
ῥκ: ὅρκος, *iusiurandum.*
ῥμ: ὁρμή, *impetus.*
σ sequente vocali: ὅσος, *quantus*: ὅσιος, *sanctus, pius.*
οσα: ὁσαάπος, *quantus.* † ὄσσα, *vox, fama*: at Ὀσσα, *Ossa* mõs Thessaliæ, attenuatur.
τ sequen-

τ sequente vocali: ὅτι & poëticè metri gratia ὅττι, *quòd*: sic ὅττικεν pro ὅτικεν siue ὁπτῆν, *quodcumque*: ὅτεω, poëticè ὁτέο, *cuius*; & ὅτε vel ὅττε, *quando.*

HINC EXCIPE:

ὀβελός, *obolus*, Doricè.
† Ὀδηγμός, *pruritus.*
Ὀδίσκω, *intumesco.* *
Ὀδούς, ὀδόντος, *dens*, & omnia incepta ab ὀδον, vtpote ab ὀδὰξ ducta: vt ὀδοντάλγια, *dentium dolor.*
Ὀλμειός, *Olmeus* fluuius.
Ὀλοεργός, *maleficus.*
Incepta ab ὀλοθ, ὀλολ, ὀλοο, ὀλοφ: vt
ὀλοθρεύω, *extermino.*
ὀλολύζω, *vlulo.*
ὀλοός, *pernicios us.*
ὀλοφύρομαι, *lugeo*: aspiratur tamen ὁλόφυλος, *integer.*
† ὀλόκυρον, *olocyrum herba.*
ὁλοκωνίτης, *olus syluestre.*
ὁλοφυδος, *fructus sici syluestris:* * at ὅλοιδος, *totus simo scatens*, aspiratur.
ὀλόπλω, *vello, decortico.*
† ὁλος, ε, *nigrum seu atramẽtum sepia piscis*; quod & ὀλόφω, *vello.* (θόλος.
Ὀμιχεῖν, *meiere.*
ὀμίχησις, *mictus.*
ὀμιχμή, *urinæ resperſio.*
ὀμφακλή, *vociferatio*: ab Hesiodo Ionicè leuigatur, ὐπ' ὀμφακλῆς pro ὑφ' ὁμφακλῆς.
ὄμφαγμα, *macula, labes.*
ὀμφάγνυμι, *abstergo.*
ὀμόω, *iuro.*
ὀμύκις, ιδος, ἡ, *vagina.* *
Ὀπὸς, *succus, liquor*: sic eius cõposita, vt ὀποβάλσαμον, *opobalsamum*, id est, *liquor balsami*: ὀποπάνακες, *liquor herba panacis.*
ὀποωλεῖν, *renauigare*, vel verius ἀποπλεῖν. (tius.
Ὀρθόω, *excito*, vel ὄρω vsitato ὄρθρος & σθρος, *partes phalãgis in æqualia diuisæ.* Latini *os* & *vmbilicũ* vocant.
† ὄρκη, *vas olearium aut vinarium, capsa pigmentorum muliebrium, arca.*
ὀρκυίς, *orcynes* pisces, qui & ὄρκυοι.
Ὀρκυίον, *Orcynium* mons Lesbi, cui nunc nomen Ordyno.
† ὀρθανίζης, *mõtifringilla* auis.
Ὄσιρις, *Osiris* deus.
Ὀπὶς, *Tarda auis*; rectius ὠπὶς.
ὀτοβέω, *tumultuor.*
ὄτοβος, *strepitus, tumultus.*
ὀτοτύζειν, *plorare, vociferari.*

ASPIRATVR PRÆTEREA O IN DICTIONIBVS SEQVENTIBVS.

Ὅαρος, *Hoarus*, fluuius.
Ὁδεῖον, *viaticum.*
ὁδεῖος, *ad iter comparatus.*
Ὅθεν, *vnde, quare*: sic quæ ab eo fiũt; vt ὁθενδήποτε, ὁθενῦν, *vndecumque*: ὅθενπερ, *vnde.*
ὅθι, *vbi.*
ὁθένεκα, & ὁθένεκεν, *propterea quòd, quoniam.*

*Verius est ὀδίσκω.
*Scribendũ fortasse ὁ μύκης dicisè quo nomine dicitur nõ vagina, sed capuli tanquã fungus metaphoricè, μύκης enim est fungus.
*Scribendũ fortasse ὅλωθος, id enim est vsitatum.

& τοῖς ὁρθεσίοις, terminalibus ὁρθέτης, finitor. (bus, Festo. ὄρος, ου, ὁ, terminus: sed τὸ ὄρος, ους, mons: & ὄρος, ου, lignū in prelo quo oleū vel vinū exprimitur: atq; ὀρύς pro ὄρυς, serum lactis; leuigatur. Ὅσσον poëticè pro ὅσον, quātū.

Ω ASPIRATVR ANTE:

ωρ: ὥρα, maturitas quadam & temporis opportunitas, pulchritudo; at ἡ ὦρα, cura, lege: ὠφέλια, maturitas. (uigatur. ωρ: ὡρονοσκόπος, qui rationem horarum obseruat.

σ: ὡς, vt: ὡσεὶ, quasi: †Ὡσία, Hostia ciuitas Italiæ.

HINC EXCIPE:

Ὠρώνα, ἡ, hirundinum nidus. ὠρωνιστὴς, vinculum. ὠρωνὸς Dor. pro οὐρανὸς, cœlū. Ὠρικὸς, Oricos siue Oricū, ciuitas Epiri: vnde Ὠρίκιος, Oriciū, Oricij: & ἡ Ὠρικία, ipsa regio, vel mulier ex ea. Ὠρίων, Orion, signū cœleste: at ὠρίων, auis nomē aspirat. Ὦσις, & ὠσμὸς, impulsus. (tur. ὄσφρησις, olfactus.* Incepta ab ὤρ: vt ὤρος, ramus.

*ὄσφρησις rectiùs per o vt etiam inferius ὥρμοι scribendum.

ASPIRATVR PRÆTEREA Ω IN DICTIONIBVS SEQVENTIBVS:

Ὧ, pro ὦ, ideo. Ὧδε & ὧδι, hic, huc, sic, adeò. ὡδάπως & ὡδί, sic, quodammodo. Ὥσπερ, tanquam, veluti. Ὠρεῖον, horreū: & ὡρεῖος, horreus: diphthōgus aspiratur ante μ & ρ: vt αἷμα, sanguis: αἰρέω ὠρῶ, ω. ὠρήσω, capio: αἰρέομαι ὠρῦμαι, eligo. Hinc excipe αἴων, petitus: at αἷμων, cruentus, aspiratur: Αἰμίλιος, Æmilius, & Αἰμιλία, Æmilia: sed ἀμύλος, blandus, aspiratum inuenitur. Aspiratur præterea ὠσκὸς, torris titio. * ων quibusdam semper leuigatur, nisi in demonstratiuo pronomine αὗτη, hæc: & in cōpositō ὡυτοῦ pro ἑωυτοῦ, sui ipsius, 241, 12. alij contendunt Spiritu quoq; aspero afficiendū α�ω, i. sicca, calefacio, uro: idq; propter compositū ἀφαὼ, i. desicco, exuro: nam si αὼ leuigaretur, compositū esset ἀπαύω. Idem erit iudiciū de iis quæ ab αὼ deriuantur, siue quæ illius cōiugata sunt: vt αὠτὸν, siccum: & quoties αω ponitur ante α vel ο: vt ὠα. sicca, scil. ligna: ὠαίνω, sicco (vnde cum ἀπὸ, ἀφωαίνω, exicco, arefacio) ὠαλέος, siccus, aridus: pro quo Theocr. dixit ὠχαλέος: ὠῶος, siccus: vnde ὠόνη & ὠόσις, siccitas, Etymol. ϟ aspiratur ante λιγ & λωτ, vt ἑλιγξ, vertigo: ἑλωτες. Helotes, seu Hilotæ, Spartanorum serui, à singulari ἕλως, ἑλωτὸς: hinc ἑλωτεύω, seruio.

*ὠ ἀείω, ὠρήσω, ὠρήσω, rectius tenuātur, quippe quæ sint à tenui primitiuo, ὥρα, cura.

*ὠισὴς ab αὔδω sic forsan aspiratur, vt ἴξις ab ἔχω.

ASPIRATVR PRÆTEREA EI IN DICTIONIBVS SEQVENTIBVS:

Εἰαμενὴ, locus humidus. Εἵαται pro ἵζῶνται, sedent: & εἵαθε pro ἵζω, sedebant, 324, 19. Εἰκειάζ, & ἱκειάζ, aduenire, 389, Εἰλεῖν, torqueri, volui. (14. εἰλιστειάζ, idem. εἰλέω, verto, voluo. εἰλὴ, Solis splendor. εἰληθρεῖν & εἰληθρεύειν, apricari. εἴληθι, propitius esto, pro ἵλη-θι, 348, 7. εἰλήϊον, in Sole calefactum. ἔλυμα, inuolucrū, tegumentū. ἔλυς, propitius, Hesych. pro ἵ-ἕλυσις, conuolutio. (λης. εἰλυσπὴς, sese voluens. εἰλύπα, Iupiter in Cypro. εἰλκωμένος, exulceratus.* ἔλυμα, inuolucrum, vestis. εἰλύσσω, voluo, tego. εἰλυφάζω & εἰλυφάω, torqueo, circumuoluo. hoc apud Hesych. & Etym. tenuatur. εἰλω, verto, circumago. Εἶμα, vestis. quod deriuat Etym. ab εἵννυμι.

*Reperitur etiā ἡλκώμενος in Epigr.

Notanda quæ in verbis ab ε aspirato inchoatis habent ει ex augmēto, ducta videlicet ab ἕλω, ἕλκω, ἑλκύω, ἑλκύζω, ἕρπω, ἑρπύζω, ἑσήκω, ἑπόμην, ἑστάω, quæ enumerantur, 286, 16.

Notio.

ου aspiratur ante ρσ & ρξ: vt οὖρσις, inuētio: οὑρστὴς, inuētor.

ASPIRATVR PRÆTEREA EY IN DICTIONIBVS SEQVENTIBVS:

εὕδω, dormio. (mentum. εὕρεμα & εὕρημα, inuētio, cō-εὑρετέος, inuiendus. εὑρήτωρ, inuentor. εὑρίσκω, inuenio; quod sumit tempora ab εὑρεῖν, 379, 16. εὑρὺς, reparabilis.* εὕω, uro, ustulo.

*εὑρὺς, suspectum est, at εὑρετὸς ab εὑρίσκω dicitur, qui inueniri potest.

οι aspiratur in οἶμος, via: & οἰμάω, ruo, impetum facio: (quæ tamen à nonnullis leuigantur) atq; in οἷος, οἵα, οἷον, qualis & quale: cum τε (393, 11.) & ὅξ, οἷός τε, οἷός ὅξ, potens, possibilis: οἷόντε, possibile. Neutrum aduerbialiter in singulari & plurali numero, 248, 39. οἷον, qualiter, vt, velut: οἷα οἷα δὴ, οἷάπερ, & οἷόπτε, tāquam: hinc etiam οἵως, qualiter: & οἱονεὶ, quodammodo, tanquam. sed οἷος, solus; & οἷον, solùm, leuigantur.

ὅ aspiratur in ὕνεκα, propter: & ὅπου, vbi. Cætera quæ regulis generalibus non sunt comprehensa, tenui Spiritu sunt afficienda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE QVANTITATE SYLLABARVM GRÆC.

PARTIM EX F. VERGARA, PARTIM EX GVLIELMI Baillij quem ea de re edidit libello.

De Syllabarum quantitate regulæ quædam generales.

Tempus quid.

TEMPVS in syllaba est interuallum, quo vocalis producitur aut corripitur. Est autem syllaba quædam μακρά, id est longa: alia βραχεῖα, id est, breuis: alia κοινὴ, id est, communis. Et longa quidem, vel natura vel positione. Natura longa est, quæcumque habet diphthongum aliquam, vt δοῦλος. aut vnam ex vocalibus natura longis, vt ἥρως. aut ancipitem ex se productam, vt ψυχή. Positione, quæ producitur ob consonantē duplicem: aut alioqui ob duas trésve consonantes sequentes, τύψω, ἔσχελον, ἔμπλεως. Breuis verò est, quæ vocalem habet breuem aut ancipitem, neutramq; productam, vt λέγε, λόγος, πλύμα. Communis siue media est, quæcumque in eadem dictione indifferenter vsurpatur, id est, modò longa, modò breuis, vt α in καλός. Verùm de singulis explanatiùs dicendum. Sunt igitur natura longæ, η & ω, & omnes diphthongi: natura breues ε & ο: ancipites verò Latinarum instar, quæ scilicet in quibusdam syllabis natura longæ, in aliis breues passim reperiuntur, α, ι, υ.

1 *Syllaba versum terminans anceps.*

SYLLABA quæcumque [1] versum terminans indifferens habetur: breuis verò dictionē finiens, simulque pedem inchoans, in Heroïco sæpe producitur, præsertim si vocales concurrant.

2 *Vocalis vel diphthongus ante vocalem.*

DIPHTHONGVS seu [2] vocalis simplex natura longa, sequēte alia vocali in eadem & diuersis dictionibus, sæpè corripitur.

3 *Circumflexa & cōtracta producitur.*

OMNIS syllaba [3] circumflexa, & omnis contracta est longa, vt ὁ μῦς, τὰ χρυσᾶ, τὼς ὄφις.

4 *συνίζησις.*

BINÆ [4] vocales contiguæ quandoque in singulas syllabas non diphthógos per συνίζησιν vniūtur, vt χρύσεῳ ἀνὰ σκήπτρῳ. χρύσεῳ ἀ dactylus est.

5 *Anceps dissoluta diphthongo corripitur.*

ANCEPS diphthongo [5] soluta corripitur, vt εὖ ἠῦ, pro εὖ ηὖ, πάϊς pro παῖς.

6 *Muta ante liquidam vocalē breuem reddit ancipitem.*

MVTA præcedens, [6] & liquida in comprehensione sequens vocalem breuem ipsas antecedentem, indifferentem faciunt: idque in eadem & in diuersis dictionibus. quod etiam faciunt μν, κλ, πλ. Liquescunt autem λ, μ, ν, ρ, σ.

7 *Positio.*

DVÆ quæuis [7] aliæ consonantes pluréve, aut vna vim duarum habens, vocalem præcedentem positione producunt.

8 *Consonans immutabilis præcedentem vocalem producit.*

CONSONANS [8] immutabilis quandoque sola præcedentem vocalem producit, aliàs breuem, idque & in eadem & in diuersis dictionibus.

9 *Derivativa breuiora sunt primitiuis.*

DERIVATIVA [9] vt plurimum euadunt breuiora suis primitiuis, præsertim cùm alteram vocalem è diphthongo dimittunt, vt à πείθω πιθανός, à φεύγω φυγή. aliàs æqualia, cùm litteram non deponunt; vt δίκη, δίκαιος, δικαιῶ, δικαιοσυνή, omnia prima breui. Item νίκη, νικῶ, νικητής, eadem longa. Composita quoq; ferè æqualia suis simplicibus, γυνὴ, ἀνδρόγυνος; τιμὴ, ἄτιμος.

10 *Monosyllaba.*

MONOSYLLABA [10] quædam interdum quasi liquida & nullius momenti reputantur: quandoque rursus vi propria tempus præcedentis breuis producunt: aliquando etiam suum inuertunt.

Universidad de Deusto Biblioteca

qualia sunt, τὲ, μὴν, γὰρ, καὶ, ὔ, τὶς, & similia.

11 *Syllabæ respectu præcedentiũ aut sequentium in contrariã quãtitatem tractæ.*

SYLLABÆ [11] nonnunquam prætextu præcedentium & sequentiũ à poëtis in contrariã quantitatẽ trahuntur. In dictionibus enim tres breues continuas habentibus, Heroïci modò primam ex illis producũt, vt in φριαμίδης, ἀθάναλος, & aliis: interdum tertiam, cùm alię sequuntur breues, vt in συβόσια: aut etiã mediam, præsertim cùm ea est anceps, vt πόλιες. Rursus breuem inter duas longas nonnunquã producunt, vt ι in ἀτιμίη. aut eius occasione alterutrã collateralem corripiunt: vt ι in φοινικόεσσαν. & ῳ, in ποσῳδήϊον. Interdum etiã quatuor cõtinuas breues ponũt loco vnius pedis Heroïci. Hesiod. β. ἔργων, τῆμος δ' ὠμισυ βασὶν, ὅτ' ἦ δ' ἀνέχει τὸ πλέον εἰῆ. πὴ δ' ἀνέει proceleumaticus est Spõdei loco, dactylíve. Sic apud Virgilium, *Parietibusq; premunt arctis.* & iterum, *- labat ariete crebro Ianua.*

12 *Dialectorũ ratio.*

DIALECTI [12] peculiarem in quibusdam syllabis rationem habent. Nam α pro η Doricè producitur, vt ἁδὺ pro ἡδύ. & Ionicè in præteritis corripitur, vt ἔστηκα ἔσταα, & itidem alia.

13 *Peregrinæ voces ancipites.*

PEREGRINÆ [13] voces quantitatem habent incertam, siue indifferentem. Latinas verò Græcanicis regulis sæpè submiserunt poëtę iuniores.

VIDEO quàm immensum ac pœnè inaccessum pelagus ingrediar; nihilominus audendum fortiter, ne pars hæc etiamnum neglecta relinquatur. Sequar autem in plerisque neotericorum Grammaticæ Latinæ præceptorũ ordinem, quo faciliùs hæc à Latinis hominibus percipi atq; inuicem cõferri possint. Et licet vnius Homeri testimonium ad hæc propemodum omnia confirmanda satis esse poterat, poëtas tamen alios subinde citabo; vt appareat ab illis easdem regulas obseruatas esse. Syllaba longa duplam ad breuem in proferendo durationẽ habet: quamquam rarò ita enunciari audies, vt id interuallum sentias. Quoniam autem quãtitas longarum η & ω, item breuium ε & ο per se patet: dicendum fusius est de ancipitibus, α, ι, υ, præmissis generalibus regulis.

1 *Cæsura breuis*

[1] Prima regula docens breuem in fine carminis pro longa esse, & longam pro breui. Item in finibus dictionum, cùm inde

inde inchoat pes, quam cæsuram appellant, breuẽ produci. Ιλ. ξ. οἱ ὃ μέγα ἰάχοντες ἐπέδραμον. & γ, τεὔτευ γάρ τ' ἔπος ἐρέω κερυθαίολ' ἔκλωρ. & α, ἐλθὲ τάχ' ἄλυμπόν δε δία λίσαι, εἴποτε δήπ. & γ, ἀιδιός τέ μοι ἐστι φίλε ἑκυρὲ δεινός τε. & α, τόξ' ὤμοισιν ἔχων ἀμφηρεφέα τε φαρέτρην. Quod quidem nõ tantùm post primum, secundum, tertium, & quartum pedem accidit, sed & post quintum initio vltimi. Ιλ. α, Ἰδομενεὺς δ' ἐτέρωθεν ἐὼν ἐκπαγλος Ἐνυαλίοιο. & δ, ἵστε φίλοισι τέκεσσι χαριζόμενή ποτε μητὴρ, ὅδε δ' ὄγε θυγατέρα λῷ. Cuiusmodi exempla, cùm apud Homerum permulta sint, diuersaque nonnulla, Maximum Planudem facilè adduxerunt vt scriberet: quemlibet dictionum finem Homero indifferentẽ esse. Horum tamẽ pleraq; aliis rationibus excusantur: quas mox paulatim aperiemus. Interim vt certum suppositum assumetur, eandem syllabam quandoque diuersis rationibus breuiari aut protendi, ne id in singulis regulis sit inculcandum. [2] Secunda regula. Nusquam exteritur apud Græcos vocalis scripta inter mensurãdum carmen. Quod tamen apud Latinos ex præcepto fit.

— Atque altæ mœnia Romæ:
Carthago Italiam contra. —

At illi vocalem omnino expungunt, superneque apostrophum inscribunt. ἦ μενεί' ἀχμοῖς ἄλγε' ἔθηκεν. hîc α bis in eodẽ versu expungitur. Interdum scriptam relinquunt. Ιλ. γ. ὦ γύναι, ἦ μάλα τοῦτο ἔπος νημερτὲς ἔειπες. hîc neque αι, neque ο expunguntur, neque adhuc mensurando elidi possunt. Apud Latinos rarò, sed tamen aliquando contingit non elidi. Virgilius,

Et succus pecori & lac subducitur agnis.

Exempla longæ ob vocalem sequentem correptæ multa quoque sunt in Homer. vt Ιλ. λ. ὡς ὅτε πῦρ ἀϊδηλον ὑὴ ἀξύλῳ ἐμπίπτῃ ὕλῃ. & ζ, Ἰλίῃ ἐξαπολοίατ' ἀκήδεστοι καὶ ἄφαυστοι. & in eadem dictione, Οδ. υ. ἱερὸν ὃ σὰς συάλους κὴ βῶν ἀγελαίων. Ιλ. ζ. ἐδὲ γὸ ἐδὲ δρύαντ' υἱὸς κρατερὸς λυκόργοιο. Item aliquando accidit consonante sequẽte in altera dictione: Οδ. β, εἰδήκειν εἰνὶ δ' ἵκωμι φίλῳ ἐς πατρίδα γαῖαν. Orphe. in Hymn. νῦν αὖ ὀρεμαίωνται χολέμβοις ἀνθρώποισι. Pythag. τὰς τε κεφαλοφόρους σέβε δ' ἀθάνατας ἐνόμῳ βίζων. Hoc tamen perquam rarum est: sequente enim consonante sæpius productæ manent. Itidem vocali sequente, præsertim diphthongo: Ιλ. α. τόφρα δικαιοὶ ἐμὸν δάκρυα. & γ, μείω μὲν κεφαλῇ Ἀγαμέμνονος ἀτρεΐδαο. & iterum σκῆπτρον δ' ὅτ' ὀπίσω, ὅτε τε πρῶτα λίποιμι. & λ, τρῶες ὀρίνοντες ἐπιμὶξ, ἵπποι δὲ καὶ αὐτοί. Aratus, καί ποτε καὶ κίτφοι ὀπὸς δύδοι ποτέοντες. De diphthongo αι & οι finalibus notandum, semper vsurpari longas in Optatiuis, vt τύπτοι, ποιήσοι, & in Datiuis contractis, vt λῃστῇ: & in aduerbiis,

2 *Eadem syllaba nũc protenditur nũc breuiatur.*

Vocalis scripta non exteritur apud Græcos inter mensurandum.

Maximi Planudis error.

in fine carminis producitur.

Etiã post quartum & quintũ pedem initio vltimi.

Vocalis longa ob sequentem vocalem correpta.

Vel etiam sequẽte cõsonante in alia dictione.

αι & οι semper longa in Optatiuis.

vt οἶκοι, χαμαί, excepto πάλαι. 3 Regula tertia. Circumflexam syllabam necessariò produci superiùs dictum est. Cæterùm vocalis contractione longa corripi poterit per præcedentem regulam, quando est in fine dictionis vocali sequente. Ιλ.ν. φοίτα ἀνὰ στρεμφέχεας. & ξ, αὖδα ὅ,π φερνήσς. 5 Illud autem epigrammatis, οἱ κόρις ἄχρι κόρυ κορίσσιος μεν. ἀλλ' ἀκορίσθω ἄχρι κόρυ,καὶ τὸς κόρις ἀκκορίσσιος. Item δυσκλέα ἄρρησ ἰκέσθαι apud Homer. & ἀρχόμθ' ἀπὸ φοῖβε παλαιγδύσαν κλέα φώτων,in principio Argonau. Apollonij: & eiusmodi alia,per syncopen apocopén-ve fieri autumant. κόρις pro κόρεις in priori distichi versu,elisо ι:& in posteriori elisо α,pro κόρεας. Item δυσκλία pro δυσκλέια,& κλέα pro κλέια, extrito ι.sic Οδ.τ.κέρα pro κέρασα,& aliàs sæpè ἄττα pro ἄττατε.

Vocalis contractione longa aliquando corripitur in fine dictionis sequente vocali.

Syllaba vnita quandoque longa, quandoque breuis.

Notio de ἴως.

α in ῥάιστα ex ῥᾷστα productũ.

Notio de muta & liquida.

μέμνημαι, κέκλημαι, πέπαγμαι, πέπλωκα.

4 Quarta regula. Hanc figuram synecphonesin vocant, id est,consonantiam,& συνίζησιν,id est coalescentiam, quæ fit multipliciter. Ex duabus breuibus, vt apud Hesiod. ᾧ κακοεσσάμθ' νείκεα καὶ δῆλα ὀφέλλοις. Ex longa & breui,Hesiod. βασὶ καὶ ἡμιόνοισιν ἐπισσάνον,αὐτὰρ ἔπειτα.Ex breui & longa,ζεύσεω ἀνὰ σκήπτρῳ. Ex duabus longis,Οδ.υ. βεκόλ' ἐπεὶ ἄττα κατὰ,ἄττ' ἄρρενι φωτὶ ἔοικας.Syllaba verò quæ vnitur,quandoq; longa euadit,quãdoque breuis.Obiter adiiciam quod apud Homerũ & alios obseruaui: ἴως crebrò per synizesin in vnã syllabam vnitum, positumque etiam sequente breui aliquatione producta.Οδ.ο. Δῖφ. δύμφα ἴως ἵκηται.Οδ.η ἀλλ' ἀναχασσάμθοι νῆχον, πάλιν ἴως ἐπῆλθον. Ιλ.κ. ἴως ὁ τοῦθ' ὡρμαίνε κῆρ φρένα καὶ θυμόν & λ,ἴως ὅτω πολέμιζε. 5 Quinta regula,Ιλ.η. τὸν σεφάνης ἐϋχάλκε. & aliàs ἐλένης πόσις ἠυκόμοιο. Item, νὺς πάις ἀγχίστιο. & ἐχθρός μοι κεῖνος ὁμῶς ἀίδαο πύλῃσιν. Hoc tamen aliquãdo fallit. Nam Theocr. ῥᾷστα in ῥάιστα dissoluês α produxit,Edyl.λ.ὅπω γ' ἔν ῥάιστα Δᾷγ' ὁ κύκλωψ ὁ παρ' ἡμῖν. 6 Sexta regula.Accidit hoc in eadem,& in diuersis dictionibus,Orpheus,ἠτείαστε ζλωὸς ὀρεσιδρόμε τε λατρείαν.Βατραχομυο. ἀλλ' ἐπὶ λέκτρον ἰὼν ἄκρον δάκτυλον καλαδάκνω.Dionys.πρὸς βορέιλω,αὖθις ὃ πρὸς ἑσπερίης μυχὸν ἔρπε.Itẽ Ιλ.α. ἄϊδι προϊάψς. & β, ἀλλ' ὄγε μερμήριζε κῆρ φρένα καὶ θυμόν. Sed hæc cæsura quoq; excusari poterunt:& superiorum quædam monosyllabo.Cæterùm quãdo muta & liquida in diremptione sunt, longa manet præcedens vocalis, vt σκλέγω. De μν, κλ, & πλ, exempla subiiciã.Hesiod.ἥτε καὶ ἀστάλαμνόν πρ,ὅμως ἐπὶ ἔργον ἐγείρῃ. &,ἄκρον δάκτυλον καλαδάκνω.quod modò citauimus ex Batracho.Οδ.δ.κύπρον φοινίκῃ τε καὶ ἀμπλίκας ἐπαληθείς. Hic vocales ante μν,κλ,πλ,corripiuntur. Productarum passim occurrũt exempla. Qua de causa in μέμνημαι,κέκλημαι,πέπαγμαι & πέπλωκα consonantes thematum repetunt ante augmentũ ι. in aliis tamen verbis non repetuntur,vt ἔκλαγξα,ἐπέθημι.

Immutabiles liquescunt.

Liquescunt verò immutabiles etiã consonantibus antepositæ,præsertim mutis. vt ν ante κ. Ιλ. ω. ἀλλ' ἐγὼ οὐδέν σε ῥέξω κακὸν, κῆ δέκειν ἄλλον. & ante χ. Hesiod. εἰ γάρ τι καὶ χρῆμα ἐγχείλον ἄλλο χρήσῃ. & ante τ. Ιλ. χ. τῷ μνῆστιν φίλον τέκνον, ἄμυναι ὃ δίιον αὖδρα. & ante θ. Dionys. καὶ τρίπολιν λιπαρὸν ἐρᾳωσίδα τε μάρανθόν τε. Interdum etiã ante immutabilem. Οδ.π. τηλεμάχῳ οὐδὲ ἤδη· φαιδὴ δέ μιν μὴ τελέσῃς. Et ante vocalem. Dionys. τῷ δ' ἐπὶ βοιωτῶν τε πέδον καὶ λοκρῶν ἄρυσσε. μ quoque liquescere deprehenditur ante mutam. Οδ.λ. κῆ ῥα ἔχεν δύο παῖδας ἀμφίονά τε ζῆθόν τε. Item ρ ante mutam. Orphe. παρθενίης ἀπαρπὸς ἐπιπρεσθεν ἠρώεσσιν. Etiam σ non rarò, præsertim sequente muta. Arat. ὧρῃ ἐπιτρεχὴ κρώζῃ πολύφωνος κορώνη. Οδ.ε. δ' ὄκε δ' ἐπὶ τε σκέπαρνον ἐΰξοον. Itidem in σκάμμονος. Ιλ.φ. & χ.

Ante immutabiles.

Ante vocalem.

μ ante mutam.

Et ρ.

Et σ sequente muta.

7 Septima regula. Etiam hoc in vna & diuersis dictionibus contingit:rursusque in diuersis bifariam, aut finita præcedente in vocalem, aut in simplicem consonantem, quæ omnia subiectis exemplis patent. Orpheus, ἔξοχα δὴ μερόπων ἠμάζετο. Hesiod. δεῦ τε δ' ὠνίπτε σφέτερον πατέρ' ὑμνείουσι. Ιλ.α. κίκλων τε ζαθέων. & ς,ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμφισιν βάλεθ' ξίφος ἀργυρόηλον. Callimachus,ἱερά τε ῥέζουσι· τὸ γὰρ γέφος ἤματι κείνῳ. Idem,πνεῖε φθινοπώρου τι νεῦ ἀνεμώδιον ἐρίζεις:quamquam talia cæsura quoque vel monosyllabo excusari possunt. Cæterùm multoties breuis manet in fine correpta. Ιλ. ο. οἵ τε ξάκτωδον ἔχον. & δ, ἱερῆς εἰς ἄσυ ζελείης.

7

Positio quomodo contingat.

8 Octaua regula,cuius occasione multa breuia produci deprehenduntur. vt ἀνὴρ. Ιλ.β. ἀνέρες ἐσθ' φίλοι. & δ,ἀπόλῃ ἀνήρ. Item Οδ.θ. ὦ ξεῖνε τέξον οἷδα ἐϋξοον ἀμφὰς ξ. & κ, βλῶ εἰς ὁμόλον κλυτὰ δώματα,τὸν δ' ἐπίσχανον. Ιλ.χ.πολλὰ λισσομένη· ἀδ' Ε' κδεο θυμὸν ἑπτ. σ quoque,quia liquescere aliàs solet,præcedentem breuem producit liquidarum instar, maximè in fine dictionũ. vt χαμαὶ πίσεν αἰγλήεσσ. ἔσι πόλις ἐφύρη. σεῦτα γάρ π ἐπὶ ἐρεῖ. In his ερσ,λις,πος, syllabæ alioqui breues, σ sequente, cæsuraque adiuuante,producuntur.

8

σ liquidarũ instar breuẽ præcedentem producit.

9

Deriuatorum quantitas vnde petenda.

9 Regula nona cui,(ne quis fallatur) moneo nõ esse multum fidendum: fallit enim sæpe. Nam μανικὸς primam producit, cùm μανία corripiat, & ab ἀεὶ α correpto ἀΐδηλος & ἀένασος,primã producunt. Item ἀ βότρυς βότρυος,υ breui, βοτρυδὲς & βοτρυφόρος υ producto vsurpantur,& βοτρυοκόμος eodem correpto. Quando itaq; deriuatiua & composita multiplicia sunt atque ambigua, tutius erit è regulis specialibus de ancipitibus eorum quantitatem petere.

10

Monosyllaba.

10 Regula decima.Deprehenduntur aliquot monosyllaba ita posita, vt nihil impediãt syllabam longam præcedentem,quo minus obuiet vocali sequenti, vt breuis fiat. vt Ιλ. ψ. δεύτερος δ' ὦ βοιῶ ἧκε μέγαν καὶ πόνον δημοῦ. Hesio. εἰ δέ κεν ἐργάζῃ πέχυς τε ζηλώσῃ κάκιος.δεύτερος & ζηλώσῃ corri

Universidad de Deusto
Biblioteca

corripiunt vltimas ratione vocalium sequentium, nihil obstantibus monosyllabis intermediis. Quandoque è diuerso, ita vt eandem per se aliqua ratione producant. Ιλ. η. Τὴ λυκόφρυος ἔπεφνε δόλῳ ἔπι κρατέϊ γε. Interdum monosyllaba ipsa breuia producuntur. Ιλ. γ. τόυχα μὴν οἱ κεῖτο ἐπὶ χθονί. Et iterum, ὣδε δέ τις εἰπέσκεν. Et iterum, ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ὁπότε μεγάλῳ σφήξ ἵει. & α, ὃς ἤδη πάτ' ἐόντα πάτ' ἐοσόμενα, πρό τ' ἐόντα. & λ, ἑλκῶν χδ' ἀκάκησε. Quamquam horum pleraque liquida excusare potest. Disyllaborum quoque breuium prior producta inuenitur, cùm posterior per apostrophum amittitur. Ιλ. γ. ἤμελλ τῷ ὅτ' ἦλθον ἀμαζόνες ἀντιάνειραι. 11 Regula vndecima, siue obseruatio præ cæteris notanda, tanquam præcipua & insignis origo licentiæ poëticæ. Homer. ἄ πὸς ἔι θεὸς εἰμι. τί μ' ἀθανάτοισιν ἐίσκεις. Et iterum: πελαμίδης ἐλεγ. Eadem de causa etiam natura breues produci deprehenduntur: vt Οδ. θ. ἄρσενες οἷες ἦσαν ἐϋτρεφέες δασύμαλλοι οἷες dactylus est. Item Οδ. λ. βλῶ ῧ κῇ λοφάδια φέρων ἐπὶ νῆα μέλαιναν. & ξ, ὅσσα συῶν συβόσια, πρό' ἀπόλια πλατέ' ἀγρῶν. hîc in συβόσια, & illic in λοφάδια, ι, aliàs breue producitur. Idem Οδ. ν. περισθύνειν κ' ἄρεσσεν ἀπιμήσιν ἰάλλειν. & ο, ὅς ῥ' ὑπερηπύη ἀπενάσσατο πατρὶ χολωθείς. vtrobique ι penultimum aliàs breue, ob vtrinque ambientes longas producitur. Sic Οδ. χ. ὡς κακοεργίης σύεργασίη μέγ' ἀμείνων. Dionys. κὴ ποσθὶα ἔργα κ' ἱερὰ πίμπια δύφνης. hîc lõga corripitur, καὶ ποσὶ dactylus. Sic Ιλ. π. ὃν πότμον χρόωσι λιπῆσ' ἀνδροτῆτα καὶ ἦδυ. πᾶσ' ἀνδρὶ dactylus. Huiusmodi multa in lectione poëtarum occurrunt: quæ nos vbi indicandi occasio aderit, identidem repetere non grauabimur. 12 Duodecima regula, Iones & poëtæ α longum mutant in η. vt φιλίη pro φιλία, νεῶϊς pro νεᾶνις. Iidem etiam η mutare solent in α breue. Contra Dorici η in α longum, vt ἀδὺ pro ἡδύ. & ἀ pro ἡ articulo. Exempla passim sunt apud Homerum & Theocritum. 13 Regula decimatertia. Latinas dictiones interdum Latinis regulis congruentes deprehendimus, aliquando repugnantes: vt in Epigrammate Palladæ, λιῶ ὁ φίλος τι λάξῃ δόμινε φράτερ δύθυς ἔχραψεν. λιῶ δ' ὦ μὴτι λάξῃ, τὸ φράτερ εἶπε μόνον. hîc in δόμινε media est breuis, sicut apud Latinos: at in φράτερ α contra rationem Latinam corripitur, vt aliàs in πατρός. Puto autem consultius Latinas regulas sequi, præsertim in nominibus locorum, quæ crebriùs in Latinis poëtis leguntur, quàm in Græcis, vt in Lusitania, Mauritania, Sabini, Labicum, & aliis. Nonnus poëta Panopolitanus in paraphrasi in Euangelium D. Ioãnis perpetuò corripit α, in πιλάτος, δίωμον, σεδάστον, iuxta Græcam videlicet rationem, quæ in his Latinarum regulis aduersatur. Verùm hoc ignorantia fortasse linguæ Roma

Disyllaborũ breuium prior producta.

11 *Notio. De origine licentiæ poëticæ.*

12 *Ionismus. Dorismus.*

13

Notio.

Romanæ, magis quàm contemptu ab eo factum est: quippe qui in eodem opere sudarium Syram vocem esse autumet. Alij rursus eiusmodi nominibus Latinam quantitatem tribuunt. sicuti est in epigram. ἠγόρασας χαλκῆν μιλιάριον ἠλιόδωρε. Voces Hebrææ, Syræ & Chaldææ incertam, vt plurimum quantitatem habent. Greg. Nazianz. de Christi genealogia. Σὴθ πέλε, θ' οἱ ἄρ ἐνὼς, θ' τέτρατος ἦε καϊνεὺ. & mox: ὀκ θ' οἱ ἀρφαξὰδ, καϊναὺ, σαλὰ, θ' οἱ ἐπέρυσιν. In priori loco media θ καϊνεὺ produxit, in posteriori corripit. Ibidem in vno versu & longum facit & breue α. in dictione φαλὲκ, sic scribens, ἡὸν ἔβερ, ἔβερ ὃ φαλὲκ πάϊς, ὃν οἱ ἄρφ φαλὲκ. Ad hæc θ Ἀδὰμ priorem sæpè idem facit longam, Nonnus cõtra breuem. Hic quoque α, in ἀμᾶν, & ι in trisyllabo Ἰησοῦς indifferenter vsurpat. Cæterùm in istiusmodi constantia imprimis probatur. De Latinis non est opus sigillatim præcipere: quando ad hoc non spectat institutum: & à multis id copiosè præstitum est. Ab Hebraïcis vt incertis consultó abstinemus, studiosos ad Gregoriũ, Nonnum, & Damascenum mittentes. in Persicis, Ægyptiis, Punicis, & aliis præsertim quæ nomina sunt propria, cõsultius puto Græcorum proportionem sequi vbi exemplar non succurrat quod imitemur. Denique generales huius capitis regulas nisi in promptu habuerit Græcorum carminum candidatus, frustra hîc exercebitur. Occurrent quippe ei quàm plurimi versus mensura ambigui, ad quos aut hærendum illi turpiter sit, aut gnauiter delirandum. Qualis est apud Orpheum in hymnis, ἀστραπαῖε, βροντᾶε, κεραύνιε, φυλάλμιε ζεῦ. Et apud Hom. ὦ ἀχιλεῦ πηλέως υἱὲ μέγα φέρτατ' ἀχαιῶν. & Οδ. ρ. τρεῖς γάρ τ' ὀκ κρόνε εἰμὲν ἀδελφεοὶ οὓς τέκετο ῥέα. & alij similes superiùs citati.

Harum regularum vtilitas & necessitas.

ANCEPS[1] ingressa mediam compositionem, plerumque corripitur: vt ι, in καλλιπάρῃος, λυσιμελής. α, in μεγάθυμος. υ in ἡδυεπής.

1 *Regulæ aliæ minus generales.*

IGEMINATIONVM[2] corripitur: vt in τιτάνω, τίθημι.

2 *Geminationum corripitur.*

PARTICVLÆ tantùm[3] in compositione repertæ, non sequente syllaba quæ impediat, suas ancipites corripiunt, videlicet ἀ, ζα, ἀει, ἐει, βει, δυς, vt ἄκοσμος, ζάθεος, ἀείδηλος, ἐείδωλος, βειάρεως, δύσερως.

3 *Particulæ suas ancipites corripiunt.*

PRÆPOSITIONIS[4] anceps non sequente

4 *Præpositionis*

Universidad de Deusto Biblioteca

anceps correpta.

positione corripitur: vt κῦ, δῦφ, ἀνά, πτερέ.

5 Ex barytonis facta circumflexa ancip. in penult. relictam corripiunt.

VERBA ex barytonis[5] facta circumflexa, præsertim quæ vocalem ex diphthongo penultimæ amittunt, corripiunt ancipitem in penultima relictam. vt πιθῶ à πείθω, δαῶ à δαίω, sic τιῶ à τίω, κυρῶ à κύρω, φυρῶ à φύρω.

6 Anceps inceptiua thematis breuis est.

ANCEPS[6] incœptiua thematis breuis est: sæpè tamen producitur in præteritis occasione augmenti: vt in ἰάχω ἴαχον, ἱκάνω ἵκανον, ἱκόμαν ἱκόμην. Item in ἄταν, ἄδαστον. quibus accedunt ἄραν & ἄρας ab ἄρω: quamquam hæc, sunt qui contracta esse dicant ex ἀέσαν ἀέσασθαν, ἀεῖραν ἀείρας.

7 Vocalis possessiui. Vocalis masculini in fœmininо.

QVANTA est[7] vocalis in primitiuo, tanta transit ad possessiuum. vt ἰδαῖος prima lõga, quia ἴδη. Item quanta est vltima syllaba in masculino, tanta transit ad fœmininum, vt in πείρατα, πᾶσα, primæ producuntur, quia eædem in masculinis sunt longæ.

8 Particip. fœminiнũ actiuum.

OMNE[8] participium fœmininum actiuum penultimam habet longam.

9 Participia masc. act. & fœmin. in ω.

PARTICIPIA masculina[9] actiua vltimam habent longam. Fœminina verò in α, & neutra quælibet non contracta breuem, præter futurum secundum, τὸ τυπῆν.

10 Finita in οεις adiectiua.

NOMINA[10] finita in οής adiectiua præcedentem vocalem habent correptam: & quartam à fine productam, cùm tres excedunt syllabas. vt ὑδατόεις, ἰόεις, χιονόεις, δακρυόεις.

11 Masculinũ aut fœm. in immutabilẽ desinens.

NOMEN masculinum[11] aut fœmininum, in immutabilem desinens, vltimam producit: neutrum corripit.

12 Anceps finalis in neutris non contractis.

ANCEPS finalis[12] in nominibus neutris non contractis corripitur.

13 Anceps ante duplicẽ cõsonantẽ.

ANCEPS ante consonantem[13] duplicem, licet positione longa fit, natura tamen corripitur. vt in ἁρπάζω, βαδίζω, κλύζω, αὖλαξ, κατῆλιφ, κῆρυξ. Exceptis nomi-

nominibus masculinis dissyllabis finitis in αξ, penultimam natura producentibus: quæ α habent natura longum, non positione: neque enim vtrumque simul esse potest. vt ὁ θώραξ, φαίαξ: & eorum compositis, vt ὁ λινοθώραξ, ὁ φιλοφαίαξ. præter κύαξ, σύαξ, ὖλαξ. producunt quoque κόρδαξ, νέαξ, φέναξ. & polysyllaba, vt ἔεραξ. Item πρᾶξις & χαμᾶζε aduerbium. & præterita ab ancipiti incipientia, vt ἴξδον.

HAS regulas à præcedentibus seposuimus, ne multitudo confusioni esset aut terrori. Quarum exceptiones in regulis de situ ancipitum paulò post subiiciemus. [1] Hoc nonnunquam fallit, vt in πμφγήτης, ἰθαχήνης, διδυμοτόκος, πυελοπόλος, ταωοῦπες, & aliis inferius excipiendis. [2] Et hoc fallit, non in præteritis tantùm, sed & in thematis, quæ fiunt ab aliis positione productis, in quibus sublata positione, manet, natura productum: vt in γίνομαι, quod fit à γίγνομαι: & γινώσκω à γιγνώσκω. [3] Ιλ. δ. ὃς ῥ' ἔπεα φρεσὶν ἦσιν ἄκοσμά τε πολλά τε ἤδη. & α, κίκλαυτε ζαθέῳ τενέδοιό τε ἴφι ἀνάσσεις. Orph. ὄμβολε, πολύμορφε, τροφὴ πάντων ἀελίηλε. Proclus Lycius, ἀτρεκὲς ζαθέης ἐλαφηβόλος ἀγλαοκάρπε. Ιλ. σ. ῥίγιον τὰ δ' ὅτε δὴ τρόπιν ἐρίδωλον ἵκηται. & α, ὃν βελέεσιν καλέεσκε. Theocrit. ἃ δύστηνός τις ἄγαν, καὶ ἀμήχανός ἐστι. Hoc autem intelligendum est citra positionem & contractionem. nam ἄασον, ζόος, ζάης, & similia producuntur. [4] Poëtarum licentia quãdoque hoc præterit, vt in παρὼ & σαώ, occasione immutabilium. Ιλ. λ. πυρειπών, ἀγαθὴ ὃ παραίφασις ἔσται ἑταίρῳ. Dionys. παραλίῳ ναίουσιν ἴσα σεβασνιόῳ ἄλμης. Ara. σωτῆρος ἰωῇ. Item in ᾳ. Ιλ. γ. Ἀφ' ἵπποιο δὲ ἀσπίδος ἦλθε φαεινῆς ὄμβριμον ἔγχος. & δ, Ἀφ' ἵππων ἀρ' ζωστῆρος ἐλήλατο δαιδαλέοιο. Et in cõpositione. Nonnus, Ἀφνεὸν νέον ἄλσος ἐν ὀψιγόνοισιν ἀκοῦαι, ob sequentes breues produxit. [5] Notanda regula quæ plurimum tollit ambiguitatis è verbis. [6] Inde est quòd in præsentibus ἰξάω, ὀξύζω, & similibus, anceps breuis esse traditur à Grammaticis, in præteritis verò longa. [7] Hæc regula poterat omitti: quandoquidem in nona capitis præcedentis includitur. Cæterùm de syllabis quæ non variantur, hoc totum est intelligendum: quod ipsum adhuc perpetuum non est, vt mox docebitur. [8] Vt ἡ τύπλωσα, πεπυφία, πθεῖσα, δίδωσα. Item hæc, τύψασα, ἱσᾶσα, ζυγνῦσα, quæ fiũt à masculinis vltimam producẽtibus addito α. His addi poterunt participia aoristi passiuorum, vt τυφθεῖσα, τυπεῖσα. [9] Vt ὁ τύπλων, πεπυφὼς, πθεὶς,

Universidad de Deusto Biblioteca

διδός. Itidem ὁ τύψας, ἰσὰς, ζυγνύς. Quædam masculinà fœminina & neutra tono indicant quantitatẽ. Nam ποιήσας acuto demonstrat vltimam produci: τὸ ποιῆσαι circumflexo corripi: item τύπτωσι τύψασι antepenultimæ acuto, vltimã esse breuem. [10] In his quandoque fallit regula superior de possessiuis. Nam ab ἰὸς, id est, *venenum*, producto ι, ἰόεις *venenosus*, idem habet breue apud Nicandrum. Item à χιὼν *nix*, breui ι, χιονόεις eadem longa reperitur, quamuis χιονώδης & χιονάδης quantitatem simplicis retineant. Exempla supputant apud Nonnum & alios. [11] πῦρ & πᾶν neutra producuntur, & pauca alia è masculinis ac fœmininis corripiuntur, in vltimis syllabis indicanda. [12] Vt τὸ μέγα, σῶμα, δῶρον, μέλι, ἡδύ, γόνυ. Itidem de pluralibus est accipiendum. τὰ μέλη, χάλκεα σώματα. Exceptis contractis quæ producuntur, vt τὰ κρέα, σινήπι. [13] Etsi quidam vniuersaliter negent, ancipitem natura produci sequente duplici: apparet tamen id aliquando accidere: vt in ἥρωϊξ, πεῦξις, χαμαῖζε. Cæterùm quoniam apud poëtas manente positione ferè productæ reperiuntur, satis habuimus id hoc in loco, ac deinde capite sequẽti admonere, ne in regulis de ancipitum quantitate secundum situm sigillatim repeteretur, α, ι, υ ante ζ, ξ, ψ, natura corripi. Apparet autem corripi ex declinatione in nominibus. quãdoquidem obliqui finitorum in ξ & ψ, vt capite sequenti dicetur, penultimam ferè corripiunt. Item tono, quem φοίνιξ, κῆρυξ, & similia habent circumflexum, vltima videlicet breui: longa quippe ante longam non circumflectitur. Item in verbis finitis in αζω, ιζω, υζω, quia futura & aoristi, dimissa positione breuem seruant ancipitem. vt ἥρπασεν, ἐφήμισεν, ἐλίσσω τε, ἔκλυσεν. quæ tamen poëtæ more suo producere audent: præsertim cùm vtrinque incidit longa: vt in ἀκρόπατος, ἐφοβήλισες, & cùm duæ sequuntur breues, vt in λήϊσατο, ὁπλίσατο: vbi σ etiam geminare solent, vt in crementis dicetur.

Exceptio. [13] *α, ι, υ, ante ζ, ξ, ψ corripiuntur.* *Longa ante longam non circũflectitur.*

Appendix. CAETERVM hasce ipsas præceptiones gratiori, & discentibus faciliori methodo exprimit GVLIELMVS BAILLIVS ex Societate IESV: breuium siquidem Syllabarum primò, dein productarum, tertiò ancipitum regulas præscribit, quas, nequid hic quod rudibus esse posset adiumento desideraretur, ipso Authoris stylo adscribendas curauimus. De breuibus itaque syllabis sic in suo libello de Syllabarum quantitate scribit: OMNIS, inquit, syllaba correpta cognoscitur: Vocalibus breuibus: & ο, vt τέκον. Homerus Iliad. ω. versic. 255.

Ὤμοι ἐγὼ παναπόλεμον, ἐπεὶ τέκον υἷας ἀρίστους.
Heu me valde infelicem, quoniam genui filios optimos.

2 DERI

2 DERIVATIONE. Cùm enim primitiuum est breue, quę ab eo deducuntur plerunque corripiuntur, vt à nomine μάκαρ prima breui, fit μακαρίζω etiam breui. Homerus Odyss. ε. versf. 7.

Ζεῦ πάτερ ἠδ' ἄλλοι μάκαρες θεοὶ, αἰὲν ἐόντες.
Iuppiter pater, atque alij beati dij semper existentes.

& Odyss. ϱ. versf. 165.

Ἐξ ἐμεῦ ὡς αὔ τίς σε συναντόμενος μακαρίζοι.
Ex me vt aliquis occurrens, te beatum diceret.

Cùm verò tollitur altera vocalis, quæ cum alia coalescens in primitiuo diphthongum efficiebat, anceps α, ι, υ, quæ sola remanet in verbo deducto sæpius breuis euadit: vt à μαίνομαι fit μανία, detracto ι, à φεύγω, φυγὴ, sublata præpositiua vocali ε, in vtroque vocabulo prima breui. Tyrteus:

Μηδὲ φυγῆς αἰσχρῆς ἄρχετε, μηδὲ φόβου.
Neque turpis fugæ, aut timoris initium facite. Solon,
Δείξει δὴ μανίῃ μὲν ἐμὴν βιότου χρόνον ἀστοῖς.
Breue sane tempus meam ostendet ciuibus insaniam.

Iste tamen canon de deriuatione vbiq; non seruatur, nam μανικὸς primam retinet longam, quamuis μανία eandem correptam habeat. Ideò Etymologia tanquam fallax à Galeno appellatur ἀλάξων μάρτυς. Sic apud Latinos lucerna corripitur, licet primitiuum eius verbum luceo producatur. Horat. Od. 8. lib. 3. Carm. *Notio.*

Sume Mæcenas cyathos amici
Sospitis centum: & vigiles lucernas
Perfer in lucem.

& Od. 21. eiusdem libri:

Viuaq; producent lucernæ,
Dum rediens fugat astra Phœbus.

Sic verba circumflexa, quæ à Barytonis proficiscuntur, & ex diphthongo posita in penultima syllaba, alteram vocalem amittunt, ancipitem in penultima relictam corripiunt: vt à πείθω fit πιθῶ, à δαίω fit δαῶ, sic mutato accentu à πάω fit πᾶω, à κύρω fit κυρῶ, à φύρω φυρῶ, quæ omnia penultimam corripiunt.

3 COMPOSITIONE. Cùm simplex breue censetur, compositum eandem legem seruabit: vt βαρὺς, & βαρέω primam corripiunt: sic compositum οἰνοβαρὴς penultimam corripit. Homer. Iliad. α. versf. 225.

Οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων,
O vino grauis, canis oculos habens.

Eadem ratione particulæ quædam in compositione occurrentes suas ancipites corripiunt: particulæ autem tales sunt, ἐελ, ἄελ, ἀ, ἄχα, ἄχαν, βελ, δυς, ζα: vt ἀελίδηλος, ἐελμένος, ζα-

Universidad de Deusto
Biblioteca

μῆνις, & alia permulta. Nec ab hac lege deflectunt vocales ancipites, quæ mediam compositionem ingrediuntur: sæpius enim corripiuntur, vt καλλιπάρῃ☉. Homerus Iliad. α. verſ.184.

Πέμψω ἐγὼ ἣ κάζω βοηϊόδε καλλιπάρῃον.
Mittam, ego autem duco Briſeidem pulchram genis.

Nonnunquam tamen anceps in medio compoſitionis poſita producitur, vt πρωΐηπις.

4 DIALYSI diphthongi propriæ, vel impropriæ: cum enim per diæreſin diphthongus diſſoluitur, vocales ancipites diſſolutæ breues euadunt, vt παΐς, pro παῖς. Heſiodus ἔργων, verſu 50.

Κρύψε γὰρ πῦρ, τὸ μὲν ἄνδρες ἐΰς παΐς Ἰαπετίδαο.
Abſcondit verò ignem, quē quidē rurſus bonus Iapeti filius.

Id verò ſæpius ſolet euenire, his particulis in compoſitione diſſolutis, & duobus apicibus notatis, οΰ pro εὖ, νύ pro νυ. vt apud Heſiod. ἔργων. verſ.164.

Ἐς Τροΐην ἀγαγὼν Ἑλένης ἕνεκ' ἠυκόμοιο.
Ad Troiam ducens Helenæ pulchricomæ cauſa.

Sic Tryphiodorus in excidio Ilij, verſ.50.

Καὶ Σκῦρον μὲν ἔβαινε λιπὼν εὐπάρθενον ἄστυ.
Scyrum quidem profectus eſt relinquens vrbem pulchras virgines habentem.

Theocritus tamen dum diſſoluit α diphthongum impropriam in αϊ, α producit in dictione ῥάιστα. Eidyll.11.

Οὕτω γὰν ῥάιστα Δῶ γ' ὁ Κύκλωψ ὁ παρ' ἡμῖν.
Sic igitur vixit facillime Cyclops apud nos.

Sic apud Dionyſ.in lib.de Situ orbis, verſu 322.& 323. Θρῄκες deductum à θρᾷκες, ex quo deriuatum eſt θρῇκες, & per diſſolutionem θρήϊκες, ἡ diſſolutum producitur:

Αὐτοί τε θρήϊκες ἀπείρονα γαῖαν ἔχοντες.
Ipſiq; Thraces immenſam terram habentes.

Latini vocales in diæreſi nunc producunt, nunc breuiant.

Nicander tamen in Theriacis eandem ſyllabam nunc producit, nunc corripit. Latini dum diæreſi vtuntur partim vocales diuiſas corripiunt, vt Catull.in hoc hendecaſyllabo:

Si lingŭam clauſo tenes in ore.

Partim producunt, vt in illo Virg.

Diues opum, diues pictaï veſtis, & auri.

Quod in locis tãtum quatuor, more Græco, à Virg. factum Probus annotauit. A Lucretio verò ſæpiſſimè vſurpatum nemo neſcit, vt in his verſibus: lib.8.verſ.88.

Aulide quo pacto Triuiaï virginis aram
Iphianaſſaï turparunt ſanguine fœdè.

& Ouidius ad Liuiam:

Debuerat fuſos euoluiſſe ſuos.

& Catullus:

Verboſa gaŭdet Venus loquela.

5 REDVPLICATIONE. Cùm enim ι ponitur in ἀναδιπλασιάσμῳ, id eſt, geminatione, quę locum habet in verbis in μι, & in aliis, quæ illa imitãtur, illud corripitur, vt δίδωμι, τίθημι, πταίνω. Homer.Iliad.α. de Chriſeide:

Παλλὰς φίλῳ ἐν χερσὶ τιθεῖ. ——
Charo patri in manibus ponebat.

Et Nonnus Poëta Panoplitanus:

——κάζων χθονιῇσι πτεάνων.
agens gratiam patri.

Si tamen verbum oriatur ab alio, in quo perſona thematis ſit poſitione longa, & ab eo detrahatur poſitio, ι remanet productum: vt à γιγνώσκω, quod oriebatur à γνέω, fit γνώσκω prima longa, & à γίγνομαι, quod deducebatur à γείνω, vel γνόω, fit γίνομαι prima etiam longa. Heſiod. ἔργων, verſ.278.

Γίνῃ· εἰ γάρ τις κ' ἐθέλῃ τὰ δίκαια ἀγορεύειν.
Eſt (bona iuſtitia) ſi verò quis voluerit iuſta dicere.

Et in eodem libro, verſu 279.

Γινώσκων, τῷ μὲν τ' ἄλβον διδοῖ εὐρύοπα Ζεύς.
Cognoſcēs, huic quidē felicitatē largitur latè vidēs Iuppiter.

6 THEMATIS PRIVILEGIO. Anceps ſiquidem in principio thematis collocata, ſæpius fit breuis, vt ἰκάνω. Homerus Iliad.α.verſu 254.

Ὤ πόποι, ἦ μέγα πένθος Ἀχαιΐδα γαῖαν ἱκάνει.
O dij immortales, certè magnus luctus Achiuam terram inuadit.

Anceps tamen in capite præteritorum, augmenti gratia, extenditur:

Καρπαλίμως δ' ἵκανε θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν.

Quamuis per ſyſtolen, interdum licentia poëtica corripiatur, Iliad.ψ.verſ.2.

Ἐπεὶ δὴ νῆάς τε καὶ Ἑλλήσποντον ἵκοντο. Et Iliad.α.verſ.3.

——ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν.

7 TERMINATIONE. In οεις. Adiectiua ſiquidem in οεις deſinentia, antepenultimam corripiunt, vt ὑδατόεις, φοινικόεις, σιγαλόεις. Heſiod.in clypeo Herculis, verſ.95.

Ὦ φίλ☉, ἀλλὰ σὺ θᾶσσον ἔχ' ἡνία φοινικόεντα.
O amice, ſed tu celeriter contine habenas rutilantes.

Homer.Iliad.ε.verſu 226.

Ἀλλ' ἄγε, νῦν μάστιγα, καὶ ἡνία σιγαλόεντα.
Sed age, nunc ſcuticam, & habenas mirificas (cape.)

CAPVT ſecundum ſyllabas longas complectitur, his verbis: Omnis, inquit, ſyllaba longa cognoſcitur: vocalibus longis η & ω, vt ἀπειλήσω. Homer.Iliad.α.182.

Caput ſecũdum de ſyllabis lõgis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Οὐδ' ἀγορὴ νηθέοντι, ἀπειλήσω δέ τοι ὧδε.
Nec aduerto irascentem: minabor autem tibi sic.

Diphthongus producitur. 2 DIPHTHONGO qualibet. Omnis enim diphthongus producitur. Hom. Iliad. χ.

Αὐτὰρ ἐγώ, κἀκεῖθι, φίλε μεμνήσομαι ἑταίρου.
Tamen ego, & illic, dilecti recordabor socij.

Accentus circumflexus. 3 ACCENTV circumflexo. Omnis enim syllaba circumflexa producitur: vt πῖνε, δῖος. Hom. Odyss. ζ. 242.

Ἤτοι ὁ πῖνε, καὶ ἤσθε, πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς.
Atque ille bibebat, & edebat astutus diuus Vlysses.

Contracta producuntur. 4 CONTRACTIONE. Contracta enim omnia producuntur: vt ὄφι pro ὄφις. Eandem autem vim sortitur Crasis in orationis concursu posita, quæ fit per Apostrophen minime. & ideo præuidendum ne confundantur. Crasis enim quam afficit syllabam producit: Apostrophe verò eam sibi vim nõ vendicat, vt lib. 2. Anthol. τίμιόν ὄ σωτῆρι σοι — Si tamen per Apostrophen scribas τὸ 'μὸν corripitur: hic πῶνον per crasin longum est pro τὸ ἄνω.

Positio triplex. 5 POSITIONE. Fit autem positio apud Græcos tribus modis. Primus est, cùm vocalem in eadem dictione sequũtur duæ consonantes, aut aliqua ex duplicibus ζ, ψ, ξ: vt ἥρως, ψάλλω, φράζω, τύψω, λέξω. Alter est, cùm vna dictio in consonantem desinit, & sequens ab altera consonante initium sumit: vt in hoc versu Homerico,

Αὐτίκ' ἄρ' Ἥφαιστον προσεφώνεεν ὃν φίλον υἱόν.
Confestim Vulcanum allocuta est suum filium.

Tertius denique est, cum aliqua vocalis breuis, existit in fine dictionis, & dictio quæ sequitur, aut duplicem literam, aut duas consonantes sortitur: vt in illo Lini Poëtæ antiquissimi versu,

Τὰς μὲ δὸ ψυχῆς ἔρυκε φυλακείῃσι νόοιο.
Has tu custodia mentis, ab animo arceto.

Orpheus in Argonauticis,

Λῆμόν τε ζαθέλω. ——
Lemnúmque diuinam.

Theognis in suis sententiis:

Ἐν ὄ παιδαγῳ πρήγματι πουλὺ πλέονες.
In serio verò negotio paucior es.

Non ignoramus à Probo, Diomede, Donato, Mario Victorino, plures cõstitui positionis modos, nunc octo, nunc sex. Verùm imprimis vnum ex illis nunquam recipiunt Græci, cum videlicet j, & v, degenerant in consonantes, positionemque iuuant: reliquos verò modos omnes, merito ad tres superiores reuocauimus.

HAS porro tres positionis formas Græci quidem poëtæ fami

familiarissimas habẽt. Latini duas priores retinent, tertiam familiarem non habent, imitantur tamen nonnunquam. Catullus in Hymenæo:

Nulla fugæ ratio, nulla spes: omnia muta.

Tibul. lib. primo:

Pro segete spicas, pro grege ferre dapes.

Catullus in Iambico trimetro puro, qui continet Faseli dedicationem:

Propontida, trucémve Ponticum sinum.

In quo versu extremæ syllabæ dictionis (*Propontida*) Iambum efficiunt, propter dictionem sequentem, quæ à duabus consonantibus initium sumit, vt rectè annotauit Muretus.

CVM autem positio posteriore modo fit, Poëtæ Græci ad nutum & arbitrium, vel illam producunt, si id carmen postulet, vel corripiunt, quamquã rarius. Hom. Odyss. ε. 24.

Δολιχόν τε, Σαμήν τε, καὶ ὑλήεσσα Ζάκυνθος.
Dulichiumq́ Samen, & nemorosa Zacynthus.

Nec mirum: in vera enim positione, nonnunquam vocalis neglecta positione corripitur: Homer. Iliad. ρ.

ὡς οἱ μὲν μάρναντο σιδήρεοι ἀμφὶ δ' ὀρυγμαὶ
Καὶ πτελέαι ὄγυιαι καὶ ἀλέκτορες ἐξεχύοντο.

Et Aratus, Interdum etiam λ, μ, ν, ρ, naturam duplicium induunt: vt quibus facilè perspiciet ex iis, quæ de liquescentia docebimus. Hinc quoque fit, vt litera σ, quæ pro liquida aliquando censetur, in fine alicuius pedis, sequente etiam vocali producatur. Homer. Odyss. α. 5.

Ἀργαλέος μοι ὧπε ψυχὴν, καὶ νόστον ἑταίρων.
Magna cura seruans suam animam, & reditum sociorum.

Quid si dicãt aliqui, esse hic cæsuram, aut Lagarum pedem? Et in illo versu, qui est apud Eustathium:

Δὸς ἄρτον πλαγκῷ, καὶ κόνδυλον ὄψον ἐπ' ὠτῷ.
Da panem mendico, atque absonij vice pugnum.

In illo inquam versu, syllaba (σὸς) longa est, propter σ, quãquam vir eruditissimus Marcus Antonius Muretus variarũ lectionũ lib. 13. cap. 4. hunc versum esse ἀκέφαλον existimet.

συνίζησις longa.

6 SYMPHONESI, quæ Synecphonesis, & Synizesis vocatur, quæ fit, vt ait Hephæstio ὁπόταν δύο συλλαβαὶ, σύμφωνον μὴ ἔχουσαι, μιᾷ ξυ ἀκηλων, ἅπτηται μιᾶς παρακληφθῶσιν. id est, Quando duæ syllabæ nullam interiectam habentes consonantem, pro vna syllaba sumuntur. Ea autem figura, vel oritur, ex duabus longis simul positis, vt apud Apollonium, lib. 2. Argonaut. 1254.

Ἰαπετὸν χαλκείῃσιν ἀλυκτοπέδῃσι Προμηθεύς.
Vinctus æreis compedibus Prometheus.

Vel ex breui & longa: Hesiodus ἔργων, 582.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Δενδρέῳ ἐφιζόμενος, λιγυρὸν κὴν χάνει ἀοιδήν.
Arbori insidens, stridulum effundit cantum.

Hunc morem Virgil. secutus ita canit lib. 10. summi oper. & lib. 6.

Hic finis fandi, solio tum Iuppiter aureo.
Ferreiq; Eumenidum thalami, & discordia demens.

& multis aliis in locis.

Vel ex longa & breui. Hesiodus:

Βοῦς, καὶ ἡμιόνοισιν ἐπήετανον, αὐτὰρ ἔπεσσι.
Bobus, & mulis continuum, sed post hac.

Sic Virg. lib. 6.

Fixerit aëripedem ceruam licet, aut Erimanthi
Placarit nemora. ——

vbi pro aëripedem, alij æripedem legunt.

Vel ex duabus breuibus. Hesiod. ἔργων, 209.

Χρύσεον μὲν πρῶτα γένος μερόπων ἀνθρώπων.
Aureum quidem primum genus mortalium hominum.

Sic Virg. lib. 1. Georg.

Cæumq; Iapetumq; creat, saeuumq; Typhoëa.

Denique tales permultæ Synecphoneseos formæ, Theognidi, Tyrtæo, & Soloni sunt familiares. Obseruandum tamen ex peritiorum sententia *a* nunquam pati συνίζησιν, sed tantum *ε*.

Cæsura producta apud Græcos.

7 CAESVRA, quæ potestate sua syllabam producit, & locum habet, apud Græcos, post primum, secundum, tertiũ, quartum, & quintum pedem. Exempla illud facient perspicuum. Post primum quidem, quæ vocatur Græcis πεμιμερὴς, quæ pedem vnum & syllabam continet. Hom. Od. *α*. 27.

Ζηνὸς εἰς μεγάροισιν ὀλυμπίῳ ἀγρόσε ἦσαν.
Iouis in regia Olympi congregati erant.

Post secundum, & vocatur, πενθημιμερὴς, Latinè à M. Varrone apud Gellium, quintus semipes, à Prisciano Semiquinaria. Hesiod. ἔργων, 552.

Τὸν φθάμενος, ἔργα τελέσσας, οἶκον ἴ νέεσθαι.
Hunc præuertens opere perfecto, domum redi.

Post tertiũ, quæ cæsura ἑφθημιμερὴς dicitur, Hom. Od. *α*. 365.

Μνηστῆρες δ' ὁμάδησαν, ἀνὰ μέγαρα σκιόεντα.
Proci autem tumultuabantur, per ædes obscuras.

Post quartũ, quæ vocatur ἐννεημιμερὴς. Homer. Odyss. *β*. 104.

Ἔνθα, καὶ τιμᾶλλα μὲν, ὑφαίνεσκε μέγαν ἱστὸν.
Tum verò interdiu quidem, texebat magnam telam.

Post quintum. Iliad. *ξ*. 185.

Κάλλῃ, νηχατόῳ, λευκὴν δ' ὣς ἠέλιος ὡς.
Pulchra (vita) nouiter facta, candida autem erat veluti Sol.

Aliquis tamen posset obiicere, *σ* hic vel liquescere, vel vices duplices subire. Hinc cùm Maximus Planudes, passim apud Homerum, talia exempla reperisset, ausus est dicere, finem cuiuslibet dictionis, Homero esse communem. Latini hanc quoque licentiam à Græcis sumpserunt. Producunt enim cæsuras, etiam breues, quas Diomedes mansiones, sectiones, & incisiones vocat, post primum, secundum, tertiũ, quartum pedem: post quintum vêrò rarissimè. Exempla subiiciamus. Post primum. Virg. lib. 3. Georg.

Latini cæsuras producũt, etiam breues.

Inualidus, etiamq; tremens, & iam insscius aui.

& lib. 4. Æneid.

Pectoribus inhians, spirantia consulit exta.

Post secundum: Virg. 5. Æneid.

Olli seruia datur, operum haud ignara Minerua.

Hic Priscianus, alij Grammatici dicunt fieri Trochaicam, cum post duos pedes primos sequitur Trocheus dictionem terminans: vt, *Infandum regina.* Verùm hæc non est propriè cæsura.

Monui superius M. Varronem apud Gellium, libro duodecimo, capite vltimo, semiquinariam cæsuram vocare quintum semipedem, quẽ in longis versibus, qui hexametri vocantur (siue etiam Heroïci, Pythij, Epici, Bucolici à Diomede) omni modo verbum finire docet; quæ regula si vera sit, non video, qua tandẽ ratione, altera regula quam paulò ante tradidit Gellius, possit vnquam vera videri: ait enim in huiusmodi versibus, & in senariis, duos primos pedes, singulas posse integras partes orationis habere. hæc ille. Ergo aliquando non occurrit ille quintus semipes, verba igitur Varronis (omni modo) perpetuam veritatem non significant, quamquam Priscianus in tractatu de duodecim carminibus, dicat necesse esse cæsuras in carmine reperiri; quã regulam tamen cum Mureto, inanem vocare nolim, præsertim cùm præstantissimi poëtæ eam tam diligenter obseruarint, & versus, in quibus cæsuræ desint, minus certè suaues, aut etiã inculti videantur. Qualis est ille Ennianus:

In Gellium & Varr. animaduersio.

Roma mœnia terruit impiger Hannibal armis.

& Homericus primus versus. Odyss.

Ἀνδρά μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ.
Virum dic mihi Musa multorum morum qui valde multum (errauit.)

Post tertium. Virg. 3. Æneid.

Dona de hinc auro grauia, sectoq; elephanto.

Diomedes libro 3. hic addit πεζαποδίαν, seu βυκολικὴν, quæ fit, si hepthemimeri duas breues syllabas adiungas. Bucolica dicitur, quia Theocrit. Bucolici carminis auctor, ea plurimum sit vsus: sed merito Priscianus eam ex numero cæsurarum reiicit.

Post

Post quartum. Virg.7. Æneid.

Sustinet ac natæ, Turnique canit hymenæos.

Verùm in hoc vltimo versu, Grammatici aiunt H. vicem consonantis subire, quod quàm sit rationi consentaneum, intelligent ij, qui Agellium legerint. Is enim lib.2.cap.3. h magis spiritum, quàm literam esse dicit, & vidisse se librum mirandæ vetustatis, Virgilij ὠτόγραφον, in quo scriptũ erat hoc nomen (ahenum) aspiratione supraposita, non vt iam scribitur lateri præfixa. Non poterat igitur temporibus Virgilij aspiratio esse consonans, vtpotè quæ literis non annumeraretur, nec vocalibus præfigeretur. Nec verò cœpit esse consonans litera, cùm post tempora Virgilij, literis nõ supra posita, sed præfixa est, sicut nec apud antiquissimos Græcos, ideo litera cẽsebatur olim, antequam de medio dictionum textu, in apicem esset reiecta, vbi hoc tempore apud eos visitur aspiratio. Illis enim contrarium accidit, atq; Latinis in aspirationis nota depingenda. Quod aliqui probant ex antiquis nummismatis Heraclienſium, & nõ obscurè Athenæus lib.9. ostendit: διόπερ, inquit, καὶ Ρωμαῖοι τοῖς πάντων τῶν ἀφωνοτάτων ὀνομάτων τὸ Η προγράφουσι. Quamobrem Romani omnibus aspiratis nominibus H præfigunt.

8 COMPOSITIONE. Dum simplex est longum, & compositum longum censebitur, vt ἀ τιμὴ, prima longa, fit ἄτιμος secunda longa.

Τὸν δ' ἔφαθ' ὅστις ἄτιμος ἔῃσι θρόνῳ ἠδ' ἀγέρωστος,
Τιμῆς καὶ γερόων ἐπιβήσεμεν ἢ θέμις ἐστί.
Illum etiã dixit, qui sub Saturno fuerit honoris expers, atq;
Ad honores & præmia accessurum, veluti fas est.

9 DERIVATIONE cùm primitiuum est productum quæ inde deriuantur, si nulla abiiciatur, aut mutetur litera, producuntur: vt ἀ νικάω, fit νίκημα, νικητὴς νικητήριον, quæ omnia primam producunt, quia νικάω eandem productam habet. Hom. Iliad.γ. 138.

Τῷ δέ κε νικήσαντι φίλη κεκλήσῃ ἄκοιτις.
Et vincenti chara vocaberis vxor.

Eadem ratione, si vocalis anceps fuerit longa, in masculino, producetur etiam in fœminino: vt πᾶσα primam habet productam, quia πᾶς longum est: vt Homer. Odyss.α.53.

Πάσης βένθεα οἶδεν· ἔχει δὲ τε κίονας αὐτός. (ipse.
Omnes maris profunditates nouit: sustinet autem columnas

10 TERMINATIONE, Quæ vel cernitur in Adiectiuis in οεις, quatuor syllabarum, quæ primam producunt: vt σιγαλόεις, & numerosè claudunt versum hexametrum, dum in obliquis collocantur. Homer. Odyss.ε.

Ἐν θρόνῳ ἐρύσσασα φαεινῷ σιγαλόεντι. In

In throno collocatum, candido, stupendo.

Et ἠμαθόεις, Ionicè, pro ἀμαθόεις. Odyss.β.214.

Εἶμι γὰρ ἐς Σπάρτην τε, καὶ ἐς πύλον ἠμαθόεντα.
Proficiscor enim in Spartam, & Pylum arenosam.

5 Vel cernitur in gentilibus in ανος Dionys. de Situ orbis:

Γερμανοὶ, Σαμάται τε, Γέται θ' ἅμα, Βαστάρναι τε.
Germani, Samatæ, Getæ, quæ simul, Bastarnæ.

In quem locum Eustathius Thessalonicensis his verbis sic docet: Ὅτι τὰ ἀπὸ τῶν ἐθνικῶν ὀνόματα ὀκτάνηι παρὰ τῷ Διονυσίῳ τὴν παραλήγουσιν, οἷον Βρεττανὸς, Γερμανὸς, Ἀλανὸς, Καρμανὸς, Λεύκανος. τὸ Ἠριδανὸς οὖν ἔθνος ὄνομα· πολλαχοῦ γάρ, διὸ συστολὴ τὴν παραλήγουσαν· ὡς καὶ τὸ Ὠκεανός. id est: Nomina Gentilia in ανος desinentia penultimam producunt apud Dionysium: vt Bretanus, Germanus, Alanus, Carmanus, Leucanus: Eridanus autẽ non est nomen Gentile, sed nomẽ fluuij, propterea pẽnultimam breuem habet, sicut & Oceanus.

Ἠγνοίησεν, ἰδοῦσα καλυψὼ δῖα θεάων.
Ignorauit, conspicata Calypso diua dearum.

TERTIVM verò caput, de Syllabis communibus sic incedit. Omnis Syllaba communis cognoscitur, LIQVESCENTIA, quæ cùm alioqui non sit valde positioni dissimilis, ab ea tamen in quibusdam differt. Primum quidem, quòd positionem efficiunt omnes litteræ duplices, & omnes consonantes geminatæ: at liquescentia non fit, nisi cùm aliqua ex nouem mutis, π, κ, τ, β, γ, δ, φ, χ, θ, præcedit aliquam ex liquidis λ, μ, ν, ρ. Deinde positione, syllaba solum producitur, at liquescentia ad arbitrium Poëtæ vel corripitur vel producitur, cùm alioqui natura sua esset breuis: nam syllaba quæ natura sua longa est, non corripitur. Tertiò, cùm positio tribus modis fieri soleat, vt superius dictum est, liquescentia duobus tantum modis fit: nam secundum positionis genus, liquescentiæ conuenire non potest, scilicet cùm vna dictio exit in consonantem, & sequens incipit ab alia consonante, cùm enim apud Græcos nulla dictio litera muta possit terminari, & liquescentia fiat, cùm muta præcedat liquidam, necesse est in hoc genere liquescentiam à positione discrepare. Reliqua sunt igitur duo genera liquescentiæ, si propriè sumatur. *Caput tertiũ de Syllabis communibus.*

VNVM est, cum in eadem dictione muta præcedit aliquam ex liquidis λ, μ, ν, ρ. Quæ vt facilius intelligantur, exempla omnium liquidarum ante oculos constituemus, ac vt certo ordine procedamus, primum de liquida λ agamus. Theocr. Eidyll.27.

Ἰνὼ δ' ὦμ' ἔρριξεσὺ ἀμοπλάτα μέζαν ὄμον.
Ino auulsit vna cum scapula grandem humerum.

Idem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Idem in Epigram. hoc pentametro,

Σύκινον εὑρήσεις δρπγλυφὶς ξόανον.

Ficulneam inuenies recens sculptam statuam.

In quibus versibus λ liquida, mutis π & γ postposita liquescit.

De μ exempla sunt apud eundem Theocritum epigrammate in Tripodem Bacchi,

Καὶ γὰρ ἐγὼ τοιῦτον ἔχω πότμον· ἀνὴ δ' πολλᾶς.

Nam ego talem habeo interitum: & pro magna.

& Eidyll. 27.

Λὰξ ἐπὶ γαστέρα βᾶσα· καὶ Αὐτονόας ῥυθμὸς ὠυτός.

Pedibus ventrem calcans: & Autones idem tenor erat.

& in epigrammatis,

Εὕδεις φυλλοστῶτι πέδῳ Δάφνι σῶμα κεκμακώς.

Dormis in solo foliis constrato ô Daphni corpore defesso.

Quibus versibus liquida μ, postposita mutis τ, θ, κ, liquescit.

Quod Latini Poëtæ in nominibus iis, quæ à Græcis sumpserunt, imitantur. Horat. Ode 4. lib. 2. Carm.

Mouit Aiacem Telamone natum,
Forma captiua dominum Tecmessa.

De ν liquida. Theognis in γνώμαις, versu pentametro,

Καὶ δάκνομαι ψυχλὼ, καὶ δίχα θυμὸν ἔχω.

Et mordeor mentem, & dupliciter animum habeo.

Theocrit. Eidyll. κ. 116.

Χαίρετ' ὁ βωκόλος ὔμμιν ἐγὼ Δάφνις κέκλιτ' αὐ ὕλαν.

Valete. ego Daphnis bubulcus nō amplius in syluis ero vo- (biscum.

Idem in epigrammatis, hoc pentametro,

Πᾶνα τ' αἰγιβότην ὀρφανίσωμεν ὕπνῳ.

Pana Caprarium priuauerimus somno.

Idem ibid. versu item pentametro,

Μισθὸν· ὁ δ' εἰς ἔργον πᾶσιν ἀφῆκε τέχνῳ.

Mercedem (pollicitus.) Ille verò ad opus omnem artem (contulit.

& in Epitaphio Eusthenis,

Πάντων ὧν ἐπέοικεν ἔχει τεθνηὼς ὁ σοφιστής.

Omnia quæ par est, habet mortuus Philosophus.

Quibus versibus ν liquescit post mutas κ, φ, π, χ, θ. Sic Horat. Od. 3. lib. 4. Carm.

—— *O mutis quoque piscibus,*
Donatura cycni: si libeat sonum.

Silius lib. 8.

Ecce inter primos Therapnæo à sanguine Clausi.

Martial. lib. 7. Epigram.

Delectat Marium, si pernicioſus Ichneumon.

Quibus versibus litera n, more Græco liquescit post c, ch, p. Quamquam non est silentio prætereundum id apud Lati-

Latinos rarum esse, idque in Græcis dictionibus dumtaxat. Nam versus ille Ouidij 8. Metamorphos.

Debuit illius misereri, & ignoscere nobis.

Quo quidam docent in verbo (ignoscere) n, liquescere, more Græco, perperam legitur; si quidem in correctis libris, Coniunctio (&) expuncta est, hoc pácto.

Debuit illius misereri, ignoscere nobis.

De litera ϱ. Theocritus in simulachrum Veneris,

Ἡ Κύπρις, ὃ πάνδημος, ἰλάσκεο, τλὼ θεὸν εἰπών.

Venus ista, non est vulgaris, cole eam, deam vocans.

Idem in Epigrammatis, versu pentametro,

Καὶ τόδ' ἀπ' εὐώδες γλύψατ' ἄγαλμα κέδρε.

Et istud ex odorata sculpsit simulachrum cedro.

Et ibidem versu pentametro,

Οὐδὲ τὸ φῶς λείπειν οἰχομένας.

Nec os quidem, nec cinis relictus sit abeuntis.

In his versibus liquescit ϱ, post π, δ, φ.

Admonendum te hic duxi, lector candide, hanc primam regulæ partem, quæ est de liquescentia in eadem dictione, locum non habere, cùm muta & liquida sunt in diremptione; id est cùm in vna, & eadem dictione, muta pertinet ad præcedentem vocalem, liquida verò ad sequentem; tunc enim vocalis præcedens mutam & liquidam, pro longa tantum habetur: vt σκλήγω, σκλύω. Hom. Odyss. κ. 286. *Notio.*

Ἀπ' ἄγε δή σε κακῶν σκλύσομαι, ἠδὲ σαώσω.

Sed age certè te ex malis soluam, atque seruabo.

Quod etiam Latini diligenter obseruant in similibus verbis, vt obruo, negligo. Horat. Od. 6. lib. 3.

Di multa neglecti, dederunt
Hesperiæ malè luctuosæ.

Vt verò intelligas, quo pacto muta & liquida, vel quæuis aliæ duæ consonantes, sint in diremptione, vel non sint, lege Commētarios Antesignani in Clenardum, vbi de mutis & earum numero.

Secvndvm liquescentiæ genus fit, cum postrema syllaba alicuius dictionis, est vocalis natura correpta, & principium sequentis dictionis, constituunt muta & liquida. Tunc enim Græci ad arbitriū, vel producunt, vel corripiunt illam syllabam. In hoc Hesiodi versu 3. ἔργων. producunt,

Ὅντε λιγὺ βροτοὶ ἄνδρες ὁμῶς ἀφαυρόν τε, φατόν τε.

Quomodo mortales homines sunt pariter obscurique, clariq.

Corripiunt verò in hoc Cratini antiqui Poëtæ versu,

Ἀλλοτριογνώμοις ἐπιλήσμοσι, μνημονικοῖσι.

Diuersas sententias complectentibus, obliuiosis, memoria valentibus.

Latini

Universidad de Deusto Biblioteca

Latini poëtæ idem aliquando faciunt, producunt enim finalem vocalem dictionis, natura breuem, si dictio sequens in capite, mutam & liquidam habeat. Ouid.

Officij causa pluribus esse dati.

Interdum verò, idq; sæpius, corripiunt. Maro 1. Georgicæn:

Et medio tostas æstu terit area fruges.

Dixi superius liquescentiam, si propriè accipiatur, fieri duobus modis, nam impropriæ liquescentiæ, multo plura sunt genera, quæ deinceps subiiciemus; si prius tamen monuerimus tyrones, ne sibi existiment licere in scribendis carminibus, quæcumque magni illi poëtarum heroës, pro suo singulari authoritate, sibi arrogarunt, in hisce liquescentiæ generibus.

Notio.

PRIMVM igitur sit genus impropriæ liquescentiæ, cùm inuerso ordine liquida mutam præcedit, vocalemque præcedentem communem reddit, vt in hoc Solonis pentametro ν ante τ,

Ἀττικὸς οὗτος ἀνὴρ τῶν Σαλαμῖν' ἀφέντων.

Atticus hic vir vnus ex fugientibus Salamina.

Sic apud Homerum μ ante π, hoc versu in hymno ad Cybelen: vt legit Muretus,

Ἠκροτάλων, τυμπάνωντε, ἰαχὴ, σύντε τρόμος αὐλῶν.

Crepitaculorum, tympanorumq; sonitus, & clangor tibiarũ.

Quod cùm vidisset Catullus ab Homero factum ipse in eodem vocabulo primam corripere non dubitauit, vt doctè notauit M. Antonius Muretus, in carmen de Berecynthia & Atti, in quo legitur:

Niueis citata cœpit manibus leue tympanum.

SECVNDVM genus est, cùm liquida alteri liquidæ postposita, liquescit, vt in illis versibus Solonis, qui referuntur, à D. Clemente Alexandrino lib. 6. Stromat.

Πέμπτη δ' ὥριον ἄνδρα, μεμνημένον ἄρ γάμου εἶναι.

Quintus maturum iam virum nuptias moliri suadet.

Quod Latini poëtæ etiam sectati sunt. Propert. lib. 3.

Te scelus accepto Thracis Polymnestoris auro.

Ouid. lib. 13. Metamorph.

Vadit ad artificem diræ Polymnestora cædis.

In quibus versibus nomen (Polymnestor) secundam corripit, more Græco, quamquam fortasse Polymestor scribendum sit, vt Græci Πολυμήστωρ.

Sic Catullus in Galliambo de Berecynthia, & Atti, primam syllabam corripuit in nomine (gymnasiis) vt obseruauit Muretus.

Abero soro, palæstra, stadio & gymnasiis.

Sic Plantini editio: & eruditi quidam viri legendũ censent apud

apud Horat. Ode prima.

—— Si neque tibias
Euterpe cohibet, nec Polymneïa.

Ita vt hoc nomen deducatur à πολὺ, & μνεῖα, vt sit multæ memoriæ (nam Iouis & Memoriæ filias esse Musas testatur Hesiodus in Theogonia) & dissoluta diphthongo πολυμνεία πεντασυλλάβως, καὶ Ἰωνικῶς πολυμνήϊα, vnde Polymneïa secunda syllaba breui Græcorum more.

TERTIVM genus est cùm aliæ quædam consonantes, sibi inuicem coniunctæ, vt κτ, πτ, naturam liquidarum induunt, & vocalem pręcedentem, indifferentẽ faciunt, modò ea sit natura sua breuis. Orpheus in Argonaut. 32.

Θρῆνός τ' Αἰγυπτίων, καὶ Ὀσίριδος ἱερὰ χύτλα.

Lamentationesq; Ægyptiorum, & Osiridis sacra libamina.

& iterum 43.

Ἠδ' ὅσον Αἰγυπτίων ἱερὸν λόχον ἐξελόχευσα.

Atque quantum Ægyptiorum sacrum agmen amplificaui.

Hesiod. in Clypeo Herculis.

Ἀλκμήνη θυγάτηρ λαοσσόου Ἠλεκτρύωνος.

Alcmene filia populorum seruatoris Electryonis.

Sic apud Comicos hæc duo nomina, *voluptas*, & *venustas*, vocales ante pt, & st, correptas habent, exemplo Gręcorum. Sic etiam Martial. lib. 5. in dictione (smaragdos) penultimam contraxit, hoc versu:

Sardonychas, Smaragdos, adamantas, iaspidas, vno
Portat in articulo. ——

QVARTVM genus est cum sola liquida, vocalem præcedentem, natura breuem, indifferentem facit. Sic apud Nicandrum in Theriacis, nomẽ βάλσαμον, secundam syllabam producit, propter liquidam μ.

Σπέρματα, βάλσαμόν τε, καὶ ἐν κινάμοιο βάλοισθα.

Semina, balsamumq;, vnà cum cinnamomi semine conijcias.

Sic apud Homerum Iliad. α. versu 3. nomen (ἑλώρια) primam producit propter liquidam λ.

—— Αὐτοὺς δ' ἑλώρια τεῦχε κυνέσσιν.

Ipsos autem laniamenta fecit canibus.

Et apud eundem, nomen μέλος ob eandem causam primam producit, Hymnoin Mercurium, versu 495.

—— ἡ δ' ὑπὸ καλὸν
Ἱλερόεν κονάβησε: Θεὸς δ' ὑπὸ μέλος ἄεισε.

Hæc autem pulchrè
Amabiliterq; sonuit: Deus autem cantum cecinit.

Ad cuius imitationem Persius in præfatione suarum Satyrarũ, in eadem dictione (melos) primam produxit, ait enim:

Cantare credas Pegaseium melos.

Qui versus quoniam trimeter σκάζον est, seu vt Victorinus vocat, Choliambus in vltimo loco, spondeum sibi vendicat, nec alium pedem admittit.

Politian. Miscellan. cap. 44. scribit, nec apud Græcos, nec apud Latinos, primam syllabam, huius nominis (melos) produci. Certè quod attinet ad Græcos hallucinatus est, quod verò pro (melos) reponit nectar, id non solus ipse facit: sed quàm illud quadret, vel vnus Marullus suo carmine ostendit:

Sed neque diuinus malè μέλος ἄειτεν Homerus,
Nec nisi qui laudat, nectar, ineptè canit.

Hinc fit, vt παρὰ & σὺν Præpositiones, sequente vocali, aut diphthongo, producantur, beneficio liquidæ Hom. Il. λ. 793.

Παρειπὼν ἀγαθὴ γὰρ παραίφασίς ἐστιν ἑταίρου.
Admonens: bona autem admonitio est amici.

& Aratus.

——συνεχὲς ἀιεί.
Continuum semper.

QVINTVM genus est, cum sola liquida, diphthongum, vel vocalem natura longam, indifferentem facit.

Sic apud Apollonium lib. 3. Argonaut. 81. Diphthongus αι corripitur ante ρ, licet circumflectatur:

Ἢ ἔπος ἦέ ῥ' ἔργον, ὅκεν χείρεσσ' ἄγε κάμψειεν.
Vel verbum, vel opus, quod manus hæ operata sint.

Et apud Homerum. Odyss. π.

Εἰδ' ὑμῖν ὀδὲ μῦθος ἀφανδάνῃ
Ἀλλὰ βέλεσθε —— vbi βε ante λ corripitur.

Sic apud Phocyl. in γνώμαις, ῶ circumflexum ante ν corripitur, vers. 182.

Μήδ' ἐς ἔρωτα γυναικῶν ἅπας ῥοῦσιν ἀκοίτεν.
Neque amore mulierum totus diffluas perdito.

SEXTVM genus est cùm litera σ vice liquidæ fungitur, tunc enim aliquando diphthongum, vel vocalem præcedentem natura longam corripit. Sic apud Apollon. in Argonaut. lib. 3. 118. in emendatioribus codicibus αι diphthongus correpta reperitur ante σ.

Λαΐνεον. χαλκείαις ἐπὶ γλυφίδεσσιν ἀρήρει.
Lapideus. in æreis sculpturis cohærebat.

SEPTIMVM genus est, cùm quædam monosyllabæ dictiones τε, κε, δε, γε. μὲν, γὰρ, τὸν, τὴν, & similes, vices liquidarum subeunt, & interdum seipsas producunt. Hesiod. ἔργων 646.

Δείξω δὲ σοὶ μέτρα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης.
Ostendam autem tibi mensuras resonantis maris.

Eodem pacto apud Virgil. enclitica particula (que) producitur 3. Æneid. hoc versu.

Limi

Liminaque laurúsque Dei, totúsque moueri.

Quod post Seruium notauit vir eruditissimus Adrianus Turneb. Aduersar. lib. 4. cap. 22. idque præsertim fieri sequente liquida aliqua.

INTERDVM verò hæ monosyllabæ particulæ, syllabas præcedentes, etiam diphthongos, communes reddunt. Hesiod. ἔργων 645.

Βάλλῃ ὄ χρέα τε φοφυγεῖν, καὶ λιμὸν ἀτερπῆ.
Volueriſque debita effugere, & famem inamœnam.

Idem ἔργων 634. vt in antiquis codicibus legitur:

Ἄσκρη, χεῖμα κακῇ, θέρεϊ δ' δρυμαλέη, ἀδεπότ' ἐσθλῇ.
In Aſcra, vico hyeme malo, æſtate moleſto, nunquam bono.

& in versu 310. vt in antiquis item legitur codicibus:

—— Ζηλώσῃ κ' ἀεργὸς.
Æmulabitur & iners.

Quibus in versibus, vel nulla habetur ratio, harum particularum δὲ, καὶ, vt paulò post significabitur: vel diphthongi αι & ει, ante δὲ, ει ante καὶ, corripiuntur. Sic idem ἔργων 5. particulam μὲν ante γὲ corripuit:

Ῥεῖα μὲν γὲ βελάϊ, ῥία ὄ βελάοντα καλέπτει.
Facilè enim extollit, facilè etiam elatum deprimit.

Interdum hæ particulæ, syllabas præcedentes natura breues, communes reddunt. Apollon. lib. 4. Argon. 278.

Τῶν δ' ἀνδρῶν, ὕς ὄγε κάδμοσε, ναιέμεν αὖαν.
Virorum, quos ille constituit incolere terram.

Dionys. de Situ orbis 343.

Ὃ ῥά τε κικλήσκουσιν Ἀπέννιον, ἐκ δ' Βορείης.
Quem Apennium vocant, ex Boreali verò.

Nec mirum, si eiusmodi monosyllabæ dictiones abundent in carmine Heroïco, cùm sæpius apud Tragicos, & Comicos poëtas, aliquæ dictiones, quæ legitimum carminis numerum excedunt, deprehendantur, vt obseruauit Muretus lib. 3. Vari. lect. cap. 3. eas autem dictiones ex sententia Demetrij, in libro de Interpretatione, histrionibus acceptas refert, qui dum fabulas recitarent, vt magis popularis videretur oratio, aliquas voces proprio Marte addebant.

ET hæc quidem hactenus de liquescentia. Nemo verò miretur, me non esse complexum nonnullas alias liquescentiæ formas, quas in versibus Latinis Venerabilis Beda obseruauit: partim quia Græcam quantitatem persequimur potissimum: partim etiam quia eas ex quibusdam poëtis Ecclesiasticis collegit: qui in vita & moribus religiosiores fuerunt, quàm in carminibus scribendis.

2 VOCALIBVS ancipitibus α, ι, υ, quæ interdum apud Poëtas in vna, & eadem dictione communes deprehen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

duntur: vt Ἀπόλλων, φίλος, καλὸς, Ἄρης. Theocrit.

—— Τὰ μὴ καλὰ, καλὰ πέφανται.

Non pulchra, aliquando pulchra visa sunt.

Homerus Iliad. ε.

Ἄρες, Ἄρες, βροτολοιγὲ, μιαιφόναι.

Mars, Mars, homicida, sanguinarie.

Sic in eodem versu eandem syllabam corripere, & producere, solebant Latini veteres, quamquam rarius: Lucret.

Crassaq; pugnabant liquidis, & liquida crassis.

Horat. Od. 3. lib. 4.

Me fabuloso vulture in Apulo,
Altricis extra limen Apuliæ.

Dixi hanc licentiam apud Latinos raram esse: apud Græcos autem multò frequentiorem esse docent scripta Poëtarum. Hinc illi Martialis hendecasyllabi lib. 9. quibus de Latinorum in fingendis versibus religione cōqueritur, cùm tamen nihil Græcis negatum esse affirmet.

Dicunt Earinon tamen Poëtæ,
Sed Græci quibus est nihil negatum:
Et quos ἄρες ἄρες decet sonare.
Nobis non licet esse tam disertis,
Qui Musas colimus seueriores.

Hoc idem exprimit elegantissimus Terentianus.

Nec mihi Græcorum ratio est attingere κοινάς,
Quarum rarus inest nostris in versibus vsus:
Nec tanta in pedibus venia conceditur vti.

3 CONCVRSV vocalium longarum, aut diphthongorum, ante alias vocales vel diphthongos, vel in eadem dictione, vel in diuersis. Etenim quotiescunque η & ω natura sua vocales longæ, vel diphthōgi, aliam vocalem, aut diphthongum præcedunt, vel in vno, & eodem vocabulo, vel in diuersis, toties eandem syllabam ad nutum, vel producunt, vel corripiunt: & quidem in diuersis dictionibus frequentissimè. Mimnermus Poëta antiquissimus:

Αὐτὰρ ἐπὴν δὴ τοῦτο τέλος παραμείψεται ὥρης.

At postquam terminus huius vitæ præterijt.

Idem:

Πολλὰ γὰρ ἐν θυμῷ κακὰ γίγνεται. ἄλλοτέ τ' οἶκος.

Multis enim malis animus efficitur, interdum verò res domestica.

Homerus Iliad. ψ.

Ἂν δ' ἔβαν ἐν δίφροισι παραιβάται, ἠνιόχοί τε.

Conscenderúntque currus domini aurigæq;.

In eadem dictione non ita frequenter corripiunt. Apollon. lib. 4. 201.

Ἀσπί

Ἀσπίδας ἡμίσεες, δήϊον θοὸν ἔχμα βολάων.

Clypeos dimidios hostilium telorum velox fulcimētum.

Tyrtæus in hoc pentametro:

Μὴ καταλείποντες φεύγετε τοὺς γεραιοὺς.

Grandæuis relictis ne fugiatis.

Theocritus Eidyll. 3. vers. 9.

—— Ἀπάγξασθαί με ποιησεῖς.

Facies vt me enecem.

Latini Poëtæ, eadem ratione, Græcos secuti in eadem, & diuersis dictionibus, suas diphthongos & vacales longas aliquando corripiunt. In diuersis. Virg.

Insulæ Ionio in magno, quas dira Celæno, & alibi,
Victor apud rapidum Simoënta, sub Ilio alto.

Idem in Bucolicis,

Et longum formosè vale, vale, inquit, Iola.

In eadem dictione: Ouid. 12. Metamorphoseon.

Raptaturq; comis per vim noua nupta præhensis.

Virg. 7. Æneidos.

Stipitibus duris agitur, sudibus-ve præustis.

& sic multis in locis.

MIROR autem ab Henr. Stephano tomo primo sui Thesauri, D. Gregorium, multis partibus eo doctiorem, & natione Græcum repræhendi, quod in enumeratione plagarum Ægypti, primam huius nominis (ἀὴρ) licentia, vt ipse ait, non concessa, corripuerit, dum dixit:

Τὸ τρίτον αὖ σκνίπεσσιν ἀὴρ, καὶ γαῖα καλύφθη.

Tertiò rursus culicibus aër, & terra operta sunt.

Sed versus quos superius attuli, ostendunt Græcos ab huiusmodi licentia non abhorrere. Et Demetrius Triclinius Scholiastes Sophoclis in Oedipod. ἀνὴρ primam sortiri ancipitem testatur.

OBIECTVM fuit aliquando mihi hanc regulam non habere locum, cùm vocalis, aut diphthongus circumflexa, aut contracta, pręcedit aliam vocalem, aut diphthongum: Tunc enim illam nunquam posse corripi. Sed neque hac ratione regula nostra infringitur, ac primum ostendo diphthongos circumflexas corripi. Dionys. de Situ orbis,

Ἰσσοῦ ἄχρις πόλιος, Κιλίκων χώραν παραμείβων.

Issum ad vsque vrbem, Cilicum regionem præteriens.

Homerus Iliad. ξ. 213.

Ζηνὸς γὰρ τοῦ ἀρίστου, ἐν ἀγκοίνῃσιν, ἰαύεις.

Iouis enim optimi, in vlnis cubas.

Apollon. lib. 2. Argonaut. 841.

Αὐτῷ ὁμοῦ βασιλῆϊ. —

Ipsi simul regi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eadem est ratio in dictionibus contractis: vt ὄφι pro ὄφις, αὔδα pro αὐδάς. Apollon. lib. 2. Argonaut. 464.

Αὔδα σὺ μισοισι τὸν νόον.
Loquere in medio tuam sententiam.

Quanto magis enim syllaba contracta, sequente vocali, aut diphthongo, corripietur, cùm Synecphonesis, consequente vocali, aut diphthongo, possit breuis esse. Hom. Iliad. α. 18.

Χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ, καὶ ἐλίσσετο πάντας Ἀχαιούς.
Aureo cum sceptro, & obsecrabat omnes Achiuos.

Quo in versu χρυσέω α, dactilum format. Hic porrò animaduertendum est, ex superioribus exemplis, Poëtas Græcos, nunquam in dimetiendis carminibus, elidere vocales, & diphthongos, se mutuo in carminis cursu sequẽtes, etiam in diuersis dictionibus. Quem etiam morem Latini Poëtæ æmulati sunt. Horat. Od. vltima lib. 2. Carm.

Iam Dædaleo ocyor Icaro,
Visam gementis littora Bosphori.

Et apud Virgiliũ quadraginta talia carmina numerauimus, quorum aliqua citabimus. vt Eclog. 6.

Clamassent, vt littus Hyla, Hyla omne sonaret.

& Eclog. 3.

Munera sunt lauri, & suaue rubens hyacinthus.

& lib. 3. Æneid.

Nereïdum matri & Neptuno Ægæo.

& 10. Æneidos,

Externo commissa duci Æneïa puppis.

Cùm verò apud Græcos, alicuius vocalis, fit elisio: illa omnino deletur, & dictio apostropho notatur, hoc modo, εἰ πᾶσ' ὀρέων. Aratus in imaginibus cœlestibus 127.

Ὡς εἰ πᾶσ' ὀρέων ἐπιμάστιος. —
Sic locuta montes inquirebat.

Interdum verò ante consonantes, poëtæ vocales elidunt. Hesiod. ἔργων 87.

Δίξασθαι πὰρ Ζηνὸς Ὀλυμπίου, ἀλλ' ἀποπέμπειν.
Vt non acciperet à Ioue Olympio, sed remitteret.

Homerus, Iliad. π. 190.

Τὸν μὲν πὰρ πόδ' ἑὸν χαμάδις βάλε, φώνησέν τε.
Hunc quidem ad pedem suum humi iecit, dixitque.

In quibus versibus α in Præpositione παρὰ eliditur ante consonantem.

LATINOS idem facere solitos esse, ante vocales, & cõsonantes, nemo ignorat: talesque hos Virgilij versus esse docet Marius Victorinus. Ex primo libro Æneidos,

Hæc secum: men' incœpto desistere victam? & ex lib. 12.
Ten', inquit, miserande puer, cùm læta veniret.

In

In quibus tamen locis, iam legitur *méne*, & *téne*, perperam, contra venerandam antiquitatem. Persius quoque Satyra 1. ante consonantem, *ten'* pro *téne* dixit:

Ten' cirratorum centum dictata fuisse.

Quod & alij Poëtæ, præsertim antiqui factitarunt.

EST & aliud genus Apostrophi, nõ solum Poëtis Græcis, verum etiã antiquissimis Latinis Ennio, Lucilio, Liuio Andronico, Lucretio, & aliis vsitatum. Quod fit cum initium dictionis, est aliqua vocalis, & finis item dictionis præcedentis, est altera vocalis, vel in Latinis, littera m. Theognis in γνώμαις,

Ἐν δ' δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή 'στι.
In iustitia verò summatim omnis virtus est.

Sophocles. Electra.

Αἰ' γὼ κατ' ἦμαρ, κἀν κατ' ὄρφνην ἀεὶ.
Quas ego diebus singulis, & noctibus semper.

Inde sunt illa quæ passim apud Græcos occurrunt: ὦ 'ναξ, ὦ 'νερ, ὦ 'νθρωπε. pro ὦ ἄναξ, ὦ ἄνερ, ὦ ἄνθρωπε. Lucret. lib. 1.

Quæ quoniam per se nequeunt constare necesse 'st.

& eodem libro.

Nil igitur fieri de nilo posse fatendum 'st.

Terent. in Eunucho.

Sin autẽ falsum, aut vanũ, aut fictum 'st, continuò palam 'st.

Hoc tempore huiusmodi vocales, aut consonans m, in contextu depinguntur, & κῦ σωκλειφῶ, καὶ ἔκθλιψιν, inter scandendum eliduntur. Aliquando verò in fine versus fit apostrophus, dum in principio versus sequentis est aliqua vocalis: vt Iliad. ξ. 265.

Ἦ φῄς, ὡς Τρώεσσιν ἀρηγέμεν εὐρύοπα Ζῆν',
Ὡς Ἡρακλῆϊ πάρος χώσατο παῖδος ἑοῖο;
An dicis, ita Troianis auxiliari latoculum Iouem
Sicut propter Herculem filium suum iratus est?

In aliquibus tamen codicibus legitur,

——— εὐρύοπα Ζῆν',
Ὡς,

vt ν pertineat ad syllabam ὡς non ad ζη, ita vt hoc vocabulum ζῆνα diuidatur. Hoc affectauit Horat. Od. 2. lib. 3. Carm.

Virtus repulsæ nescia sordidæ
Incontaminatis fulget honoribus.

Quo in loco nonnulli, quod minimè Græcam licentiam animaduertant, reponunt, *intaminatis*. Sic Od. 2. lib. 1.

——— *Vagus & sinistra*
Labitur ripa, Ioue non probante, V-
xorius amnis.

Sic apud Dionys. Halicarnasseum, libro de Structura oratio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis, in cantico Veneris, hæc Sapphûs carmina leguntur,

Τὰς ἐμᾶς αὐδᾶς ἀΐοις ἆς πολλακ'
Ἔκλυες.

Si quando meam orationem audiueris, quam sæpe
Audiuisti.

Et apud Dionys. Longinũ, libro περὶ ὕψους, id est, de sublimi genere dicendi, hæc eiusdem Sapphûs carmina leguntur,

Ὀμμάτεσσιν δ' οὐδὲν ὄρημι βομβεῦ-
σιν δ' ἀκοαί μου.

Quod Catullus ita vertit,

Tinniunt aures, gemina teguntur
Lumina, nocte.

Qua etiam ratione Horat. Od. 16. lib. 2. Carminum.

Grosphe non gemmis, neque purpura ve-
nale nec auro.

4 LICENTIA quæ consistit in vocabulis peregrinis, qualia sunt Hebræa, Latina, Celtica, & similia, non Græca, quorum quantitas ad nutum, & arbitrium anceps habetur. Tutius tamen erit in similibus nominibus, regulas Latinorum sequi, quàm interdum ineptè pronunciare. Sic apud Græcos nomina Iuliani, Claudiani, Luciani leguntur penultima correpta: vt 4. lib. Florilegij,

Εὗρεν Ἰουλιανὸς χερσὶν ἀδωροδόκοις.
Inuenit Iulianus manibus incorruptis. & lib. 5.
Τοῦτον Ἰουλιανὸν Τυρίης βλάστημα τιθήνης.
Hunc Iulianum germen Tyriæ nutricis. & lib. 7.
Κλαυδιανὸν Ῥώμη, καὶ βασιλεῖς ἔθεσαν.
Claudianum Romæ, & reges posuerunt.

Lucianus quoque hoc Epigrammate, in suos libros præfatus est,

Λουκιανὸς τάδ' ἔγραψε παλαιάτε μωράτε.
Lucianus hæc scripsit & fatua & stulta.

Romani Poëtæ ad hanc normam, nomina in anus solent interdum corripere: quod ne cui ἄπιστον videatur, subiiciam verba viri doctissimi M. Antonij Mureti. Is enim explicans illud epigramma Catulli (*Firmano saltu non falsò*) ita loquitur. Pro Firmano in nonnullis legitur, Formiano, vtrum verius sit haud facilè dixerim, quin enim *Formianus* quoque penultima breui dici queat, dubitari non oportet.

5 NECESSITATE, quæ oritur ex concursu, vel plurium syllabarum longarum, vel plurium breuium: cùm enim tres vel quatuor syllabæ breues in medio vocabulo occurrunt, licet primam natura sua breuem, producere: vt Πριαμίδης. Homer. Iliad. η.

Πριαμίδης μὲν ἔπειτα μέσον σάκος οὔτασε δουρὶ.

Priami

Priamides quidem postea læsit medium scutum, hasta.

In illo versu Πριαμίδης primam habet longam, ex concursu trium breuium, cùm enim Patronymicum sit, & à nomine Πρίαμος descendat, æqualem cùm suo primitiuo, id est, breuem primam syllabam deberet habere. Hom. Iliad. η.

Δαρδανίδης Πρίαμος Θεόφιν μήστωρ ἀτάλαντος.
Dardanides Priamus Deo consiliarius similis.

Eodem pacto Latini cùm in nomine Priamus, primam corripiãt, tamen in Patronymico Priamides Græco more primam producunt. Virg. 2. Æneid.

Forsitan, & Priami fuerint quæ fata requiras. Horat.
Hectora Priamidem, animosum atque inter Achillem.

Eodem pacto cum in nomine, Italia, prima natura sua corripiatur, Poëtæ nihilominus metri causa, eam producunt. Virg. 1. Æneid.

Italiam fato profugus.

Sic breuis inter duas longas posita producitur, metri causa. Hesiod. ἔργων, 317.

Αἰδὼς τοι πρὸς ἀνολβίῃ, θάρσος δὲ πρὸς ὄλβῳ.
Pudor quidem ad paupertatem, audacia verò ad diuitias.

Quo in versu in vocabulo ἀνολβίῃ penultima producitur, quamquam natura sua breuis sit, eo quòd posita sit inter duas longas. Empedocles apud Laërtium.

Ταινίαις τε περίστεπτος, στέφεσί τε θαλείοις.
Formosis vinctus vittis, roseisque corollis.

In quo versu, vocabuli (ταινίαις) penultima longa est ob eandem rationem.

INTERDVM tertia syllaba producitur cum aliæ subsequũtur breues, vt συβόσια, aut media syllaba inter breues posita extenditur, vt πόλιες. Multæ tamen aliæ apud poëtas reperiuntur, necessitate quadam inductæ licentiæ, quibus vel productæ corripiũtur, vel correptæ extenduntur. vt Il. η. 252.

Διὰ μὲν ἀσπίδος ἦλθε φαεινῆς ὄβριμον ἔγχος.
Clypeum quidem lucidum penetrauit fortis hasta.

Et Callimachus hymno in Apollinem, 53.

Οἵες οὐδ' ἄκυθοι. ——
Oues neque steriles.

Sed ne in similibus licentiis examinandis, te carminum varietas decipiat, tenendæ sunt carminum Heroïcorum affectiones, quæ vitia à nonnullis vocantur: honestius autem ab Eustathio τὰ πάθη μέτρων appellantur. Homerus enim, vt meminit Athenæus lib. 14. & Macrob. lib. 5. Saturnal. c. 14. & Eustathius in Iliad. & Victorinus lib. 2. de ratione carminum. & Scalig. lib. 2. Poëtices cap. 31. in tanta carminum multitudine qua vniuersa Ilias, & Odyssea cõstat, non raro

miſcuit verſus ἀκεφάλους, λαγάρους, μειούρους.

Ἀκέφαλοι dicuntur, qui caput detruncatum & diminutum ſortiuntur: id eſt, qui legitimo pede non fruuntur, vel vt inquit Athenæus, ἀκέφαλοι δέ εἰσιν, οἱ ἐπὶ τῆ ἀρχῆς τὴν χαλότητα ἔχοντες: id eſt, ἀκέφαλοι illi ſunt, qui initio verſus claudicant, vt cùm initio verſus collocatur Tribrachus, aut Iambus, loco legitimorum pedum Spondæi, vel Dactyli. Hos verò duos verſus ἀκεφάλους profert Athenæus, quorum prior eſt ex Homero initio. Iliad. ψ.

Ἐπεὶ δὴ νῆάς τε, καὶ Ἑλλήσποντον ἵκοντο,
Ἐπίτονον τεθνυῖτο βοὸς ἰφικλαμβόιο.
Poſtquam ad naues, & Helleſpontum venerunt,
Lorum impoſitum erat, bouis fortiter occiſi.

In altero horum verſuum, eſt Iambus breuior Spondæo, in altero verò Tribrachus, breuior Dactylo. Ideo Euſtathius verſus ἀκεφάλους appellat βραχυκεφάλους, quod caput breue ſortiantur, cùm à breui ſyllaba initium ducant, quod repugnat legibus Heroïci carminis.

Sic apud Latinos illi ἀκέφαλοι dicuntur, qui initio verſus mutili, & capite minuti apparent, cùm verſus vel ab Anapæſto initium ſumunt. Virg. lib. 1. Georg.

Fluuiorum rex Eridanus.

Vel è Proceleuſmatico. Virg. lib. 11. Æneïdos.

Arietat in portas, & duros obice poſtes.

Μακρογκέφαλοι, his verſibus opponuntur: dicuntur autem ij verſus μακρογκέφαλοι, in quorum capite altera ſyllaba redundat. Fortaſſe huc pertinent illi Iambici trimetri apud Euripidem in Hecuba.

Φεῦ. ὦ μῆτερ ὕπνος οὐ τυραννικῶν δόμων.
Heu! ô mater orta regiis è ſtemmatis.

Et in eadem actu. 5.

Ἔα. Πολυμήστορ ὦ δύστηνε, τίς σ' ἀπώλεσεν.
Hem! Polimeſtor infœlix, quis te perdidit.

Et in Medea, act. 2.

Εἶεν, καὶ δὴ τεθνᾶσι τίς με δέξεται πόλις;
Eſto, perierint quod recipiet me oppidum?

In quibus verſibus ſyllabæ φεῦ, ἔα, εἶεν, abundant in capite verſuum, vt rectè ante me annotauit Antonius Muretus, qui & ſimilem verſum ex Terentio profert.

Λάγαροι ex ſententia Athenæi, illi putantur, qui in medio carmine poſiti, tanquam ſi eſſent læſi claudicant: vel, vt ſubtilius ex quodam Epigrammate Græco Suidas interpretatur, qui ſunt ἀκόκενοι, id eſt, qui non eodem, & pleno ore incedunt: vel vt clarius declarat Euſtathius, qui quandam κοιλότητα, hoc eſt, cauitatem, vel vacuitatem habent, vt ſi Iam

Iambus, Choreus, aut Tribrachus ponantur in medio carmine, loco Spondæi, aut Dactyli: vt Homer. Iliad. ι. 344.

Ἣ ὃ μὲν' ἰάχουσα ἀπὸ ἕο κρέβαλεν υἱόν.
Hæc autem valde clamans ab ſe deiecit filium.

Vbi in quarto loco eſt Tribrachus. Sic Virg. lib. 2. Æneid.

Noſtrorum obruimur, oritúrque miſerrima cædes.

Πεφυκότες his verſibus repugnant, qui ideo ita à Græcis nominantur, quod in medio ſyllabam redundantem habeant, quale eſt illud primum carmen Iliad.

Μῆνιν ἄειδε Θεὰ πηληϊάδεω Ἀχιλῆος.
Iram cane Dea Pelida Achillis.

Μείουροι denique reperiuntur, ſic dicti παρὰ τὸ μειοῦσθαι τὴν ὄρχιν, quod quaſi cauda ſit illis decurtata, cùm Iambus, qui breuior eſt Spondæo, vltimum locum ſibi vendicat. Hinc Ariſtoteles in lib. 3. Rhet. periodos eas quæ breuiori curſu terminantur μειούρους appellat. Athenæus, Terentianus Maurus, Marius Victorinus afferunt hoc exemplum ex Homer. Iliad. μ. 208.

Τρῶες δ' ἐρρίγησαν ὅπως ἴδον ἀϊόλον ὄφιν.

Quod Latinè vertentes alterum carmen item Miurum ſic conficiunt,

Attoniti Troës viſo ſerpente pauitant.

Quidam verò in ea opinione fuerunt, Homerum artis poëticæ patrem geminata litera ὄφφιν ſcripſiſſe, ſicut & ὄσσα, ὄμμιν, ὀπτί, vt cùm Latini producendæ ſyllabæ gratia dicunt, quattuor, rettulit. Verùm vetus Homeri Scholiaſtes, aliter ſentiendum eſſe monet: πέποιθε, ait, ἐπὶ πάλαις ὁ ἀνὴρ, ἔχων τὸ ἐν τῷ δεῖνα βραχείων πυρρίχιον, καὶ καλεῖται μείουρος. id eſt, Afficitur hic verſus circa finem, quoniam habet Pyrrhichium, ex duabus ſyllabis breuibus, & vocatur miurus. Deinde frequentes ſunt eiuſmodi verſus apud Homerum, ſine geminatione conſonantis non in Iliade & Odyſſ. tantum, ſed & in Margite, teſte Victorino. Denique non ſolus Homerus, ſed eum imitati etiã Latini antiqui poëtæ huiuſmodi Miuros, ſeu taliambos frequenter vſurparunt, vt Liuius Andronicus in hymno Dianæ, cuius verſus recitant Terentianus, & Victorinus,

Sed iam purpureo ſuras include cothurno,
Baltheus, & reuocet volucres in pectore ſinus,
Preſſáq; iam grauida crepitent tibi terga pharetra.
Dirige odoriſequos, ad certa cubilia canes.

Sic Virg. 2. Æneid.

Quamquam animus meminiſſe horret, luctuq; refugit.

Quo in loco nõ eſt aſſentiendum Seruio, qui putat verbum *refugit*, eſſe temporis præteriti. Multos alios Miuros ex

Lucre

Universidad de Deusto Biblioteca

Lucretio,& aliis annotauit Obertus Gifanius Buranus.

Μακροσκελὴς dicitur, quod in eo vltima syllaba abundet, quasi altero crure sit longior. Tales videntur esse Dactylici versus,qui apud Homerum,Hesiodum,& alios poëtas Grecos sunt frequentes. Virgilio autem, & Latinis Poëtis nequaquam sunt inusitati, cùm scilicet in sexto pede dactylus collocatur. Hom. Odyss. ι. 212.

Τοῦ φέρον ἐμπλήσας ἀσκὸν μέγαν, ἐν δὲ καὶ ἤϊα
Κωρύκῳ.

Huius ferebam impletum vtrem magnũ viatica autem
In pera.

Virgil. 3. Georg.

Et spumas miscent argenti, viuaq; sulphura.

Ennius:

At tuba terribilem sonitum procul excitat horrida.

Sed hæc satis. Familiaris enim lectio Poëtarum tibi reliqua subministrabit.

De cremento & quantitatis variatione in inflexionibus nominum, & participiorum.

Anceps in recto eandem habet quantitatem in obliquis.

QVANTA est anceps vltima in recto singulari nominum & participiorum imparium, tanta ferè manet in obliquis, cùm cremento fit penultima,vt in δορκάς δορκάδος δορκάδι δορκάδα, α vbique corripitur: rursus in πᾶν πανὸς πανὶ πᾶνα, vbique producitur. Excipiuntur finita in υρ, vt μάρτυρ, πῦρ,& ἅλς, quæ licet producãtur in rectis, corripiũtur tamẽ in obliquis, μάρτυρος, πυρὸς, ἁλός.

Exceptio.

Finita in duplici præcedente ancipite.

ADVERTENDVM est nomina finita in duplicem præcedente ancipiti, cùm eam in recto natura breuem,sed positione longam habeant,in obliquis natura breuem retinere:vt αὖλαξ, σκύλαξ, κίλιξ, κάλυξ, ἄραψ, κατῆλιψ, χάλυψ. αὔλακος, σκύλακος, κίλικος, κάλυκος, ἄραβος, κατήλιφος, χάλυβος. Demptis disyllabis masculinis in αξ, penultima producta,quę & in recto & in obliquis α natura longum habent:vt θώραξ,& reliquis superiori capite indicatis. Quibus adiicienda nunc veniunt ῥὰξ, γὺψ, γρὺψ, ἴψ, ῥὶψ, ancipitem in obliquis natura producentia, in rectis positione. λαίλαψ verò in recto

recto acuta priori constanter scriptum reperio. quo indicatur posteriorem natura produci, quæ tamen in obliquis corripitur, λαίλαπι μαστίζων,&c. Quæ verò in ιξ, & υξ desinunt,recti penultimam producentia, ι finale habent in recto natura breue,tametsi positione longum: at in obliquis natura productum. vt φοῖνιξ, φοίνικος. τέττιξ, τέττιγος. κῆρυξ, κήρυκος. κόκκυξ, κόκκυγος. Demptis fœmininis finitis in ιξ,& aliis in λιξ, & compositis in υξ, quæ ancipitem in obliquis sicut in recto, natura breuem conseruant, vt κύλιξ κύλικος, ἥλιξ ἥλικος, σύζυξ σύζυγος.

Oxytona disyllaba fœmin. in ις per δ penult. recti producunt.

AD hæc oxytona disyllaba fœminina finita in ις, declinata per δ, quæ penultimam recti habent productam, dummodo diminutiũa non sint,nec propria; cùm in recto ι corripiãt,in obliquis plerumq; producunt. vt ἡ κνημὶς, κληὶς, βαλβὶς, τῆς κνημῖδος, κληΐδος, βαλβῖδος. Trisyllaba tamen ι breue conseruant,qualiscumque sit penultima recti. vt αὐλητρὶς, αὐλητρίδος. στρατηγὶς, στρατηγίδος. Nisi quòd ea quæ penultimam simul & antepenultimam habent correptas, ι ipsum producunt. vt βατραχὶς, πλοκαμὶς, βατραχῖδος, πλοκαμῖδος.

Trisyllaba ι breue reseruant.

Genitiuus in θος penultimam in obliquis habet longam.

PORRÒ genitiuus desinens in θος, penultimam in obliquis habet longam: vt μέρμιθος, ὄρνιθος, ἀγλῦθος, κώμυθος, excepto κόρυθος, correpto in obliquis sicut & in recto.

Nomina in υς, υ in obliquis corripiunt.

NOMINA quælibet finita in υς, siue longum habeant υ in recto,siue breue, in obliquis correptum tenent. vt ἰχθὺς, ἰχθύος. ὀφρὺς, ὀφρύος. μῦς, μυός. δρῦς, δρυός. πηλαμὺς, πηλαμύδος. Exceptis dicatalectis, quæ longum conseruant υ. vt ὁ φόρκυς, τοῦ φόρκυνος, vel φόρκυος. Homer. Οδ. α, φόρκυνος θυγάτηρ. Hesiod. κητὼ ὁπλότατον φόρκυ φιλότητι μιγεῖσα. Cùm verò declinatur τοῦ φόρκυος, correptum ex aliorum proportione,sicut βότρυος,&c.

Exceptio.

DATI

Datiuus pluralis in penult. similis singulari.

DATIVVS pluralis æqualem penultimam vult habere cum singulari. Ideoque πᾶσι, Αἴασιν, & similia, eam productam retinēt, sicut πάντι, Αἴαντι. Cæterùm α metaplasmi breue est: vt ἄστρασιν, ἔγκασιν. Item cùm in quibusdam interponitur, ἀνδράσι, πατράσι, μητράσι, θυγατράσι.

Obliquus par dialecto factus impar producit penultimam.

CVM par obliquus impar dialecto efficitur, penultimam producit: vt Ἀγχίσης, Ἀγχίσε καὶ Ἀγχίαο. ἀίδης, ἀίδε καὶ ἀίδαο. Item τῆς μεσῶν καὶ μεσάων. τῷ λόγε καὶ λόγοιο, τοῖν λόγοιν καὶ λογοῖιν, τοῖς λόγοις καὶ λόγοισι. τοῖς Αἰνείασι, τῷ μέσασι καὶ μέσῳσι. Πηλεΐάδεω verò & similia, etsi penultimam corripiunt, synizesi tamen producuntur. Idem contingit, in imparibus. nam κεράατος & τεράατος prius α habent productum. κέρας verò & τέρας breue.

Participia imparia incõtracta penultimã habent longam.

PARTICIPIA imparia incontracta positione sola suas vocales simplices inflectendo producũt. Ideoq; circumflecti nolunt: vt τύψαντος, ἰσάντος, τύπτοντος, τυφθέντος. Sunt quæ natura correptas habent, vt τετυφότος. Penultimam verò eiusdem ferè quantitatis seruant cum suis temporibus.

Penultimæ eiusdem quãtitatis cum suis temporibus.

Participia Ionica.

PARTICIPIA Ionica à præteritis in α purũ, penultimam corripiunt sicut sua præterita, vt ab ἔσαα ἐσαώς. à δέδια δεδιώς. à μέμαα μεμαώς.

Latina nomina Latinorum regulis subiecta.

LATINA nomina Latini crementi regulis subiicere consentaneum est, quæ magna ex parte Græcas æmulantur. Nonnus, Καίσαρι Τιβερίῳ.

SYLLABAE Nominum antepenultimæ & penultimæ immotæ, item vltimæ mobiles, per regulas peculiares de quantitate ancipitum secundùm situm veniunt explorandę. vt in πυγμις, πυ longa est, γμ breuis, μις similiter breuis, vt inferius in υ ante ρ, & α ante μ, & ις terminali apparebit. Item in πυγμίδας, vltima breuis: nam ας terminalis corripitur. Quæ verò ob crementum fiunt penultimę ex vltimis, in obliquis Nominum imparium, seorsum tanquã mobiles & variæ nunc explicabuntur. vtputa in πυγμίδος, πυγμιδοῖ, πυγμίδα, μι syllaba dicitur habere Crementum: tametsi crescens supra rectum, vltima est. Quoniam igitur sæpe acci

accidit, vt ea syllaba non sit in obliquis eiusdem quantitatis cum recto: necesse est eam varietatem distinguere. Illud autem hîc recolendum quod supra monuimus, quandoque ancipitem breuem ob alias vicinas breues, siue alioqui longas produci. Id enim nõ rarò accidit in obliquis nominum. Musæus, γείτονές εἰσι πόλιες. Item, σησιάδος ἀπὸ πόλιος. Hîc in πόλιος, & illic in πόλιες, ι aliàs breuè longum efficitur, nisi scribendum sit πόληες & πόληος per η, secundùm Ionas.

Notio. Anceps propter vicinas breues correpta.

ITEM Οδυσ. β, ἀμφικτιόνων πίλασσεν. Hîc quoque ι aliàs breue, producitur. Dionys. μυσί τε βορειοτέροις ῥηϊκῶν. Et rursum, αὐτοί τε ῥηϊκῆς ἀπείρονα γεῖαν ἔχοντες. vtrobique ι in obliquis producitur, cùm aliàs apud eundem non semel corripiatur in eadem dictione, & in ῥηϊκιος. Item in Epigram. ῥηϊκῆς ἀνείτω τις, &c. Sic apud Nicandrum penultimę in genitiuis νηδύων, κραμμύων, μελανθίω, occasione ambientium longarum producuntur. Idipsum in penultimis participiorum non rarò accidit. Nam α quod in μεμαὼς μεμαῶτες breue est, in μεμαότες per ο, prætextu breuium producitur apud Homerum. Aduertendum autem poëtas etiam alibi crementi syllabis abuti: nam Homerus vbi Ιλ. β, scribit, κήρυκες κήρυκι διὸς ἄγγελοι, υ, producit: alibi corripit, κήρυκι ἐπιὰδὴ. Idem illic, βεβρύκων βασιλῆος, βρυ, facit longum: alibi, ἐδ' ἄρα βέβρυκες ἄνδρες ἀκήδεστοι βασιλῆος, breue. Iidem in nominibus desinentibus in ις, præcedentibus duabus breuibus, interponere solent η, vt in obliquis possit remanere ι breue, vt παγασῆς, πολεμῆς, παγασηΐδος, ποτιμηΐδος.

Poëtæ crementi syllabis abutuntur.

NOMINVM quoque & Participiorum crementa licet clarius ex familiari poëtarum lectione percipiãtur: Horum tamen (primum breuium, deinde & longarum syllabarum) regulas contexit Baillius: Breuium verò his verbis.

Baillius de Nominum & Participiorum cremento.

SI Ancipites α, ι, υ, in vltima recti corripiantur; eædem quoque in obliquis penultimam corripiunt: vt λαμπὰς, λαμπάδος, λαμπάδι, λαμπάδα: Ολυμπὶας, Ολυμπιάδος, Ολυμπιάδι: ἀσπὶς, ἀσπίδος: ῥαδάμανθυς, ῥαδαμάνθυος. Solon,

Crementa correpta.

Ἄλλ' Ολυμπιάδων μουσέων πάρα δῶρα διδαχθείς.
Alius Olympiadum musarum munera doctus.

Tyrtæus de fortitudine bellica:

Πολλὰ μὲν στερνόιο, καὶ ἀσπίδος ὁμφαλόεσσης.
Multa per pectus, & scutum rotundum vulneribus.

Theognis versu 701.

Οὐδ' εἰ σωφρονέοιμι μὲν ἔγχος, Ῥαδαμάνθυος αὐτῶ.
Neque si iustitiam quidem habeas Rhadamanthi ipsius.

2. NOMINA quorum vltima syllaba in ξ aut ψ terminatur, si præcedat aliqua ancipitum natura breuis, obliquorum penultimam corripiunt; quamquam in recto propter posi

positionem eandem longam sortirentur: vt κύλιξ κύλικος, χάλυψ χάλυβος. Polemon apud Athenæum lib. 15.

Καὶ κυλίκων ἔριδας ἀμφλύσπε, καὶ κακὰ θέσθε.
Et calicum contentiones dissoluite, & deponite.

Callimachus in hoc pentametro,

Ζεῦ πάτερ ὡς χαλύβων πᾶν ἀπόλοιο γένος.

Quod ita ad verbum Catullus conuertit,

Iuppiter vt Chalibum omne genus pereat.

Masculina in αξ. Hæc regula præcipuè locum habet in nominibus fœminis. Ideo hinc sunt excipienda nomina masculina in αξ: vt θώραξ, θώρακος. Tyrtæus περὶ τῆς πολεμικῆς ἀρετῆς, id est, de bellica virtute, hoc versu pentametro,

Καὶ διὰ θώρηκος στέρνων ἐληλαμένος.
Et per thoracem ab interiore parte sauciatus.

Et monosyllaba, & masculina in υξ & ιξ. Excipe etiam hæc monosyllaba, ῥάξ, κρὺψ, γὺψ, ῥῖψ, ἴψ, & nomina quædam masculina in υξ non composita: vt κῆυξ, κήκυξ. Nicander Theriac. vers. 853.

Ἢ αὐτὰς κήκυγας ἐλαφρὰς.
Vel ipsos grossos Caprifici arboris.

Excipe etiam nomina masculina in ιξ: vt φοῖνιξ. Homer. Iliad. η. vers. 305.

Αἴας ζωστῆρα δέδε φοίνικι φαεινόν.
Aiax autem balteum dedit puniceo colore splendidum.

In deriuatione tamen hoc vocabulum φοινικήεις est breue, vt superius monui. Hesiod. in Clypeo Herculis, vers. 194.

Αἵματι φοινικήεις, ὡσεὶ ζωὰς ἐναλίζων.
Sanguine rubens, tanquam viuos spolians.

Interdum verò longum: vt apud Homer. Odyss. λ. 123.

Οὐδ' ἄρα τοί γ' ἴασι νέας φοινικοπαρήους.
Neque sanè hi sciunt naues proras rubeas habentes.

Nomina in λιξ. Nomina verò quæ exeunt in λιξ penultimam corripiunt: vt κύλιξ κύλικος, de quo paulò ante diximus. At λαίλαξ licet in recto α natura longum habeat, illud tamen in obliquis corripit: Hom. Odyss. μ. 400.

Καὶ τότ' ἔπειτ' ἄνεμος μὲν ἐπαύσατο λαίλαπι θῆαν.
Tum verò ventus quidem cessauit turbine sauiens.

Poëtæ tamẽ licentia à superioribus regulis interdum discedunt. Homer. nunc producit, nunc corripit υ in nomine κῆρυξ: vt Iliad. γ. 268.

Ἂν δ' Ὀδυσεὺς πολύμητις, ἅπὰρ κήρυκες ἀγωσὶ.
Simul & Vlysses fraudulentus, sed præcones egregij.

& versu 273.

Κήρυκες Τρώων, καὶ Ἀχαιῶν.
Præcones Troum, & Achæorum.

Corripit tamen aliquando, vt in illo versu κύρυκι ἠπύοντι.

3 NOMI

3 NOMINA propria, diminutiua, & polysyllaba declinata per δος ancipitem breuem obtinent: vt κύπρις κύπριδος, κρῖνις κρινίδος, παιγνὶς παιγνίδος. Phocyl. in Sent.

Σεμνὸς ἔρως ἀρετῆς, ὁ δὲ κύπριδος αἶσχος ὀφέλλει.
Virtutis amor honestus est, sed Veneris auget dedecus.

Moschus in epitaphio Bionis.

Πηγασίδος κρήνας· ὁ δ' ἔπιν πόμα ταῖς Ἀρεθούσαις.
De fonte Pegaseo: alter verò tenebat poculum de Arethusa.

Quod verò attinet ad polysyllaba, si ea penultimam & antepenultimam corriperent, tunc producunt: vt πλοκαμὶς πλοκαμίδος. Phocyl. in Sent.

Μὴ μὲ ἐπ' ἄρσενι παιδὶ τρέφειν κάιτλω πλοκαμῖδας.
Ne in masculo puero nutrias cæsariem obtortam.

4 NOMINA quælibet in υς, siue υ longum sit, siue breue, terminata: υ quod est in penultima obliquorum syllaba, corripiunt: vt μῦς μυὸς: δάκρυ δάκρυος, Ἑλλὰς ἑλλάδος. Homerus in Batrach. 6.

Πῶς μύες ἐν βατράχοισιν ἀρηϊδύοντες ἔβησαν.
Quomodo mures in ranas egregiè pugnantes iuerunt.

& Iliad. ι.

Πρόχνυ καθεζομένη· δεύονται δ' δάκρυσι κόλποι.
Nexis genibus manens: rigabantur autem lachrymis sinus.

Moschus Eidyl. 2.

Ἦ πινὰ κηρῶν, ἢ Ἐρινύος ἀνὰ βέλεμνα.
Vel alicuius Parcæ, aut furiæ duris telis.

Excipe ab hac regula, ea quæ duplicem terminationem sequuntur: illa enim possunt esse nunc breuia, nunc longa: vt φόρκυς φόρκυος. Homerus. Odyss. μ. *Exceptio.*

Φόρκυος δ' ἔστι λιμὴν ἁλίοιο γέροντος.
Phorcynis autem quidam est portus marini senis.

Φόρκυς φόρκυος penultimam semper obtinet breuẽ. Quamuis in nominandi casu υς longum sit: Homer. Iliad. β.

Φόρκυς αὖ Φρύγας ἦγε ——

Ratio autem hæc est, quia sequitur analogiam eorum quæ υος sortiuntur in Genitiuo & corripiuntur.

5 SI Datiuus singularis penultimam corripiat, eam quoque corripit Datiuus pluralis, si à singulari formetur: vt φρεσὶ φρεσὶ, χρήμασι χρήμασι. Hom. Iliad. α. 55.

Τῷ γὰρ ἐπὶ φρεσὶ θῆκεν θεὰ λευκώλενος ἥρη.
Huic enim in mentibus posuit dea albas vlnas habens

Solon in hoc pentametro, (*Iuno.*

Ἀστοὶ βούλονται κατὰ χρήμασι πᾶσθαι ὁμοῖως.
Ciues volunt (subuertere) pecuniis dediti.

Excipe ea nomina quæ positione producuntur, vt ἄρπαξ, ἅρπυια. *Exceptio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

6 A, QVOD per Metaplasmum interponitur Datiuis declinationum parisyllabicarum, breue censetur: vt ἄστρασι pro ἄστροις, ἔγκασι pro ἐγκάτοις. Homerus. Iliad. λ.

Μηχθήμεναι ἔγκασι φωτὸς.
Mixtum esse visceribus hominis.

Vbi ponitur ἔγκασι pro ἐγκάτοις. Et Iliad. μ.

— ἀελίζηλοι ἧ οἱ αὐγαὶ
Φαίνονται πολλοῖσι μετ' ἄστρασι νυκτὸς ἀμολγῷ.
Lucidi verò eius radij
Apparent noctis medio inter multa astra.

Quod etiam verum elucet in omnibus Datiuis pluralibus quintæ declinationis, in quibus inseritur α: vt ἰωδράσι, πτεράσι. Apollon. lib. 4. Arg. vers. 463.

Εἰκὲ δόλον ξείνοισιν ἐπ' ἰωδράσι τεχνήσαιτο.
Si vtique dolum hospitum causa parauerit.

ι Ionicum additum datiuis in σ semper breue.

7 I, QVOD ab Atticis, Ionibus & Æolibus, Datiuis omnibus in σ desinentibus additur, breue semper est. Hom. Od. λ.

Αὐτὰρ ἐπὶ μνηστῆρας ὀϊ μεγάροισι τοῖσι.
At verò post quam procos domi tuæ.

Crementa lõga. LONGARVM deinde hæc tradit præcepta: Nomina (inquit) primæ & secundæ declinationis quæ per Dialectos incrementum suscipiunt litteræ α, illam producunt: Homer. Odyss. ε. 78.

Ἠγνόησαν ἰδ' ὅσαι Καλυψὼ δῖα θεάων.
Ignorauit, conspicata Calypso Diua Dearum.

SIC Genit. Æolici α in singulari producũt. Hom. Il. ι. 308.

Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν.
Inimicus enim mihi ille æquè ac inferni portæ.

Tamen poëtæ per Systolen interdum illud α corripiunt: Dionys. de Situ orbis,

Ἀλλ' ἤτοι πυλάων μὲν ὑπαὶ πόδα κραπιάων.

2 SI Anceps sit longa in vltima syllaba nominatiui, producetur quoque in penultima obliquorum, in nominibus Quintæ declinationis: vt πᾶν, πανός, πανί. Moschus in Epitaphio Bionis:

Παιὶ φέρω τὸ μέλισμα, τάχ' οὐ κἀκεῖνος ἐρεῖσαι
Τὸ σόριμα δειμαίνοι.
Pani fero fistulam tuam, fortasse & ille affigere
Ori verebitur.

Exceptio. Hinc tamen excipiuntur terminata in υς: vt μάρτυς, πῦς: & ἅλς: quæ licet in recto producantur, in obliquis tamen corripiuntur. Pallad. lib. 1. Anthologiæ.

Μάρτυρα Πυθαγόραν τ' σοφὸν αὐτὸν ἔχω.
Testem Pythagoram Philosophum ipsum habeo.

Appolinarius in Psal. 17.

Ἄνθρακες ὀρνυμένοιο πυρὸς, μίγνυντο χαλάζῃ.
Carbones concitati ignis, miscebantur grandini.

Leonides in epigrammatis Græcis:

Αὐτάρκης ὁ πρέσβυς ἔχῃ ἅλα, καὶ δύο κόλλυρα.
Contentus senex habere salem, & duos panes hordeaceos.

3 GENITIVVS in ος habet penultimam longam, quod & in reliquis obliquis seruatur: vt ὄρνις ὄρνιθος. Phocyl.

Μηδέ τις ὄρνιθας καλιῆς ἅμα πάντας ἑλέσθω.
Neque aliquis ex nido simul omnes aues auferat.

Excipe κῆρυς κήρυκος, quia vt in Nominatiuo, sic & in reliquis casibus υ corripitur. Homerus Iliad. φ.

Γυμνὸν, ἄτερ κόρυθός τε, καὶ ἀσπίδος· οὐδ' ἔχεν ἔγχος.
Nudum, sine galea, sine clypeo: neque habebat hastam.

Poëtæ verò interdum vtũtur Systole, & υ corripiũt, Phocyl.

Ὄρνισι μὴ πολλῷ παχύτητ' ἀλκυόντε λέκοι.

4 SI Datiui singularis penultima sit longa, vt πανὶ, πᾶσι. Odyss. α. 71.

Πᾶσιν Κυκλώπεσσι· Θόωσα δέ μιν τέκε νύμφη.
Inter omnes Cyclopas. Thoosa autem nympha eum genuit.

Eodem pacto si penultima Datiui singularis sit breuis, eadem & in Datiuo plurali erit breuis, vt superius monui: quę regula vera est semper, exceptis nominibus in ρ desinentibus, in quibus litera ρ non abiicitur in Datiuo plurali, sicut in Datiuis aliorum nominum reiiciuntur litteræ δ, θ, ν, τ, vt rectè docet Clenardus. Exemplum erit: ῥήτωρ, ῥήτορος, ῥήτορι, ῥήτορα: ῥήτορε, ῥήτορ ῶ, ῥήτορες, ῥητόρων. *Exceptio.*

5 PRIVS α, quod inseritur quibusdam nominibus imparibus, producitur: vt κεράτος, τεράτος, licet κέραλλα, τέραλλα corripiantur.

De Cremento & variatione penultimæ in verbis.

QVANTA est penultima anceps in themate verborum, tanta est manens in parataticis: vt κείνω ἔκεινον, vtrobique ι producto.

AD hæc tanta solet esse anceps in temporibus aliunde formatis, quanta erat in illis vnde formata sunt. vt κεινῶ, κέκεικα, κέκειμαι, correpto ι. contrà ἔκεινα, κεῖναι, ὁ κείνας, eodem producto, præter subiectis regulis contenta.

FVTVRA quintæ coniugationis penultimam semper corripiunt. vt κείνω, κεινῶ. μολυίω, μολυῶ. φάλλω, φαλῶ. αἴρω, ἀρῶ. Futura à verbis Barytonis in *Futura 5. conug. penul. corrip.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ιω & υω, plerumque penultimam producunt, licet themata varient. vt μιλιόω, κυλίω, λύω. μιλιόσω, κυλίσω, λύσω. Item à finitis in αω præcedente vocali aut ρ, vt ἐάω, ἐάσω. φυράω, φυράσω. Futurum à themate habente in penultima ancipitem longam positione ζ vel σ, siue ω, sublata positione breuem ferè retinet ancipitem. vt ἁρπάζω, ἁρπάσω. νομίζω, νομίσω. κλύζω, κλύσω. πλάτω vel πλάσω, πλάσω.

AORIST. primus in verbis Quintæ coniugationis penultimam producit semper: in aliis variat: quamquam vt plurimum futurum sequitur. Aorist. secundus supra duas syllabas à themate Barytono penultimam corripit. vt ἔτυπον, ἔλιπον, ἔλαβον. nisi quòd positione producitur in quibusdam ortis à themate habente consonantem mutam immutabilem suppositam. vt ἥμαρτον, ἔπαρθον, ἔδαρκον, ab ἁμαρτέω, πέρθω, δέρκω. Translata autem positione per metathesin, ad naturam suam rediens corripitur, vt ἔφραθον, ἔδρακον.

Præteritum penult. seruãs futuri eiusdẽ quãtitatem seruat.

PARACIMENOS communis seruans ancipitem penultimam futuri, eiusdem quantitatis eam retinet, vt κεκνῶ, κέκμηκα. Notanda verba finita in υπλω, quæ ancipitẽ in paracimeno natura longam habent, vt κύπλω, κέκυφα: quam tamen in themate natura breuem esse volunt, qui præcipiunt verba quæcunque in πλω desinentia ancipitem præcedentem habere breuem: vt βλάπλω, τύπλω. exceptis ῥίπλω & πίπλω. Quoties autem desinens in κα, abiicit Ionicè κ, penultimam corripit: vt à βέβηκα, βέβαα, ab ἕσηκα ἕσαα, à δέδοικα δέδια, à πέφυκα πέφυα. Porrò cùm Attico more duas litteras primas thematis initio recipit, penultimã simul corripere solet. vt ἀλείφω ἀλήλιφα, ἐλάθω, ἐλήλυθα, ὀρύττω, ὀρώρυχα.

Exceptio.

Aoristi Imperat. in θι, & Infin. in ναι penult. producunt.

AORISTI imperatiuorum finiti in θι, & Infinitiuorum in ναι, penultimam producunt. vt πῆθι, κεῖναι, λεῶναι. similiter δῦθι, κλῦθι, qui facti sunt per meta

metaplasmum à δύε, κλύε. τέτλαθι tamen, τέθναθι, δείδιθι, κέκλυθι, ὄρνιθι, & ὄϊθι eandem corripiunt, quę à quibusdam præterita perfecta putantur. Item à verbis εἰς μι infinitiua in αναι & ωαι, penult. corripiunt: vt ἱσάναι, τεθνάναι, ζώγνυαι, sicuti etiam τιθέναι & διδόναι. Item Aoristi imperatiuorum in θι, in formationibus notati, ἔθι, θέτι, δόθι.

ANCEPS α crescens in verbis natura corripitur. vt in ἐτυψάμην, τετύφαμμαι, τυψάτω, alicubi tamen positione producitur, vt in τύψαθαι, alicubi etiam natura, videlicet in tertiis personis pluralibus finitis in ασι, τετύφασι.

α anceps crescẽs in verbis corripitur.

Α ΙΩΝΙΚΩΣ additum in tertiis personis pluralibus paracimeni & hypersyntelici passiuorum corripitur, τετύφαται, δεδέλαται, ἐτετύφατο: & in Optatiuo, τυπτοίατο. in Præsentibus tamen verborum in μι, producitur, τιθέασι, διδόασιν, ἱστᾶσι, ζώγνυασι. quia omnis verbi desinentia in σι, producit penultimam.

α Ionicè additũ perfect. 3. perso. pass. corrip.

IN personis autem desinentibus in α, quoties alterum α contiguum interponitur, eiusdem est quantitatis cum syllaba præcedenti. vt in μαμάα, μνημοσυνάα, α penultimum producitur. Contra in βρόα, μεμάα, μηχανάαται corripitur. his adiiciantur Ionica illa, ἐσάωσε, pro ἔσωσε, σάω pro σῶζω, & similia α corripientia.

A ante α in personis in α desinentibus.

IN verbis in μι, penultima vocalis thematis actiui longa est, & longa durat vsque ad tertiam personam singularem thematis & paratatici & aoristi: vt ζώγνυμι, ζώγνυς, ζώγνυσι, ἐζώγνυον, ἐζώγνυς, ἐζώγνυ: ἔδυω, ἔδυς, ἔδυ. In personis verò dualibus & pluralibus & in infinitiuis inde formatis breuis fit, ἵσταον, ἵσαμεν. ζώγνυον, ἐζώγνυμεν. sic ἱστάναι, ζωγνύναι, infinitiua, quòd inde formentur. item φάναι à φημὶ: nam à φάνω, φᾶναι producitur. Cæterùm in aorist. 2. vel si mauis parataticos vocare,

Penult. vocalis thematis actiui verbi in μι longa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

verborum disyllaborum in μι, longum perpetuò reperitur υ, vt Ιλ. ζ, & κ, ἐδύτην. & Οδυσ. ω, ἔδυτε. Præterea in horum quoque præteritis actiuis penultima producitur, idque opinor perpetuò in omnibus personis: quandoquidem id tempus peculiare non est verborum in μι, ἔσακα, ἐσάκας, &c. Postremò præsentis, præteriti, & aoristi primi passiuorum, deinde etiam aorist. mediorum penultima in tribus primis Coniugationibus ferè corripitur.* Quin & syllaba eadem in reliquis ab his formatis durat breuis: vt in ἵσαμαι, ἰσάμην. ἔσαμαι, ἐσάμην. ἐσάθην, σαθῶμαι, σαθείην.

** Sed hæc cum licentia poëtica fiant notãda potius quàm imitanda sunt.*

Crementvm in verbis computandum est ab ea syllaba quæ secundam personam singularem præsentis indicatiui actiui exæquat. Hîc autem penultimam post thema cremento coniunximus, quòd sæpe ea in aliis temporibus variatur. Itaque υ penultima huius thematis μηλώω inuestiganda erit in regulis capitis de penultimis. aliorum verò verò temporum, scilicet μηλωῶ, ἐμήλωα, & respondentium in reliquis modis, assumenda iuxta ea quæ in hoc capite, & quæ in formationibus libro secundo dicta sunt. Notandum verò sæpe accidere, vt penultima in futuro Barytono æqualis sit quantitatis cum præsenti, quandoque vt maioris, nunquam tamen vt minoris. Futurum ad hæc fundamentum esse quantitatis penultimæ in verbis, sicuti etiam formationis. Siquidem eius quantitas ferè seruatur in paracimenis & hypersyntelicis actiuis & passiuis, & in Aorist. passiuo. vt κεράω thema ᾱ habet longum, κερῶ breue. vnde κέκερμαι quoque breue, & ἐκεκέρκειν. Item κέκερμαι, ἐκεκέρμην, ἐκερθείην. Et in cæteris modis κερθῶ, κεκερκέναι, κερθῆναι. Notantur verba quædam habentia in themate quidem penultimam mediam, in aliis verò temporibus subinde variantia. vt λύω, ῥύω, in quorum futuris λύσω, ῥύσω, υ producitur: in præteritis verò actiuis & passiuis corripitur. λέλυκα, τέθυκα. λέλυμαι, τέθυμμαι. at in verbalibus fit indifferens, λύμη, θύμη. Item in paratatico λῦτο longa est penultima. sed in aorist. β, λύβη breuis. Nihil igitur mirum, si regulæ certæ exactæque non tradantur, in re ampla & incerta. Attendenda verò hîc syllaba præcedens & vltima, quarum nonnunquam rationem habent poëtæ, sicuti suo loco notabitur, vbi de verbis finitis in νω agetur, in cap. de quantitate penultimæ υ ante vocalem. Id autem non solùm in his, sed in verbis quoque in ζω & ξω

Notio.

& in ω præcedente qualibet ancipiti, verum comperietur. vt in κρήνισαν, κῦσε, ἀμοργίσας, ἀκροθίσας, quæ producta penultima quandoque legimus. Itidem ἐπάσατο & ἐρύσσθω antepenultima producta. Quamquam horum aliqua aliis rationibus excusantur. nempe quòd quædam à thematis indifferentibus veniant, aut certè à temporibus non sequẽtibus suorum thematum quantitatem: alia quòd duplici σσ scribi oporteat. siquidem vocalem aoristorum breuem ante σ, sic extendunt poëtæ: vt in ἐτέλεσσα, ἐγέλασσα, & aliis. Præterea in aliis temporibus ob variam significationem quantitas variatur. Sic ab Homerico πάσασθαι prima longa vsurpatur, ἀνὰ δ' ἔκτησαθαι, id est, *possidere*: & eadem breui, ἀνὰ δ' ἔγευσαθαι, pro *gustare*.

Hvivs Crementi præcepta sic disponit Baillivs. *Crementa verborum breuia.*

Si vocalis (inquit) anceps α, ι, υ, sit breuis in penultima præsentis, eadem & breuis erit in imperfecto: vt ἀοιδάων λῶβαιον. Hom. Iliad. α. 179.

Ἀλλ' οὐκ Ἀτρεΐδῃ Ἀγαμέμνονι ἤνδανε θυμῷ.
Sed non Atrida Agamemnoni placuit animo.

Praeteriti penultima corripitur, si penultima futuri corripiatur, nisi positio impediat: vt φαίνω, φανῶ, πέφαγκα.

3 A, quod inseritur, & in præterito, & in Aoristo priori, breue censetur: vt τετύφθην, τετύφθω: ἔπυψα, ἐτύψαμεν: producuntur tamen tertiæ personæ in ασι: vt τετύφασι, βεβάασι. Homerus. Iliad. ε. 134.

Ἐννέα δὴ βεβάασι Διὸς μεγάλου ἐνιαυτοί.
Nouem iam præterierunt Iouis magni anni.

4 Aoristi primi penultima verborum in ζω, πω, & σω, sæpius correpta reperitur. Hesiod. ἔργων, 86.

Ἐφράσατ', ὡς οἱ εἶπε παρεμφρὼν μήποτε δῶρον.
Cogitauit, vt illi præcipisset Prometheus, ne quãdo donum (caperet.) & 597.

Μέτρῳ δ' ὑγρομίσασθαι ἐν ἀγγέσιν.
Mensura verò diligenter recondito in vasis.

Tyrtæus de bellica fortitudine:

Καὶ τὶς ὀπιθόπονων ὕστατ' ἀκοντισάτω.
Et aliquis moriens vltimo iaculum emittat.

Dixi sæpius penultimam corripi Aoristorum: nam quædam verba in σσω, πω, ζω, habent penultimam positione longam in aoristo priore: vt ὀρύσσω, ὄρυξα, ὤρυξα: φέπω, φέξω: παίζω παίξω. Quædam etiam, Aoristorum penultimam natura longam habent: vt κοιμίζω, ἐκοίμισα. Hom. Odyss. μ.

Ἦ μ' ἐπὶ κακὸν εἰς ἄτλητον κοιμίσατε νηλεῖ ὕπνῳ.
Profecto me malum in detrimentum sopiuistis sæuo somno.

Notio.

Quod cum vidisset Guillonius, existimauit penultimam

Aoristi prioris verborum in ζω, semper esse longam, cui tamen familiaris lectio poëtarum aduersatur, quinimo solent poëtæ eandem syllabam producere, geminata litera σ. Hom. Iliad. β. 183.

Βῆ ῥ' ἰέναι, κὰτ' ἄρ' ἥλατο βάλε, τὴν δ' ἐκόμισσε.
Iuit autẽ currendo, pallam autem proiecit, illam enim tulit.

Solon,

Θεσμοῖς τοῖς δὲ τύχῃσι ἁρμόσω, καὶ κῦδος ὁπάσσω.
Vt legibus his, prosperum successum, & gloriam largiatur.

5 Aoristi secundi penultima semper breuis est natura sua: vt ἔκλυον, ἔλιπον, ἤλυθον. Hom. Odyss. μ. 1.

Αὐτὰρ ἐπεὶ ποταμοῖο λίπεν ῥόον Ὠκεανοῖο.
Caterum postquam fluuij reliquit fluentum Oceani.

Solon,

Ἤλυθε πάντως ὥστε, ἀναίτια ἔργα τίνουσιν.
Venit omnino tandem, & immeriti facinora luunt.

Exceptio 1. Excipe ab hac regula omnes Aoristos secundos dissyllabos; propterea quòd in penultimam illorum syllabam cadat augmentum: vt ἄδω ἦδον, ἕλω εἷλον, εἴδω εἶδον: & reliqua, quæ nunquam breuia esse possunt, nisi licentia Poëtica intercedat in quibusdam: vt cùm pro εἶδον, dicunt ἴδον. Excipe etiam eos Aoristos qui penultimam habent positione longam: vt εἰνίκω ἐνίκησα: & vnicum Aoristum verbi πλήθω, siue πλήσω qui in penultima habet ᾱ πλησα, dum ad corpus pertinet, quocirca natura longam habet penultimam. *Exceptio 2.*

6 Futura Quintæ coniugationis, & quę inde deducuntur tempora, penultimam corripiunt: vt à κελεύω fit κέκελφα, ἐκεκέλειν, κεκέλμαι, ἐκεκέλμην, ἐκεκέλμην, ἐκεκέλσω, & sic singuli modi sunt percurrendi. Excipitur tamen Aoristus primus, vocis actiuæ, qui penultimam producit: vt ἔκελσα. Apollinar. in Psalm. 9.

Ὄφρα δικαιοκρίνειν δίκην, κλύῃ πείρασι γαίης.
